

Adami integra, Cain non integra cōfessio. Gen. 3. Gen. 4.

*dictus tu super terrā. Gen. 4. Cur terra ex opere Adami maledicitur, Cain autem ipse maledictione percutitur? Quia Adam confessus, non autem Cain. Porro & Cain aperuit delictū,*

*Maiores est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Confessus quidem est, sed non integrè sicut Protoplastus. Ille etenim peccatum aperuit, nec circumstantias obuclauit. Mulier, quā dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Ipsa tulit, non ego ex arbore abripui. (Nec enim te reum debes exhibere eorum, quæ non commisisti.) Cain autem cōfessè profitetur, Maior est iniquitas mea, cū utiq; deberet singula propalare delicta. Odio exar si, inuidia flagraui, fratricidio dedi operā, in hæresim incidi, Dei scilicet abnegās immēsitatē, & scientiā, de perationis laqueo me me addixi. Adā igitur omnia aperiēs, confitetur; Cain autē plura dissimulās absolute negat, quia nō integra cōfessio, prorsus obnegatio est. D. Athan. ad hæc.*

Athana. 9. 72. *Eo quod Cain negauit, & a Deo abscondit peccatū suū, maiorem in se penam deriuauit. Adā uerò, quia confessus est in alium illud a se supplicium depulit. Abscondisse aptè dicitur Cain crimina; quia non integra confessio absolute abnegatio est.*

57. *Audite Dauidem, Reuela Domino viam tuam. Psal. 36. Vbi Ambrosius, Quis reuelat (inquit) domino viam suā nisi qui Deo occultorum suorum arbitro interna sui pectoris confitetur? Assumitur viæ metaphora ab illo, qui post longum iter, omnes postea amico narrat euentus. Illustro ex D. Basilio, qui ad illa verba. Psalm. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorū, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit; asserit plu-*

res esse huiusce viæ lapsus; nam & cogitatione deuiatur, & opere corruimus, & perseuerantia in crimine computrescimus. Omnem igitur viā reuela, omnes casus aperi, circumstantias omnes proferre cura.

Lazarum Iesus à tumulo prauæ conscientie abstracturus ait, *Lazare, ueni foras. At ille continuo prodijt ligatus manus & pedes institis, & facies eius sudario erat circumligata. Ioannis 11. Vbi Confessionis integræ nobis norma præscribitur. D. Gregorius, Mortuus uenit foras, cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro dicitur, Veni foras: ac si aperte cuiuslibet mortuo inculpa diceretur; Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras per confessionem egredere; quia apud te interius per negationem latet. Illa adnoto verba: Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? & requiro, Quare proficit Lazarus illigatus? An non oportet saltem pedes solutos incedere? Profecto omnem reatum, omne vinculum propalet oportet, ab omni vinculo Apostolicis manibus absolendus. Soluite (inquit Iesus) eum, & sinite abire. Quomodo soluetur, si reatum, si vinculum non manifestat? quomodo nisi post solutionem ambulauit?*

Mortalia igitur omnia crimina detengenda sunt in confessione, ad eiusdem integritatem. Mortalia dixi. Non enim necessario venialia peccata proferre debemus cū adest mortalis criminis materia, nec deficiente hæc, opus singula in particulari venialia recensere. Egregiam huiusce veritatis confirmationem do ex Canticis. *Expoliam me tunica mea, quomodo induar illa? Lani pedes meos, quomodo in-*

58. Omnè Lazarus reatum dissoluē dum manifestauit. 10a. u.

59. Mortalia omnia necessario manifestanda, venialia non sic.

Cant. 5.

Cant. 5.  
Nyflca.  
Trespa.  
apud  
Theod.

Ioan. 13.

*quoniam illos.* Cant. 5. Vbi D. Nyflca. & alij tunica affirmant læthalia crimina designari, tunicam Adami memorantes. At pulueribus pedum peccata venialia exprimi probat pedum Apostolicorum ablutio. *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet.* Iam clamat sponta. *Expolam me tunica, &c.* Quare læthalia crimina in tunica exprimitur, venialia autem in puluere à pe-

dibus contracto? Nū quia tunica tota simul deponitur nō per partes: at pulueres separatim incedunt, plures aqua immerguntur, plures remanēt? Non inficior. Peccata læthalia tunica tibi sint simul vnica conscientia denudatione deponenda. Peccata venialia non sic ex necessitate. Si remanent pulueres in clamare adhuc vacat, *Amplius laua me.*

## SECTIO SECVNDA.

### Illusio Herodis.

*Ex Capite 23. Luca.*

TEXTVS.

Verf. 11. *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illussit indutum veste alba. & remisit ad Pilatum.*

### COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

S. I.  
Iesus apud Herodem.



Idebat Pilatus rem omnē geri aduersus Iesum à cōiuratis Primoribus, & quibusdam de populo horū malitię subseruiētib; studet ideo & reum & accusatores ad alterius cognitionem reijcere, vt si non possit Iesum liberare, ipse saltem à causa liberaretur. Arripuit ansam ex vna vocula Galilęe (ab accusatoribus incidenter vsurpata) cuius Terrarcha erat Herodes. Requisiuit, Nū Iesus esset Galilęus? Affirmatiuē autē hostibus respōdētibus, vt intellexit Præses cognitionem de reo pertinere ad Herodem, eum ad Terrarcham reiecit hisce diebus Ierosolyma commorantem.

2. Porro Herodes vbi vidit adduci Quid Iesū grauius est eo spectaculo. Iā enim ex multo tēpore quadā accendebatur cupiditate videndi Iesū de quo tā multa audierat. Iāque expectabat forē, vt, se quoq; spectāte, miraculū ederet. Interrogabat Christū

varijs de rebus, volēs aliquid ab illo prolicere, nō vt melior redderetur, sed vt suę curiositati morē gereret. Iesus autē, qui nō in hoc venerat, vt impij Principis seruiret libidini, sed vt salutē omniū procuraret, nihil illi respondit: nos interim edocēs, non promendū sermonē aliquādo Euāgelicū, vbi cōstat indignos esse, qui audiāt. Vrgent interim Pōtiffes & Scribæ, & acriter accusāt eū apud Herodē, miserē metuētes, ne qua reus elaberetur. Herodes autē tametsi Rex esset impius, tamen nihil cōmotus est eorū criminationibus, nimirum intelligens ab inuidia proficisci, quidquid agebatur.

Cur silet verbū in Herodis conspectu? Responder D. Amb. *Neque me rebatur Herodes audire diuina, & Dñs iactantiam declinabat.* Carthus. autem. *Noluit respondere, vt exemplum nobis praberet fugiendi ostentationem corā magnatibus.* Existimo etiam ideo non respondisse, quia apud mundiales illos auditus

3.  
Cur fil.  
uit Ie-  
lus?  
Ambro.  
Carthu.

Num ve  
ste indu  
tus alba  
remissis  
Domi-  
nus?

an litas audiendi non erat, unde ab-  
stinuit à verbo, iuxta illud, *Ubi non  
est autus, non effandas sermonem.*

4. **Quare autem miracula non patra-  
uit?** D. Gregor. *Quia vidit Herodem  
miracu-  
lū exci-  
tū ex-  
tare no-  
luit?* *nam querere profectum, sed signa, vel sciē-  
tiam velle mirari.* Contestantur Eu-  
thym. Theoph. Caieta autem. *Ex parte  
Grego.* *te (inquit) Herodis in promptu est meri-  
tū, quia curiose mouetur; ex parte autem  
Christi ratio fuit, ne impediret passionem.*  
Elige quam malueris rationem. Ego  
D. herico Gregorio.

**¶ Illuditur Iesus.**

5. **Spreuit autem illū Herodes, cum exer-  
citu suo.** Quorsū Ierosolymis Pas-  
chali tēpore exercitū fouebat Hero-  
des? Quia ad Ierosolymā grauis ali-  
cuius occasionis gratia aduentas, ex  
Galilea attulit exercitum in sui cus-  
todiam. Pilatum etenim Iudææ Præ-  
sidem habebat hostē. Ego arbitror  
Exercitum hic in aere non copias cō-  
tractas ad bellum, sed Regis satellitium.

6. **Spreuit illum Herodes &c.** Ignomi-  
niam tulit Dominus à crasso Rege,  
& illius armato satellitio, ne non ha-  
berent similes labra lactucas. Siqui-  
dem apud hoc hominum genus ci-  
rius gloriam refert funambulus qui  
dam, aut præstigiator; quam synce-  
rus veritatis euulgator Evangelicæ.  
Sed tamen interea Herodis ciuilitas  
damnabat Pontificum, & Phariseo-  
rum impietatem, & reum absolue-  
bat, quem accusatum obmutescen-  
tem ad obiecta crimina non damna-  
rit. **Quare spernitur?** Respondet Cai-  
etanus. *Putauit esse hominem loqua-  
cem coram vulgo, & in doctas turbas il-  
lum sequi; propterea spreuit illū.* Placer.

7. **Et illuc induitur veste alba, & re-**

*misse ad Pilatum.* An vestem albam  
Christus ad domum vsque Pilati du-  
xerit? Affirmatiuè plures respondēt  
Doctores. Ego autem cū eis sentio,  
qui affirmant Iesum veste alba indu-  
tum illuc fuisse ab Herode, eius-  
que satellitio; mox autem illā exutū,  
iursum repetiisse Pilati tribunū. Sic  
Caietanus, & alij. Quod quidē plus  
consonat Euangelistæ, *Et illuc indu-  
tum veste alba, & remisit ad Pilatum.*  
Non ait veste alba indutum remis-  
sum ad Præsidentem, sed illuc ab He-  
rode, post illusionemque ad Pilatū  
remissum.

8. **Quorsum autē albo indumento a-  
mictus illuditur Iesus?** Vt respōdeā,  
premitto vestē albam, & splendentē  
diuitū ac nolium exitisse indumentū  
iuxta illud Iacobi. *Si introieris in conuē-  
tum vestrum vir in veste cādida.* Cap.  
2. Apud Romanos itē qui adibat ma-  
gistratum, candida toga induebatur,  
à qua candidatorum nomine huiusce  
modi viri insigniebatur. Induit igitur  
Rex Iesum alba veste, vt dignita-  
tē Regiā, quam sibi tribuisse hostes  
obiciebāt, irrideret. Haud aliter in  
domo Præsidis eandem Regiā Chri-  
sti dignitatem veste coccinea milites  
irriserūt. Ex eo die coijt amicitia in-  
ter Herodē & Pilatū, cū antea fuerit  
simultas. Impia vero pax est, quā cō-  
glutinat iniuria veritatis. D. Ambro.  
hanc duorū Principum amicitia rypū  
effert vnionis populi Iudaici, &  
Gentili circa mundi terminationem.

**Pilatus & Herodes in conspectu  
Dominicæ Passionis in amicitiam  
copulantur.**

**I**Mò in præsentī, eodē auctore, vin-  
culū est Patro Dñica quous auctore &c.

Cura-  
ba veste  
indui-  
tur?

\* Passio  
nis cō-  
pectus si  
des cō-  
glutinat  
Ad  
illud:

Amici  
facti  
sunt ex  
illa,

corda faciens coherere. Paulus, *Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum.* Eph. 2. D. Hier. sic interpretatur. *Pars id est, pacis faciens.* Unde Colos. 1. *Pacificans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris, siue qua in caelis sunt.* Id exponens subdit Apostolus, *Qui fecit utraque unum.* Id est, (Hier. interprete) *utrumque populum Iudaicum & Gentilicum conciliauit.*

10.

Pot. pas-  
flonē si-  
delis nō  
diuida-  
tur.

Ioa. 19.

August.

Gen. 2.

Olim quidem aquæ ab aquis diuidebantur. *Diuisit aquas ab aquis.* Gen. 1. Homo ab homine dissidebat. Nam ex patientis Domini sacramento profuit sanguis & aqua. Ioa. 19. *Quare? Ut aqua hominū vnum fiat cum sanguine salutari.* D. Augustinus Adami dormientis typum in moriente Domini contemplatus est. *Ego (ait Iesus) dormiui, & somnum cepi. Ipso que dormiente in cruce sic illi Ecclesia de sacramento sanguinis, qui de latere mortui profluxit, & ex eius costa adificauit muliere n.* Si fideles ex Passione Dominica sanguis, sponsa Iesu, haud possumus instar aquarum fugere in diuisionem; sanguis enim Christi nō diuiditur, sponsa Iesu vnica plane. *Vna est columba mea.* A Exædificatio Domini diuisionem non admittit postquam *fecit utraque unum.*

11.

Post te-  
sum vi-  
talē oc-  
cissum  
omnes  
amici.  
Luc. 15.  
Gen. 18.  
Orige.

Miror profectō a prodigo Fratrem Filium frugem dissideere, postquam vitulus est saginatus occissus. Luc. 15. Nunquam enim non soluuntur inimicitia in Iesu conspectu patientis. *Tulit olim Abraham vitulum re- nerrimum.* Gene. 18. Vbi Origenes, *Vitulus non est durus, sed tener. Et quid tam tenerum, quam ille, qui animam suā posuit pro amicis? Hic est vitulus saginatus, quem pro recepto filio iugulat Pater. Illud adnota: Posuit pro amicis. Potius dicere deberet, Pro mi-*

*amicis. Optimè pro amicis. Nullus enim adeo à Iesu & proximo auersus, qui in conspectu morientis, seu patientis Iesu non trahatur ad amicitiam.*

Querit à Domino Propheta, *Quare rubrum est vestimentum tuum?* Video fideles omnes tuo sanguine rubricatos. Respondet Iesus. *Torcular calcami.* Isa. 63. *Crucem ascendi. Ideo homines facti sunt mihi in vestimentum inconsutile plane.* Effectus enim Dominicæ Passionis, dissidentes ad vnum venire vestimentum. Pulchrè D. Bernardus. *Quare Domine Iesu, rubrum est vestimentum tuum. Torcular calcami. Factus sum obediens usque ad torcular crucis. Iam ergo exalta eum Deus, & donet dona hominibus. Quæ dona: Ipsam suam tunicam polymitam, & inconsutilem. Polymitam quidem, ob multorum ordinum distinctionem; inconsutilem, propter in dissolubilis charitatis unitatem.* Concludit. *Sic etiam & talis usque ad finem creatura.* Si præmium Dominicæ Passionis, te huiusmodi unitate donare, quonammodo in profluentis sanguinis conspectu diris inimicitijs ex ardens, in consutilem tunicam discerpitis

12.  
Præmiū  
Iesu pa-  
tientis  
fideles  
amicitia  
cōiugi.  
Iai. 63.

Bernar-  
in Apol.

## OBSERVATIO I. MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

In splendenti, & prætiosa veste illuditur Iesus.

UT Rex Iesum illuderet, cum veste prætiosa diuitum indumentum indui fecit. An non Sacerdos Christi agit personā? Quis dubitet? Cū autē Sacerdos mollibus vititur vestibus, Iesum prætiosis vestimentis indutum spernit,

\* Vestes  
prætio-  
se Sacer-  
dotū ta-  
xantur.  
Ad  
illud:  
Illusit  
indusū  
veste  
alba.

13.

spernit, & illudit. Quid Herodes? Iesum induit pretiosa veste, ac simul eiusdem vilium vestimentorum illudit abiectionem, & (vt vulgariter exponam) *Hacia hūilis del mal vestido*. Nō aliter Sacerdotes se pretiosis indumentis ornantes, Iesum afficiunt illusione.

*Qui mollibus vestiantur, in domibus Regum sunt.* Luc. 1. Ioannes sobrinus meus & amicus meus alter ego. Num putatis me posse a Ioanne sperni, & illudi? Minime illudet me in deserto in morem lilij commorantis, nam qui illudunt, & spernunt me in domibus Regum sunt, me delicatis vestibus induentes. Egregiam dabo D. Laurentij Iustiniani confirmationem. *In veste* (inquit) *toties illuditur Christus, quoties qui presunt in Ecclesia pretiosarum vestium nitenti apparatu. Nempe Domino teste, Qui mollibus vestiantur in domo Regum sunt. Vbi mutato habitu, illusus est Christus? Non me in domo Regis Herodis? Non itaque Ioannis candidum liliam agri me in deserto vehtitus nempe mollibus indumentis illudit; quia qui illudunt vestibus pretiosis ornati in Regum domibus commorantur.*

Luc. 1.

Lauren. Iustin. de Chri. Ago. 6. 13.

14. Ore Prophete Dominus conque rebatur. *Filios enutriti, & exaltati, ipsi vero spreuerunt me.* Isai. 1. Vbi Lyran. *Filios enutriti, id est, Clerigos. Ipsi namque praeceteris catholicis, pane sacra scriptura, & Eucharistia sacramento sunt enutriti.* Vndenam autem Dominum spreuerunt? Nū quia ad idololatriam voluptatum difugere? Hoc, pluraque Patres adnotant. At pulchre D. Bernardus affirmat Sacerdotes Iesum spreuisse ex Regio apparatu. *Histrionicus clericis habitus, Regis apparatus.* Post modū post parū interitū adiecit. *Vox plangentis in tempore isto, Filios enutriti, ipsi autem spreuerunt me.*

Bernar. ferm. 33. in Can.

15. Ut magnus Sacerdos Iesus suorum vestimentorum modestiam commendaret, in clamat, *Ego flos campi, & lilium conualium.* Cant. 2. Hoc vti que lilia, quia de indumentorum apparatu minimē curat, *Considerate* (ait Dominus) *lilia agri, quomodo non laborant, neque neunt, &c.* Mat. 6. Vnde Sacerdotes eodem ornari indumento iam inde à pristina lege curauit. Virga florenti, siue in lilia conuersa Sacerdotium nouae legis innuitur, cui quidē nulla debet adesse cura de indumentis, quae natiuae modicitatis terminos transiliat. His positis, veniamus ad Iesum de Ioannis sic laudibus effusio. *Quid existis in desertum videre? Heronem mollibus vestitum? Ac si diceret, Lilia agri non laborant, neque neunt, non de pretiosis ac mollibus curant indu-*

Iesu, ac Baptistae exemplum. Cant. 2.

Mat. 6.

*Paulus ad haec. Ministerium meum honorificabo.* Rom. 11. Quoniam modo honorificabis ministerium tuum? Sacerdotium tuum? praedicationem tuam? Num meretricio nitore habitu histrionico apparatu mundiali D. Bernardus *Honorificabit ministerium, non dominium. Ipsum honorificabit, non vos. Honorificabit autem non cultu vestium.* Christus enim cuius ministri sumus, non honoratur pretiosis vestibus, sed spernicus, sed illuditur.

16.

Sacerdotium illud molibus vestitum. Rom. 11. Bern. Epil. 42.

*Deus* (inquit Dauid) *spreuit eos.* Psal. 52. Profecto spernetus Dominus ab huiusmodi Clericis eos spernet aliquando. Postquam D. Bernardus profanam Sacerdotum cultum deplorauit, in has minas prorupit. *Non Christi signata sumus haec. Verū Sacerdos Deus altissimus, cui ex his indumentis placere possis, mundo, an Deo? Si mundo cur*

17.

Deus spernet sic se spernetes. Psal. 52. Bernar. cita.

Sacerdos? Si Deo, cur qualis populus, talis & Sacerdos? Qui autē vult amicus esse huiusmodi, inimicus Dei constituitur. Et Propheta, Deus dissipabit ossa eorū qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Psal. 52.

Syluestrem, quia Dñm spreuit, & illu sit. Nihil enim tā rusticū, quam contemnere proximum, & in eius conspectu subridere.

Confirmo ex Nabal, quod quidē nomen idem esse ac *Fatuus* ipsa vxor Abigail professa est. Nomen viri erat Nabal. Porro vir durus, & malitiosus. Si Nabal stultus, quidni & malitiosus, & durus, siue argestis, Syluester. Hic itaque pueris David esflagitanti bus cibaria respondit. *Quis est David, & quis est fili? Isai? Tollā ego panes meos, & aabo viris, quos nescio unde sint?* 1. Reg. 25. Vbi acutē Caic. illud verbū: *Nescio, expendens, Relatiuē ad ipsum Nabal intellige inscitiam. Quā apposite Abigail? Secundum nomen suum stultus est, & stultitia est in eo.* Ibid.

20. Nabal stultus irridendum ty pus. 1. Re. 25.

Caicra.

OBSERVATIO II.

Herodes illudens Iesum, rectē sui nominis, quod Syluester sonat, impleuit significationem.

Venerabilis Beda idem esse ait Herodes vocabulum ac de pellibus gloriari. Quasi pelles omnis sint Herodis ornatus, indumētū, lupelex. Quid non Syluestre in sonat huiuscemodi conditio? Profectō cū video Iesū ad Herodis conspectum adduci, à Rege que iniquo cespici, & illudi, cognosco quā implevit Herodes sui nominis vocabulum. Agrestium enim Syluestrium, & stultorum hominū est alios spernere, & illudere.

David huiuscemodi irrisionem apud Herodis aulā præuidens, ex ore Dñico inelamauit. *Circumdecerunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine Dni, quia vltus sum in eos.* Psal. 117. Cassio. Christus à seueribus ludæis circūdatus fauus. Hugo Card. *Et sicut ignis in spinis crepitum facit, & strepitū sic Iudæi contra Christum, dum scilicet illuditur, & contēnitur apud aulicos. Illud vnū velim obserues, ludæos chachinos in Iesum illusionis causa malitioso strepitu iactitantes spinis cōparari. Syluestre mihi insonat quid quid ad innocentiaē derisionem dirigitur. Vnde Salomon. *Fatuus in risu exaltat vocem suā.* Pro. 21. Cum videlicet, vt spernat, vt illudat innocentem vti spinæ crepitat inter flammās.*

21. Irri- res- ping- ex syl- ua. Psa. 117. Cassio.

Hugo.

Pro. 21.

\* Virginitatis Euangelicæ Martyrium. Ad illud.

\* Illusio- res, & it- riores aliorum plerum- que Syl- nestres, & stulti. Ad illud: Spreuit autē cū Hero- des, &c. 18. Beda.

19. Herodes illud for ad vmbra- tus in la- rim, qui Syluest- ter. Cyril. Cate. 13.

Cypria. in expo- Sym. apud D. Hieron.

Illusionem huiuscemodi apud Herodis aulam præuidens Oseas, ait. *Et ipse in Assur delatus est munus Regi vltori.* Cap. 6. Septua. in Biblijs Sixtiani transulerūt. *Et ipsum in Assyrios ligantes tulerunt muneri Regi Iarim.* Vbi D. Cyril. Ierosol. Iesum in conspectu Regis Herodis contemplatur. *Herodes autem (ait) tunc Rex erat, & aderat Ierosolymis. Tertul. expressius, Herodis velut munus à Pilato missus, Osea vocibus fidem reddidit. De Christo enim prophetauerat, Et vincit eum ducet xenium Regi.* Enim verò. Cypria. exponens vocabulum *Iarim*, ait, *Benedidit addit nomen Iarim, quod est Syluester. Quia Herodes erat Syluester. Vnde nam Syluester Herodes? Nū quia de vinea Israelitica non erat? Ita plane. Sed apertius argumento ideo reor appellatū*

OBSERVATIO III.

In candido vestimēto Iesus Euāgelicæ Virginitatis martyrium præsignauit.

Es illu- ste al- ba m- Beda. ditiū.

22. Beda.

**B**eda. *Qui in veste alba spectus & illusus est, in casta carne est passus.*  
 Ac si diceret. Cū videtis sperni, & illudi Iesum in alba veste, tantandem vobis sit, ac si virginitatem Iesu hostes vulnerarent. De martyrio virginitatis plura cōgero Tom. 3. circa D. Ioannis Euangelistę Martiriū. In pręsenti aliter persequor argumentum, dū pondero virginitatis candorē ex murmurato: ū, spernentiū, ac illudentium vulneribus purpurari. O quotiens vir castus spernitur, virgo abscondita illuditur, vidua continens maledicis sermonibus carpitur, vxorata pudica afficitur opprobrijs. En lilia rosarum perfusa decore.

23.

Super alba Iesu veste purpurea aspicitur in Martyrij virginitatis documētum.

Vidisti apud Herodem Iesum spectum, & illusum sub albo vestimēto: Cum illis qui affirmāt huiusmodi indumento amictū remissum fuisse Iesum ad Pilatum nunc sentias, & suppone verisimiliter à militibus. Pręsidi veste coccinea superindutum, vt gemino opprobrio simul afficeretur. Quā pulchrē candida puritatis Euangelicę vestis purpuratur! Vbi illusio & irrisio vulnerāt virginem, iam duplicis martyrij palma refulget. Duplex enim martyriū est, & virginitatē colere, & ab hominibus sperni, & irrideri. Beda venerabilis, *Qui hic alba purpurea veste indutus illuditur. Geminū martyrij genus exprimit.* Gemina, ò Virgines, condecoramini corona, & quia virginitatē colitis, & quia hominum impudicorum ludibria toleratis, qui quidem nunquam non persequuntur puritatis amores.

Beda.

24.

In pace Iesu glig nit rosas Martyrij.

Inclamabat olim Sponsa, *Candidus & rubicundus dilectus meus.* Cant. 5. *Candidus* (loquor cū eodem Beda) *scilicet actione, rubicundus sanguine. Et ipse varijs membrorum suorum flosculis ver-*

*nans, in pace lilia gignit, in bello rosas.* Iā equidem non in bello solum, sed & in pace rosas producit. Bellum enim murmuratorum, stultorum amantiū & in pace vulnerat, & in pace palēstram effingit.

D. August. ad illa verba: *Consurrexit Cain aduersus fratrem suum. Ge. 4.* affirmat profapiam generis in seculo non reliquisse, quia virgo: at virginū exitisse patentem. *At qui primus gestauit Salvatoris imaginem, qui virgo & Martyr fuit, ipse martyr & virgo filidrum parens exitit, qui virginitatis candore rutilarent, & martirij sanguine rubescerent.* Vnde Hugo Cardinal. asserit in sanguine Abel filios inclamare vindictam. An omnes Abellis filij occisi fueret, & ideò inclamant vindictam in sanguinis effusores: Profecto omnis virgo de effuso sanguine conqueritur. Nam vel à tērationibus vulneratur, aut irrisorū linguis percutitur.

Cant. 5a Beda.

25. Omnis Virgo Martyrij sanguine purpuratur.

August. Gen. 4.

Hugo

adm A

\*Discordes peccatores solummodo vnanimem ad persecutionem, & detractionem Iusti.

OBSERVATIO II.

Coit amicitia inter Herodem & Pilatum, vt vnanimem Iesum persequerentur.

**C**rius equidem amicitie nosepe rimur effectus. Non enim in vnū copulantur, vt se inuicem diligant; sed vt acrius fideles persequantur. Audite Bedam. *Hoc nefandissimum Herodis & Pilati fœdus, quod in occidendo Christo pepigerunt, hætenus eorum velut hereditario iure, successores custodiunt, quando Gentiles, & Iudæi, sicut Pilatus genere & religione, ita etiam mente dissentientes, in Christianis tamen persequendis consentiunt.*

*Fuit Abel pastor ouium, & Cain agricola.*

26. Beda ad cap. 23. Luc.

27.

In vno Cain omnes discordes copulati in iustorum perniciem. Gen. 4. Rupert.

Ad quem locum sic Rupert. Omnes fures, & latrones hunc pastorem ovium Iesum occiderunt. Omnes cum illo Caini corpus fecerunt. alia fuere membra, & diuella admodum; (de humani corporis membrorum more) sed unum corpus ex eis, & ex omnibus quicumque innocentiam persequitur. Num pes palpat, aut manus ambulat, aut auris videt. Omnia igitur persecutorum rãta discordia, dissidentia ad iustum vult nerandum vnum cum Caini corpus efformant.

28.

Simeon & Leui rãsa iniquitatis bellantia. Sententijs enim, opinionibus, voluntate perpetuo discrepant. Ad iicit. In consilium eorum non veniat anima mea. Gene. 49. Si nunquam eorum idem sensus, nunquam eadem voluntas, quare ò bone Iesu, eorum consilium perhorrescis? Quia vna vel inter desidentes improbos animorum intentio, ut sagittent immaculatũ. De conspirantibus in Iesum D. Ambrosius expendit testimonium.

29.

Quid magis homini inuisum quã Diabolus? At vt noceant in vnũ coallescunt. Diabolus & Eva pariter in Adamum irruere, Sathan & vxor Iob ad affligendum spiritum robustissimum sunt confederati. Quare Dominus iam inde ab exordio, In-

amicitias ponam inter te & mulierẽ. Ge. 3. Quid opus huiusmodi inimicitiarum stimulos adhiberi, si mulierigenus horribile serpens postquam eius infidijs misere corruit? Profecto licet fœmina & serpens nõquam amoris vinculo colligabuntur inter se; at vt possint acius innocentem perimere inibunt societatem, inter eos coabit amicitia. Oleaster. Vt discas, non esse minoris virtutis malos amicos, seu illorum amicitiam dissolvere, quam bonam fovere. Nec enim idem est, quendam cum alio amicitiam fovere, ac eius eius existere amicum. Huiusmodi enim peccatores amici cum minime sint, in amicitiam aduersus innocentem glutinantur.

30.

Aduersus denique murmuratores, qui cum minime voluntate consentiant, in foro aggregati famam proximi vno ausu, vno sermone vulnerat, D. Bernar. insurgens, fatur. Incunt familiaritatem, ad maledicendum, concordies ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentanea malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Hanc seens egere quondam Herodes & Pilatus, de quibus narrat Evangelium, quia facti sunt amici in illa die, hoc est, in die Dominica Passionis. Hactenus ille.

Contra murmuratores ad id solam vntos. Bern.

SECTIO TERTIA.

Barabbæ dimissio.

Ex Capite 18. Ioannis.

TEXTVS.

Verf. 40. Clamauerunt omnes dicentes, Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Pilati propositio.

S. I. Cum Præses in Iudeorum conf-

pectu circa Iesu liberationem nihil verbis proficeret, aliam requirit an-

Pilati mens.

fam



fam liberandi Iesum. Mos apud Iudæos, ut in die festo Præses dimitteret eis vnum aliquem ex ijs, qui in vinculis seruabantur. Cōstringebāt autem tum temporis vincula indignem quendam ac famosum latronē, cui uomen Barabbas, quod quidem nomen inuisum populo dignoscebat. Conuocatis igitur ad se Iudæis, rogabat, vtrum vellent sibi Barabbā condonari, an Iesum? sperans fore, ut præ tam infami populi perturbatore, mallent Iesum libertate donari.

tributis exoneratos beneficijs afficiant. Iugi enim ablatio, iugi equidē impositio est.

Testis accedat Paralyticus ille, a quo Dominus abstulit iugi miserrimam seruitutem, cum ab ægritudinis vinculis absoluens. Surgenti autem indixit. *Tolle grauatam tuam.* Ioa. 5. Quorsum grauatam humeris hominis impositur? Quia illud ipsum a tributo ægritudinis eximi, idē est, ac tributo submitti. Parum quidem esset hominem ut coactum sub ægritudinis iugo inuitum iacere, maioris seruitutis indicamētum est pressum grauato, leu seruitutis grauitate vitioneum ambulare. Quam pulchrè Bernar. *Onerat nos, cum exonerat Deus* Nunquam magis seruituti addicti subditi, quam cum ab exactionibus liberantur.

4. Paralyticus exoneratus magis iugibus discendit.

Bernar. ferm. 15. Qui habitat.

5. Reges tributum auferentes arius subditos efficiunt tributarios.

2. Vndenam, ais, apud Iudæos a Romano Præsi de vinctum vnum Pascha li tempore è vinculis absoluebatur? Lucas, *Necesse habebat dimittere eis, &c.* Cogebatur Pilatus consuetudines dimittere vnum, non pro libito; sed quemcūque Iudæi postulassent. Huiusce autem consuetudinis ratio illa erat, quia eodem Paschali tēpore populus olim Hebræus ex Aegyp-tia fuerat captiuitate dimissus. Quia igitur *nomiter Iudæi* (lo quor cum Pascha.) *iugum Romanorum susceperant. seruabatur eis lex & consuetudo, ut beneficijs prouocati libentius Romanis deseruissent, donec firmaretur iugum eorum super eos.*

\*Beneficia seruos efficiunt. Ad illud:

Iudæos Romani arctius beneficijs seruituti illigabant.

Quem placulum ducerem, si non licet in cidenter appositam Paschalisj sētentiam confirmarem. Romani equidem, ad quorum iugum Iudæorum caput submissum erat, beneficijs onerabant Iudæos. *Ut beneficijs prouocati libentius Romanis deseruissent.* Hoc enim habent beneficia, quod efficacius hominem seruituti addicāt. Reges tunc magis onerant subditos, cū

David appositè. *Et pauci facti sūt, & vexati sunt a tribulatione malorum, & do ore.* Pauci ciues Regni potentissimi, inftar Ipicarum sunt reliqui. Hi quidem vexati propter flagitiorum exuberantiam. *Effusa est contentio super Principes.* Primores Regni excogitant, quoniam modo & pauci relictis feruient, se quidem & diuitias suas catholici Regis pedibus iustè in fidei defensionem consecrantes. *Adiuuit profecto Rex pauperem de inopia, eorumque studuit incrementis.* Quid tunc? Num subditi pauci aut effecti pauciores, aut a iugo exempti seruitutis? *Et posuit sicut oues familias.* Psa. 106. Vbi foetus increfcit, lana rutilat argentea, lac nibeae effulget in tāti obsequium Imperatoris. Ex Hug. Card.

Egregius Zacharias. *Super lapidem vnum septem oculi sunt.* Ecce ego calabo sculpturam eius. Cap. 3. Ac si diceret,

6. Subditis beneficia s, y clauo.

3. Pascha. Quem vultis dimittere, &c.

**Ezech. 3.** Populum meum beneficijs onerabo, Septem etenim oculis Spiritus sancti dona designari vidimus. Quid Princeps cœlestis postquam populum suum tot beneficijs, tot muneribus auxit? Ecce ego e. Labo sculpturam eius. Stilo ferreo, sive arc candenti meum quasi mancipiū sigillabo. Proxime præmiserat, *Adducam seruum meum orientem.* Sive exquiram quonā modo seruus meus à morte à bellis, à temporum inopia contractus rursus exorjatur. Renascitur plane, cū subleuatur, arctiori item seruituti addicitur, cum oneratur beneficijs, & maneribus.

**¶ Populi responsio.**

**7.** **C**lamauerunt ergo omnes dicētes: Nō profecto proprio ex parte de prompterant turbæ consilium. Principes enim (ait Matthæus) *Sacerdotum, & seniores persuaserunt populo, ut peterent Barabbam, Iesum verò perderent.* Imò se ipsos à cæcis Principibus ducti in foueam miserè præcipitarent. **D. Cyril.** Quoniam (ait) *multitudo Iudeorum non modò ad cognoscendum Christum à Principibus non fuit deducta, imò etiam ad cadem eius inflammata, propterea lapsa in baratrum perijt.*

**8.** **C**lamauerunt omnes. Proh vulgaris insipientiæ clamores! *Facta est mihi (conqueritur Iesus ore Prophetæ) hereditas mea sicut leo in Sylua, dedit contra me vocem suam.* Iere. 2. Vbi **D. Cyril.** *Fertur Leo, cum aliquod animal capere vult, mirabilem solere rugitum edere, quo animalia, que propinqua sunt, perterrita cadunt. Quasi leo in Sylua Synagoga aduersus Saluatorem facta est. Nam quamuis nullo ille terrore percussus sit, clamoribus tamen suis Christum Synagoga*

*interfecit.* **Non hunc, sed Barabbam.** Erat autem **9.** *sem Barabbas Læro.* Barabbas, id est quod Filius patris. **D. Hiero.** autem *Filius magistrorum.* Adiecit, Diabolus quo Iudæi docebantur, miraduentit **Eusebius Emis.** Attamen ego *Filius patris* interpretor. *Bar* enim *Filius*, sive *Abba Pater* est. **Matthæus** vinctum insignem vocat. **Chrysoctos** id est, *insignis, & famosus Læro.* **Euthymi.** *Nominatus pro malitijs.* **Marcus** cū seditionis fuisse vinctum, & in seditione homicidium fecisse.

**Non igitur hunc, sed Barabbam.** **D. August.** *Non reprehendimus à Iudæi, quod per Pascha libera stis nocentem, sed quod occidistis innocentem.* Adnotat Iudeorum malitiam, non solum **Barabbam** dimitti efflagitat, eum pluris faciens, quam Iesum, verum & Iesum cruci suffigi postulat. Id quod **D. Pascha.** expressit. Si petissent, ut faceret de Iesu quod vellet & tantū ut **Barabbam** eis absolueret, magna impietatis crimen esset, cum & sceleratius petissent sibi dari, & iustum nolent, cum possent liberare ad vitam. **Nunc** autem agunt, quod scelestius est, quia proclamant eum in mortem, & petunt vocibus, ut crucifigatur. Hæc est populi gratitudo, hæc est simulata Sacerdotum ac maiorum religio. **Pilatus** itaque victus illorum pertinaci vafania, illis condonauit **Barabbam** omnium iudicio damnatum etiam ante iudicij examinationem, & in Iesu conspectu à vinculis, & in cæcorum mente à criminibus absolutum.

**OBSERVATIO I.**  
**MORALIS PANE GYRICA**  
**CIRCA LITTERAM.**

Lauda-

Descriptio Barabbæ.  
10. Iudæorum habitum.  
August. Tra. 115. in Ioan.  
Pascha.  
\*Gratitudo ea apprimé commendatur, que morem beneficij gerit.

extruit; Altare. Gen. 12.

Ad illud: *Quem vultis.* Laudabiliter Iudæi ex Ægyptijs vinculis liberati, vincti cuiusdam liberatione Paschalem solemnitatem colebant.

(\*)

11. **M**OS erat Iudæorum (D. Pascha Patcha.) *ut in solemnitate Paschali, quando liberati sunt ex Ægypto, peterent Principibus suis unū reū. Id quod comprobat ex Ionathæ absolutione. Inde est, quod Saul petente populo Ionatham absque offensa, cum teneretur reus pro gustu mellis, etiam prodente Deo, mox à morte relaxat, quem decreuerat etiam cum iuramento, licet filius eius esset, Saul interficere. Sed tamē petente populo Israel, quē parabat interficere, relaxavit ad vitam. Pulchrè equidem pro recordatione dimissionis vinctus dimittitur, vt & ipsa gratitudinis actio accepti beneficii morem gerat. Dimissus vinctus populus Israel? Vinctus reus à carcere in gratiarum actionem dimittatur.*

12. **T**otius orbis reparatio ex Arca, quam imperatus à Domino Noe edificauerat, habuit exortum. Post diluuiū ex Arca egressus, *Edificauit Noe altare Domino. Gene. 8. Et ad actionem gratiarum de edificio Arce altare ædificat Patriarcha, vt vel ipsa exterior forma gratitudinis beneficii mori responderet. Pulchrè planè Rupert. Nota (ait) gratitudinem Noe. Iussus quidem fuerat Arcam, in qua saluaretur, ædificare; (&) modo altare ædificat, in quo idem Saluator suus adoretur. Vti ædificatæ Arce ad salutem, ædificatum Saluatori altare responderet.*

13. **A**bram è Patria egressus, *transgrediens ad montem, qui erat contra Orientē Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ædificauit quoque ibi altare Domino. Ge.*

12. *[Illa particula: AE* edificauit quoque non te prætereat. Ac si diceret. Cœlesti beneficio accepit Abram post longum viam apud montem sistere, & locum habitationis edificare. *AE* edificauit igitur quoque. Vt gratitudinis actio actioni beneficii posset assimilari. At Chrylost. sic. *Vide religiosam eius mentem, & gratitudinem. Quia tabernaculum suum fixerat, altare Domino edificauit. Verbum illud: Religiosam mentem, perficit argumentum. Erat enim hæc gratitudo intellectus, actio gratiarum ingeniosa morem peragens beneficii.*

Agar à Deo aquæ puteum consecuta, cum in tanto discrimine versaretur, cognouit se procul dubio specialissimè visam à Deo. *Tu Deus (ait) qui vidisti me. Propterea appellauit puteum illud, puteum videntis me. Ge. 16.* Ad quem locum acutè Caieta. *Non sat fuit Agar agere gratias Deo, sed grata amplius in memoriam tanti beneficii puteum illum nunc appellauit ab eodē beneficio. Vt videntis putei nomen vidēti Deo responderet.*

Promisit Deus Abrahæ mirum in modum fore dilatandum, latitudine que terræ poriturum. *Fodit puteos Patriarcha. Tertium puteum appellauit Latradinem, dicens: Dilatauit nos Dominus. Gen. 18.* Super quem locū D. Chrylost. *Vide gratitudinem Bonorum meminit, scilicet dilatationis, & pro illis gratias agit, huiusmodi beneficii gratiarum actione respondente memoriam æternans.*

Coram Arca David exhibat, procul dubio concelebrans memoriam Israelis sicis pedibus mare transeuntis virgæ (quam Arca custodiebat) beneficio, & ex Ægyptia captiuitate fugiētis. *Quam pie imo quam ingeniosè*

14. Agar. pro accepto à vidente puteo cum vocat videntem. Gen. 16. Caiet.

15. Dilatandus Abraham puteum latitudinem appellat. Gen. 18. Chryst.

16. Hæc ingerumosa gratiarum actio Deo soli.

geniosè religiosa pedum commotio pedum è compedibus liberationem concelebrabat. Porro filij Israel ingrati Deo liberatori, vt se gratos impiè ostenderent vitulo comedèti fœnum, comederunt ipsi coram illo. *Surrexerunt ludere.* Exo. 32. Ad quæ verba Rupertus, *Comederunt, & biberunt in gloriam vituli comedenti fœnum.* Id quod agiè tulit Dòminus. Ingeniosa enim huiusmodi actio gratiarum morè gerens beneficij soli vero Deo libanda est. Quid plura? *Ludere surrexerunt*, choreas in conspectu confictæ Deitatis ducere nò verentur. *Egregiè Abbas, Ingratissimi es facti pedibus quibus mare transierant, coram tali figura saltauerunt.* Cum potius deberent Dauidis in morem coram Domino exilire. Vt scilicet pedum tripodum memoriam eorundem pedum è compedibus Aegyptiacis liberatorum deberet celebrare.

Exo. 32.  
Rupertus

17.  
Fidelis  
imitatio.

1. Ro. 31.

Strab.

Ingeniosa igitur huiusmodi gratitudinis formulam imitemur. Accipi à Deo egestatis subsidium Pauperem mensæ meæ hæere procuro. Et sic de reliquis actionibus charitatis. Exhibeo exemplum. Religiosus à fidei exceptus hospitio, ab ipso que à frigoris, famis, sitis vulneribus liberatus, gratiam rependens, curet eum à peccati vulnerib<sup>9</sup> liberari. Id quod Viri labes Galaad præstitere cū beneficijs onerati à Saul, qui eos fortissimè defenderat, eius cadauer ab hostium eripuerunt opprobrio. 1. Reg. 31. Ab hostiū (ac si dicerent) opprobrijs nos eripuit? Eius cineres ab hostium opprobrijs eripiamus. Strabo ad hæc. *Quos Saul ab aduersarijs defenderat, rependunt quod possunt. Nos quoque (appositè ad intentum) benefactores nostros gladij peccati peremptos, quo ad*

*possumus à Philistinorum, id est, Dæmonum, opprobrio eripiamus.*

OBSERVATIO. II.

Maximo supplicio Barabbas à vinculis absoluitur.

**A** Pud Pilati tribunal Barabbas flagitiosus absoluitur à carcere, leuisus parens iustitiæ vinculis illigatur. *hunc, Proh Deus immortalis! Tuæ iustitiæ sed Barabba permissione reus dimittitur, iustus rabbā. incarceratum? Profecto tunc maxime iratus Deus aduersus peccatorem, dū eum à vinculis absolui permittit? re fidis aut nequitia, aut errore. Laxatis nāque reus hauenis, grauioribus criminibus fœdatus, ad grauiorē currit damnationem.*

Tanquam cum damnato agit Dominus cum eo, quem liberum permittit ad delinquendi impunitatem. Iudæ proditori Collegij Apostolici legibus illigato ait. *Quod facis, fac citius.* Ioa. 13. Vbi D. Thomas, *Nō sunt verba precipientis, sed verba permittentis.* Dixerim accommodatius, *Verba dimittentis, & absoluentis* Iudā à Collegij angustijs, vbi constrictus, & illigatus, non poterat ita liberè huc illic diuagare ad Iesu prodicionem. Vndè acutè adiecit Doctor, *Nā Diabolus miserat in cor Iudæ, vt traderet eum.* Miserat equidem, non tam liberè poterat ipse cor Iudæ inter Collegij vincula, & angustias possidere. Dimittit ergo illum Iesus seu rumpere vincula horribili supplicio permittit.

Quidquid (mibi credite) enim Domini est, mactatur; quidquid Diaboli, in libertatem effugit. Ad memoriam aduoca duos illos hircos apud Leuiticum. *Duos hircos stare faciet corā*

\* Hic sol  
ut reum  
reproba  
tionis  
signum;  
salutis  
autem il  
ligari.

Ad illud:

Non

hunc, sed Ba  
18.

19.

Pecca-

tor ab-

solutus

in morè

damnati

currit

ad fū-

nam. 17.

Ioa. 13.

D. Tho.

8.

Rupertus

20.

Quod

est Dei,

macta-

tur;

quod

est Dia-

boli, sol-

uitur.

16.

Dom-

Leu. 16.

*Domino, cuius exierit fors Domino, offeret illam pro peccato; cuius autem in caprum emissarium, emittat eum in solitudinem. Cap. 16. Olorrem infelicem!*  
 Quando fors Domino exit, macatur animans; quando eedit animanti in vitam, dimittitur. Audite D. Hieron. in Iesu Barabbæ que historia duplicis capri memorantem. *Hic duo hirci adsunt, unus apompeos, id est, emissarius cum peccato populi in desertum inferni absolutus dimittitur; alter pro peccatis absolutorum ut agnus occiditur. Pars Domini (pulchrè adijcit) semper macatur. Pars Diaboli, qui est magister eorum, quod sonat Barabbas, effrenata in tartarum precipitatur. Et quando huiusmodi effrenatio hominè non ad tartare precipitavit?*

Hiero.

21.

Expiabilis illigatu, inexpiabilis dimittitur. Psalm. 1. Philo. L. quod

Vndè David. *Beatus vir qui non abiit, quid nisi grauioribus sceleribus contaminari? Philo id eleganter expendit. Arbitror eos, qui omnino sunt inexpiabiles, optare puniri potius, quam dimitti. Nam hac missio facile subuertet*

*eos ceu male suburratas naues carentes gubernatoris prouidentia. Animaduersione vero ad correctionem profuerit.*

dete. -  
rior in-  
fid.

Benigniter se se habens cù Cain Dominus, non dimittebat eum, potius monebat, ne solutus diffugeret. *Peccasti, quiesce. Gen. 4. ex Septuag. translatione. Post homicidium tamen eum accensus iracundia dimittit. Vndè ipse inexpiabilis, seu inexpiandus Cain (vt loquor cum Philone) in clamat, Ecce eijcis me à facie tua. Omnis ergo qui inuenerit me, occidet me. Quali optaret puniri potius, quam dimitti. Cain ergo libere per mundiale desertum, iuliat emissarij hirci, diuagatur, thesauro ire maximum adijciens incrementum. Opportunè D. Aug. Ipsa (inquit) est infelicitas hominù. Hic dimittuntur, & ipsa peccata secum portant, & supplicij thesauros inueniunt. Ponunt soluti peccatores in thesauris abyssos. Psalm. 32. quia quali plures damnationes acquirunt, dum liberè diuagantur.*

22.  
Reprobus Cain solutus dimittitur. Gen. 4.

Philo. citat.

August. L. 50. Ho. ho. 42.

(..)

SECTIO QUARTA.

Pilati Ablutio.

Ex Capite 27. Matthai.

TEXTVS.

Verf. 24. *Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit coram populo, dicens;*

Verf. 25. *Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

De manuum ablutione.

S. I. Accusatur Pilati flagitium.



**T**UNC Pilatus videns, quod nihil proficeret. Præsidis liberare Iesum procurantis verbis magis incendebatur populi vociferantis insania.

*Tolle, tolle, crucifige hominem. Pilatus itaque animaduertens, quod tentatis omnibus, nihil proficeret, sed magis popularis tumultus excitaretur, absoluit Iesum, & damnandum hostibus commisit. Non excussat Evangelista*

gelista Pilatum, sed Christum, dum docet Præ idem non vilo idoneo testimonio, non vilo probato crimine; sed solo popularis seditionis metu, Christum damnasse; & ita damnasse, vt damnado etiam absolueret.

Accepta aqua, lauit manus coram populo. Sunt qui existiment, non solum Iudeorum fuisse ceremoniam, vt Iudices reum morte iudicaturi, aqua manus diluerent, vti Deut. 21. sed aliam etiam gentium consuetudinem. Virg. A Encl. 2.

*Me bello è tanto digressum, & cade recenti  
Atrectare nefas, donec me flumine  
vino.  
Abluero.*

Fuerit sanè mox aliarum gentium, Romanorum certe non fuit, vti Origenes adnotauit. Vnde exilimo Pilatum Romanum in causa hominis Iudæi apud Iudæos Iudæica ceremonia suam innocentiam testari voluisse. Sciebat Iudæos manuum abluitione innocentiam significare, vti Deut. 21. & Psal. 25. perspicuum.

Innocens ego sum a sanguine iustitius. Declarat verbis, quod abluitione aquæ significabat. At se ipsum condemnat, eum damnas, quem iustum esse aperte cognoscit. Meutitur ergo, cum dicit. *Innocens ego sum.* Nec enim condemnato iusto, innocens esse poterat. D. Leo. Pilati iniquitatem expressit. *Ne purgant (ait) contaminatum animum manus lota, nec in aspersis aqua digitis expiatur, quod famulante impie mente committitur. Excessit quidem Pilati culpam facinus Iudeorum, qui illum nomine Caesaris territu. & inuidiosis vocibus increpatum, ad effectum sui sceleris impulerunt. Sed nec ipse euasit reatum, qui cooperatus seditionis, reliquit iudicium pro*

Cur lauat manus?

Virg. A Encl. 2.

Declarat verbis.

D. Leo. ser. 8. de Pas.

prium, & in crimen transfuit alienum.

*Vos videritis.* Num scilicet id impune facere valeatis. Puto enim ad coelette tribunal Pilatum eos remississe. Ac si diceret. Aliquando dignoscetis, quam flagitiose me ad iusti impellit is damnationem. Expositio nem hanc confirmo. Simonis Cassiani sententia. *Quandam aliam ineffabilem iustitiam intellexit esse Pilatus, cum dixit Vos videritis. Sensus est verborum. Vos me ad iudicandum hominem innocentem vaporene compellit is; sed cum peccata sustinebitis huius sceleris, agnoscetis.* In presenti (si hæc vera sunt) procul dubio memoria voluebat Pilatus sententiam Iesu fantis. Propterea qui tradidit me tibi, maior peccatum habet.

4. Pilatus Dei iudicium merito-rac.

Cassia.

Pilatus rectè Procurator, non Iudex asseritur; quia voluntati subditorum seruebat.

\*Nò Iudex, qui causas voluntati cium reliquit.

**N**on possum non vecordia Præfidis mirari. *Vos videritis.* Voluntati, arbitrio eorum causam reliquit. Ita plane, *Tradidit voluntati eorum.* *Quis tu hic, quasi quis non hic?* Anno (inquit Evangelista) quintodecimo imperij Tiberij Cassaris, procurante Pontio Pilato Iudæam. Luc. 3. Cur non dicit, gubernante, moderante, iudicâte Pilato Iudæam; sed procurante? Iudex equidem verè non erat, qui magis procurabat Iudæam sibi conciliare, quàm legum præscripta defendere.

Ad illud: Vos videritis.

5.

Luc. 3.

Mortuo Samsone Israelis moderatore, iudicarium munus suscepit Heli. Attamen scriptura ait. *In diebus illis nò erat Rex in Israel, sed unus quisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Iud. 17. Vnde exoritur questio. Si iuxta probabiliorem sententiam Heli Sâsonis successor quadraginta

6. Filati imitator Heli

annis

annis extitit Israelis moderator, quo nam modo asseritur in diebus illis Israelaelem gubernatore caruisse? Illam optimam causam reddit Textus, *Vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Voluntati subditorum dabat Heli causas? Non erat Iudex in Israel. Iudex ille magis sui procurator, quam Reipublice moderator est. Eleganter Rupert. *Mortuo Samfone, dignum non existimauit scriptura, ut diceret, Post hunc fuit, vel hunc successit Heli, licet iudicauerit Israel quadraginta annis. Sed inter infelices dierum illorum historias ita querella frequens est. In diebus illis non erat Rex in Israel; quia vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.*

Rupert. L. 4. de vi. c. 10.

\*Inuidia parcere minime potest. Ad illud: *Videns Pilatus, quia nihil proficeret &c.* 7.

OBSERVATIO I.  
MORALIS PANEGRICA  
CIRCA LITTERAM.

Pilatus cecidit ab spe liberandi Iesum, quia cognoscebat illum per inuidiam traditum.

(\*)

**V**idit Praeses, quia nihil proficeret, imo videns, quia nihil proficere posset. Quare? Quia cognouit Iesum inuidia Iudaeorum traditum fuisse. At inuidia tam crudelis, ut minime possit a vulnere abstinere. Pulchram do Simonis Casii. sententiam. *Nullam causam (inquit) in eo se Pilatus inuenisse crebro predixerat. Sed causam traditionis sciebat esse inuidiam, quam nunquam quiescit, quo usque sit deleta felicitas. Nullus ea est seuerior inimicus, qui nunquam sistitur, nisi prosperitas retundatur. Propter quod Pilatus videns, quod nihil proficere poterat; accepta aqua lauit manus, &c. Perpende illius particulae*

Cassia. L. 13.

vin. *Quod nihil proficere poterat.* Num inuidia non potest mitescere, percutit usque ad internationem?

Dignoscens Rebecca Esau in fratrem iratum post benedictionis ablationem, hortatur Iacob, ut diffugiat. *Gene. 28.* Quod si obijciam parenti trepidanti Iacobum fratrem esse Esau, unde & hanc ignosceret iniuriam, si cut olim ignouit primatus emptio-nem, iramque Esau temporis interstitio paruo extinguendam: respondebit nullatenus posse Iacobum coram fratre degere, quin praecipuus feratur ad vulnere. Quare? Quia vidit Rebecca Esau inuidiae morbo laborare. *D. Hier. Maluit Iacob hostibus, quam inuido subiaccere.* Quia videlicet hostis si potest percutere, potest etiam ignoscere. At inuidus semper praecipuus ad vindictam quando parcere nouit?

8. Inuidus Esau quodam modo non poterat non fratrem interire. *Gen. 28.*

Hiero. Epit. ad Eust.

Cupidinem arcu atque sagittis armari ideo aliquis assererat, quia *inuitabilia eius vulnera.* Quando, precor, fera illa pessima inuidia potuit ab infligendo vulnere abstinere? Iam planus sensus illius *Gene. 27.* testimonij, *Inuiderunt illi (sicut Iacob moriturus de Ioseph) habentes iacula.* *Cap. 49.* Vbi D. Hier. adnotauit inuidiam cum arcu & sagittis introduci, *ut sagittet immaculatum, & pulchrum.* Quid inuidiae cum sagittario? La inuitabilia profecto sunt vulnera inuidiae, quae non potest pharetrae committere sagittas, donec de medio pulchritudo auferatur.

9. Inuidia necessario vulnerat. *Men. Ge. 49.*

Hieron.

Imo etiam post ablatam gloriam pulchritudinis adhuc praeparat inuidia iacula; quia malum hoc terminum non habet. Postquam inuidus Cain de medio sustulit Abelem pulcherrimum, sanguis innocens in clamabat. *Gen. 4.* Num vindictam? Plures hu-

10. Nec post mortem pulchri cessat inuidia in cadaver sauiens.

iulce

Chryf.  
Hom. 23  
in Ioan.

iusce inclamationis causas reddunt Doctores. Ego autem existimo in clausse prælidium, quoniã adhuc quodammodo inuidiã vulnera timebat. Quia videlicet inuidiã malum sine termino, nec vltima pulchri calamitate faciat. Appositè D. Cypr. *Ma-*  
*la (inquit) cetera habent terminum, &*  
*quodcumque delinquitur, delicti consum-*  
*matione finitur. Luor terminum non ha-*  
*bet, permanens rugiter malum, & sine fine*  
*peccatum.*

Cypria.  
L. de Ze-  
lo, & Li-  
uore.

**II.** Quis possit aduersum se sagittam dirigere: Inuidia, quæ, quia non potest crudelitatem exuere, vt aliũ percutiat, gaudet vulnerari. Inuidi fratres Ioseph innocentem iuuenem de medio tollere curarunt, etiam tunc, quando ipsis famelcentibus cibum afferebat. Moriatur pulcher, (ex Philone) licet inuidus fame habeat deperire. Quid memorem Saul aduersus citharedum Dauidem, cuius cõcetu à torquenti spirita liberabatur, insurgentem? 1. Reg. 19. An non aduertis ò Rex, te miserè sine medicina periturum, si occidis benefactorem? Proh inuidiã crudelitas! Non potest abstinere ab exitiali ictu, quãuis inuidus eodem mucrone transfigatur. Vnde D. Bernar. profatur. *In-*  
*uidus potius eligit in malis versari, quam*  
*in alijs bona cernere. Ideoque contra pro-*  
*prium commodum contendit. Hinc Me-*  
*nander, Inuidus hostis est sibi ipsi.*

Etiã pro-  
prio exi-  
tio non  
potest  
parcere.  
Gen 37.

1. Re. 19

Bernar.  
de inter-  
do. c. 41.

12.  
Itati in  
dei par-  
eunt Iesu,  
inuidi  
mini-  
me?  
Ioan. 5.

Vidisti Iesum flagello Iudeos percurientem, flagellatos autem mirabiliter tolerantés? Quare qui tam patienter, sine cuiusvis querellæ euulgatione flagella sustulerunt apud templum, in Pilati conspectu non solum flagellationi Iesu, sed & suffixioni instantissimè magnis excitatis vociferationibus operam nauant? Discrimẽ

attigit D. Chrysof. *Quia multo magis aliena gloria offendit inuidos, quã proprium malum.* Pulchrè plane. Sed ac comodatio argumento respondeo. Apud templum percussi flagello iram exarsere; at apud Pilatum ex miraculorum Iesu gloria inuidia corripiebantur. Verum ira licet feritatem leonis imitetur, potest mansuescere, potest gladium non stringere, in vulnusque non precipitari. Inuidia autem difficillime valet nec ex templi reuerentia, nec ex qualibet circumstantia ad eò motus effrenatos comprimere, quin ad iniuriam proximi cæco impetu deferatur. Pilatus igitur vidit, *quod nihil proficere poterat.* Quia cognouit Iudæorum inuidiam, quæ vix potest à vulnerando pulchro contineri.

OBSERVATIO. II.

Abluit manus, sed non culpam  
Præses cedens timori.

\*Iudex  
nemine  
mundiã  
lem ti-  
meat.  
Ad  
illud:

**F**also te ò Iudex, prædicas innocentem, qui eo ipso quod timori cedas, iam quod amplius laues, contraxisti. D. Pascha. in hanc sententiã. *Lauit quidem manus, sed culpam non lauat; quia Iudex non cedere debet timori, nec ullis aduersantiũ impulsibus, ut sanguinem condemnaret innocentem, quẽ predicabat iustum.* Bonus iudex in tenebris iudicat nihil respiciens, solũmodo audiens enarrationem veritatis; ne cuiusvis aspectus eum possit à veritatis iudicio auertere. Sic Areopagitarum tribunalia inter tenebras constituta refert Lucianus.

Accip-  
ta aqua  
&c.  
13.  
Pasch.  
L. 12.

Non sic Pilatus; facies Iudæorum videbat semel & iterum, vt ex illorum minis magis tereretur. Iesus Pilato aperuisse de cœlo descēdisse, vt te-

14.  
Male Pi-  
latus exi-  
uit ad  
Iudæos.  
104. 19.

stimonium



Simonium perhiberet veritatis. Tu Praeses inquit, Quid est veritas? Exiterunt mox exiit ad Iudaeos. Ioa. 19. A veritate oculos auertit, conuertit ad Iudaeorum minas in clamentium, Non es amicus Caesaris. Quid non aduersum veritatem sententia proferreretur? Olim statua, quae Praeside referret avertis oculis proponebatur, vt nihil respiceret iudicaturas, quod posset eius sententiam inletere. Et contra Pilatus in uersis oculis respectus effugit veritatis, ad timorem conuertitur. Exiit ad Iudaeos.

Quatuor fluij e paradiso egrediebantur, quibus (Philone auctore) quatuor designatur cardinales Virtutes. Nomen vni Phison, ipse est, qui circumit omnem terram Heuallath. Nomen secundi Geon, ipse est, qui circumit omnem terram Aethyopiae. Nomen tertijs Tigris, ipse tradit contra Assyrios. Et tibi tres Virtutes Prudentia, Fortitudo, Temperantia, quatuor duo Prudentia, & Fortitudo circum uno terram, personas considerant, circumstantias perpendunt. Temperantia autem vadit contra Assyrios, quia habet aduersarium (voluptates scilicet) quem timeat. Quid plura? Fluius autem quartus, ipse est Euphrates, Gen. 2. Vbi legitur Philo, Horrora ista, quae nobis refert Euphrates, nec oppugnat quemquam, nec circumvallat, nec habet aduersarium. Quae videlicet possit timere. Iustitia non circumvallat, vt videat, vnde terreatur, nec vadit contra. Sibi persuadat Iudex nullum mundialem adesse, qui sibi timorem possit incutere possit.

In principio (inquit Moyses) creauit Deus caelum & terram. Ge. 1. Hab. Iudex, vel Iudices. Car Creatori Iudice conuulauit? Recor Moysen Legislatorem primis Iudicis voluisse conditionem exprimere, cum primo illud vocabulum insonabat. Nullus aptior ad iudicandum quam ille qui nullum habet supra se quem possit timere.

Udena existimas id Moysen didicisse? Constitutus fuerat Iudex populi, ac simul Pharaonis Deus, Ecce constituit te Deum Pharaonis. Exo. 7. Proinde populum iudicabis Hebraei omnia dispones, quali nullus sit, qui possit te ad timorem trahere. Rex Pharaonis potestissimus? Tu Pharaonis Deus creator. Num Creator creaturam ad se dimicantem verebitur? Ad haec

Magnanimus esto, quia loco meo constituit te reatu ad Pharaonem. Non his tantum qua inferior, sed tanquam superior cor te peccato agens Deum Iudicem. Iudex enim Deus Iudex, Creator Iudex nullius creaturae timore debet retardari, quominus rectum iudicium non exerceat.

Porro stridium iudicium timidis tudeibus Ioannes minatur, quia magnum crimen ob mundialem timorem innocentem condemnare. Timidis. (inquit) Et incedulis, Et execratis, Et homicidis. Et pars illorum erit in stagno ardenti. Apo. 21. Tertul. Ante omnes reprobos semidis pars in stagno ignis. Num timiditas tantum flagitium est, quod debeatur timidus omnium damnatorum turbam precedere? Profecto, me auctore, non de timido quocumque, sed de Praeside omnibus peccatoribus praepolito terro procedit. Nunc timentem, & ob humilitatem timorem (vti ait Lyran) dechugentem peccata, ad innocentis damnationem deuinentem horribile admodum expectat supplicium.

OBSERVATIO III. Peruersum iudicauit Pilatus, quia ipse non videbat, quod videndum Iudaeis praedicabat. (\*)

15. Iustitia aduersarium non timet. Gene. 2. Philo. t. de Ioseph. 16. Index vti creator. Gene. 1.

17. Moyses Iudex & creator. Exo. 7. 18. Seppitium timidi iudicis. Apo. 21. Tertul. Iada. Gnost. c. 12. \* Iudex Dei iudicium aspecter, vt no declinet. Ad illud: Vos in deritis.

Casbia. 1.13.

**V**os, (inquit Caspi.) me ad iudican-  
 dum hominem innocentem importu-  
 nè compellitis, sed cum penam sustinebi-  
 tis huius sceleris agnoscentes. Hec Pilatus.  
 O in dicitur! Nos viderim, & nō, Vos  
 videritis. Pœna etenim sustinebit im-  
 pellens ad crimē, & impulsus. Totus  
 Pilati in quē iudicatis error, Iudæis  
 iudicis celette ad memoriā reuoca-  
 re. nul falso sibi blādīri, nullate  
 huiusmodi subiacere iudicio.

Tertul. affirmat Verbum iudicis  
 stricti & seueri personam induens ad  
 delinquētēs Protoplastos accessisse.  
 Sed adnota Textū. Et cū audissent vo-  
 cē Dei. Hebr. Vocē iudicium. Filius sub  
 humanitatis specie iudicē a datus ac-  
 cedit, quē quōdē Pater iudex comita-  
 tur. Vt doceat iudicē futurū Adamū  
 tunc rectū hominis iudiciū, quando  
 Deum iudicem intueretur.

Olim David faciebat iudiciū, & insti-  
 tiā omni populo suo. Profecto ne ad si-  
 militiā declinaret, Iosaphat filius Ahiud  
 erat a cōmentā. i. s. 2. Reg. 8. Hebrai, Iosaphat  
 erat recorder. Quidnā autē ad  
 Regis memoriā afferebat Rabbi Sal.  
 Varios casus, qui venerant ad David, et  
 per ordinē expedirentur. Existimo Iosa-  
 phat recordatorē fuisse prescriptio-  
 nū legis (vti Lyr.) & Iudicis cœlestis,  
 ne David iudicans vllō modo aut ri-  
 dōre, aut amore mūdiali corrūpere-  
 tur. Colligo namque Dei iudiciū in-  
 fixū menti Davidicæ ex Psal. 74. Cu-  
 ius inscriptio. In finē ne corrūpas. Ac si  
 diceret, In finē respice, ne corrūpas  
 recti iudicij seriē. Ad dicitur carmen il-  
 lud eiusdem Psal. Dixi iniquis, Nolite  
 inique agere, & delinquētibus, Nolite ex-  
 altare cornu, quoniā Deus Iudex est. Imo  
 & Reges gentiū iudicaturi lateri hæ-  
 rentē admonitorem statuebant, qui

continuo in clamitaret, *Respice finem.*  
 Quam liber a timore mundiali, qui  
 Iudicis cœlestis tribunali sistitur!

Moysem populi Israelitici Iudicem,  
 & Imperatorem, fugienti ire  
 ad Pharaonem, ne ab illo occideretur,  
 occurrentem Dominus volebat occidere.  
 Exo. 4. O Iudex, non timebis mundiale  
 potestātē, si ad cœlestē Iudicē eleuaberis  
 mētē. Moyses (inquit Theo) alioqui magnus,  
 metuebat Pharaonē. Minabatur ergo illi panas  
 Angelus, metum metu repellens, maiore  
 videlicet minore.

Equidē Iudices timidos, qui in mo-  
 rē Pilati, propter mundialiū principū  
 terrorē, a vero iudicio deterrerentur,  
 cū infidelibus quodāmodo mēcedu-  
 lis ad numero. Nā si crederet Deū et  
 se, futurūq; nouissima die Iudicē, nul-  
 latus mūdialis timor iudiciarij gla-  
 dij aciē hebetaret. Hūc reuoco Apo-  
 calypseos testimoniū. Timidi & Increduli  
 pars illorū erit in stagno ignis. Cap. 21.

Quare Timidos, hoc copulauit cū  
 homicidis, aut fornicatoribus, aut ve-  
 neficis, quorū ibi peragitur memo-  
 ria; sed cū Incredulis? Nū quia timi-  
 di Iudices, qui propter mūdiale potē-  
 tiā a vera, iustaq; sententia recedunt,  
 se infideles profitentur. Ita plane. Si e-  
 nim animū crederent ad cœlestē tri-  
 bunal vocandū, ab omni mūdiali ti-  
 more liberarētur. Cōfirmo ex cogita-  
 tiōne hanc ex Rup. sententia Timidi  
 sunt, qui neq; fidem neq; spem habent  
 futurorū. Et de promissionibus Dei dubi-  
 tantes; nihil forte propter spem vitæ nihil  
 arduum propter prætorum fiduciam ag-  
 grediantur. Idcirco presenti loco Timidi  
 tam increduli sociantur. Et sicut Incre-  
 datorum, ita Timidorum pars in stag-  
 no ardenti fore denunciatur. Pulchrē.

Iudex cœlestis & terrenus pariter incedant.

Hinc David rectus iudex. 2. Re. 8.

R. Sal.

Psal. 74.

22. Et Moy ses.

Exo. 4.

Theod.

23. Iudices timidi

suspecti circa articulum extremi iudicij.

Apo. 21.

Ruper

SECTIO QUINTA.

Flagella Iesu.

Ex Capite 19. Ioan.

TEXTVS.

Verf. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Num Pilatus suis manibus flagellauit Iesum?

S. I.  
Sententia affirmans.

**H**inc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Quois verbis plures doctores fulci, affirmant ipsum Pilatum flagellationis ministrum extitisse. Beda: *Intelligendus est Iesus non ab alio, quam ab ipso Pilato flagellatus. Scribit namque aperte Ioanes: Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit; ac deinde subiugit, Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius.* Bedam sequuntur Victor Antioch. & alij ex antiquis Doctoribus.

2. Verum enim improbabilem hanc reputo sententiam. Praesides enim pro uinciarum ad tam abiectam uerbosam functionem se se minime demittebant. Quod igitur per alios faciebat, id Pilato tribuitur. Cum itaque Pilatus, afferente Ioane, apprehendit, & flagellauit Iesum; manus huiusmodi militibus imperauit. At optime adiicit Euangelista milites coronam crudeliter Iesu operam dedisse. Quia flagellatio imperata a Praeside Praesidi tribuitur, licet milites fuerint executores; attamen coronatio solis militibus datur, quia non imperati Iesu caput vulnerauerunt.

\*Indecens Praesidatū propria manu subditos punire.

Praesidem Pilatum omnino dederet proprijs manibus vulnerare Saluatorem.

¶ Quod si mentem meam minus festinanter uultis aperire. Indignum plane semper reputauit Praelatos supplicium proprijs manibus de transgressoribus sumere.

Ad illud: *Apprehendit Pilatus Iesum.*

Legibus olim non solum benedictiones, sed & maledictiones in criminum uindictam prescribebantur. Porro Tribus Iuda & Tribus Leui, quois datum Ecclesiastica & secularia iudicia moderari prorsus a maledictionum inflictione excludebantur. Proferantur haec Tribus benedictionum munera; at maledictionum supplicia impendantur quidem, sed non exequantur. Pulchre ad haec Theod. adnotauit Tribus omnes deputatas ad huiusmodi supplicia inferenda haud ex Dna & libera qualis Rahel, & Lia; sed ex ancillis, qualis Bala, & Zelpha exortum habuisse. Proprium enim Principibus Dnis per se premiorum distributioni vacatibus, omnino a suppliciorum executione abstinere. At feruis adnatum huiusmodi plagatum constitui executores. *Notandum (ait Pater) est, benedicendi facultatem concessisse Tribus ex Libris oriundis. Ad maledicendum uero seruos constituit.* Tribus igitur Iuda, & Leui iudicaturas dedebat supplicij inferendi in subditos delinquentes constitui ministras.

3.  
4.  
No praepositis, sed feruis adnatum supplicia exequi. Deu. 27.

Theod. 9. 34.

Deum Iudicum normam in exemplum adduco. *Dulcis, & reclus Dns, propterea legem dabit delinquentibus.*

5.  
Deus a patris procul non puniens

Pfal.]

Pfal. Dabit, inquit, legem, non verbera infliget transgressoribus. Quare autem rectus & dulcis nuncupatur? Quia cum habeat dulcis mellis Præses aculeum haud illo vitur ad vindicandum. Rectus ille imperio; dulcis actione. *Apibus* (inquit D. Ambr.) *Rex natus & clarus formatur insignibus, ut magnitudine corporis præstet & specie; tum, quod in Rege præcipuum est, mansuetudine. Nam & si habet aculeum, tamen eo non vitur ad vindicandum.*

Ambr.  
L. 5. E.  
xa. c. 21.

6. Ut Paulus ostenderet, quã dedecore Prælatũ contumeliosum esse in subditos, ait. *Non percussorẽ.* 1. Tim. 3. D. Amb. *Nõ linguã ad conuictũ relaxet.* Ut ableget Prælatos à conuictorũ iactatione, vitur percussiois vocabulo. Ac si diceret, Tã indecẽs Prælato iactate contumelias, quã ipsum dedecet fieri subditorũ percussorem.

Nullatenus tra-  
latus  
percu-  
for.  
1. Tim. 3  
Ambr.  
L. d. Di.  
Sac. c. 4.

¶ *Quare Pilatus iusserit Iesum flagellari? & num bis diuerberatus?*

7. Flagellatio  
com-  
munis  
Iudæis  
& Ro-  
manis.

7. **E**T flagellauit. Flagellatio communis fuit Iudæis, & Romanis; tamẽ apud Iudæos leuior, præcipiente Dño, Deut. 25. ne plagarũ numerus quadragenariũ excederet; Romanis autẽ certus numerus descriptus non erat. Vndẽ more Romano Dominum flagellatum, non est qui ambigat.

8. Quæstio  
ni satis  
facio.

8. Cur Dñs verberatus? D. Hic. Quia Romanorũ legibus sancitũ, crucifigendũ prius diuerberari. Matthæus, *Iesum flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur.* D. Aug. quẽ sequuntur Cyri. & Chrysaliam causam assignat. *Hoc* (inquit) *Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut eius iniurijs Iudæi saturati, sufficere sibi existimaret, & usq; ad eius mortẽ seuire desisterent.* Flagellatio igitur facta, ut hac pœna inflicta, à morte seruaretur. Nititur hæc sentẽ

cia illis verbis Luc. 23. *Corripiam* (Pilatus ait) *eũ, & dimittã.* Et Ioannes post quã flagellatũ fuisse refert, narrat Pilatũ eũ voluisse liberare. Ergo nõ verberatus fuit, ut suffixioni traderetur.

Luc. 23.

Porro aliqui ex recẽtioribus hoc argumento illigati, duas affirmãt flagellationes. Semel (inquiunt) Iesus flagellis cæsus ad correptionẽ, quod Lucas; iterũ ad crucifixionem, quod ad notat. Mat. Existimo (Gersonis, & Montani venia) hanc opinionem cõtextui non posse accommodari. Nã, ut ipsi auctores affirmant, illa flagellatio à Matthæo exposita est, quã ultimo est facta ad crucifigendum. At hæc eadem cũ cum ea, quam narrat Ioannes. Ergo nullatenus ex Ioanne colligi potest Iesum semel & iterum verberatum. Probo eandẽ esse. Matthæus tunc coronatũ spinis, & veste purpurea circumdatum affirmat Iesum; id ipsum refert Ioannes. Constat autem hanc Ioannis non esse factam ad crucifigendum; nam ut ex eodẽ habetur, coronatũ spinis, & vestitum chlamyde Pilatus Christũ populo ostẽdit post flagellationẽ, & voluit eum liberare, multũque recussauit cruci tradere suffigendum. Igitur facta non est crucifixionis causa flagellatio, cuius meminit Matthæus. Non ergo Iesus semel fuit & iterum flagellis percussus. Quid ad legem Romanorum? Respondeo iam esse flagellatum Christum, nec opus fuit, ut ea intentione rursus flagellaretur. Et forsitan, me auctore, Pilatus ea pœna Saluatorem affecit, ut liberare posset, si populus placaretur; minus ad crucifigendum sua lege disponeret. D. Pal. cõfirmat. *Flagellis cæditur, sicut cõsuetudo est Romanorũ. Quoniã Maare dicit fecisse, ut populo satis face-*

9.  
Nũ bis  
flagellis  
cæsus Ie-  
sus?

1. 2.  
nũbis  
Iesum  
cæsus

1. 2.  
Iesum  
cæsus  
Iesum

1. 2.  
Iesum  
cæsus  
Iesum

faceret, & cessaret ab interfectione eius, cum viderent eum flagellatum. Vtrumque itaque Pilatus complexus est. Nec constat mihi, qui hoc pretextu Romanorum monumenta euolui, num flagellatio à Romanis antè crucem illata externos vulneraret. Nò exigui ponderis argumentum huius existimo, quia latrones cum Domino suffixos, non lego flagellatos.

¶ De numero flagellorum Iesu.

10. Nò determinatur numerus verberum.

Brig. l. i. co.

Vincet. ser. de Pal.

11. Aucto. ris m. 3.

Præmissi Dominum Romano more flagellatum fuisse, vnde quadragenarium numerum præscriptum Iudæis Romanos milites transilijisse nò repugnat. Attamen determinatum verberum numerum nec Scriptura, nec antiqui Patres tradiderunt. Quidam ex recentioribus asserunt quinque millia verbera Domino inflata. Consonat cum D. Brigittæ revelatione, quæ conitat Iesum 5175. vulnera perpeffum. Extant hæc de re Bartholomæi Laurentij carmina, apud Taulerum à te requirenda. Cum autem Christi vulnerum maxima pars ex flagellis exorta sit, ergo quinque millia circiter fuere ictuum ex flagellis, reliqua vero pars 475. reliquis plagis attribui potest. D. Vincetius corporis ossibus 276. ter ictus verberum Iesu ait respondisse. Vnde 628. plagis cæsus est. Addit præterea à planta pedum vsque ad capitis verticem crudeliter diuerberatum Iesum, primo quidem spinis, & vepribus acutissimis, secundo flagellis aculeatis, tertio hamatis catenis. Affert que ex Euseb. & Chrysoft. Non inueni vbi nam hæc ab hisce Doctoribus scribantur.

Ego quidem in re dubia, à cuius circumstantijs Patres Euangelistas imitatos existimo consulto abstinuis-

se, admittens D. Brigittæ reuelationem affirmo ita grauiter tot flagris percussum Dominum, vt ad misericordiam posset flectere Iudæos. Attamen non adeo grauiter vulneratum reor, quod fuisset periculosa flagellatio. Nec enim Pilatus Iesum extinguere volebat; sed è Iudæorum manibus liberare. Cùm Ioseph petijt à Præfide corpus Iesu, miratus ille, quod iam obijisset, & accersito Centurione, rogauit, si iam mortuus fuisset. Quod si periculosa extitisset flagellatio, non in admirationem huiusmodi reperetur, qui tot millibus verberum Iesum viderat tam proximum exitio. Compone plagas Iesu cum animi ipsius reservatione sicut in sanctissimo Iob, & sint tibi milites Romani Demones immanissimè Saluatorem diuerberantes. Nec enim fortitudo defuit in veritate, quæ præcessit in typo.

Duo in super requiram. Vnū quidem an Iesus prostratus fuerit ad flagella excipienda? Sin autem (inquit Dñs) eum, qui peccauit, dignum viderint plagis Iudices, prosternent, & coram eis facient verberari. Deu. 25. Nihilominus respondeo, Iesum non Iudaico, sed Romano more cælum, columnam fuisse illigatum. Testor ipsam columnam Hercules superatè. D. Hic. Ostendebatur (inquit) columna Ecclesie porticum sustinens infecta cruore Dñi, ad quam vinculus dicitur, & flagellatus. Eiusdem partem Romæ ostendi in templo S. Prædixi à pluribus testatum audiui, & legi.

Alterum denique, num Deipara viderit Iesum flagris percuti: Dion. Cart. & Metaph. affirmatiuè respōdēt. Hicra. hisce verbis. Cū tēpus adesset passionis, & iam abduceretur ad Pilatum &c. Mater sicut in alijs superabat mulierem, ita hic

12. Ad columnam religatur.

Hiero. in Epit. Paulæ.

13. Admit. Deipara. Cartha. ser. de Pal. Metra. de Dor. Deip.

videtur quoque plusquam malum, quæ ab illo minime recedit, sed proprias sequebatur, nihil amens, quod esset formidabile. Libenter tui scribo.

merus verberum!

Vbinâ cōflarū Samsonis fortissimi exitiū lachrymabile? An nō in fornace auaritiæ? Illigatur Nazareus, quia à Philisthæis Dalila audivit, *Dabimus singuli tibi mille & centum argenteos.* Iud. 16. Amb. *Quid? Fortissimū omnium Samson nō ne Dalila auaritia decepit? Itaque ille, qui rugientem leonem manibus discepit suis, qui funes intextos neruis velut mollia stipe fila dirupit, fragili vinculo il ligatur.* Quid mirū auaritiæ vi, & crudelitate Nazarenū vindicti, similites auaritia corrupti columenq; alligarūt Nazarenum?

16. Typus Saniō. Iud. 16. Ambro. L. 2. Of. fi. c. 26.

OBSERVATIO I. MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Verbera Iesu à crudelissimæ auaritiæ inmanitate effluxit.

\*Nil enim genus avaritiæ. Ad illud: Et flagella vit.

14. Chryso. hom. 83. in Ioan.

Milites minimè imperati Iesum à pinea corona crudelissimè illi pauerunt. Quærit D. Chry. *Quomodo molles hæc faciebant, siquidem non præceperat Pilatus? Responder egregiè. Ad Iudæorum gratiã. Neque enim noluit à Pilato inferri, eū Iudæa profecti sunt: sed pecunia à Iudæis alleciti omnia audebant. Si alleciti pecuniam audebant omnia, ad quæ nō fuerat imperati, quid non auderent in sacratissimum corpus Saluatoris & pecunia corrupti, & à Præside iussi? Quam crudelis flagellatio, ubi crudelitas auaritiæ, cum iustionis obsequio copulabatur!*

15. Iniuriæ hæc in fornace auaritiæ conflata. Bernar. ferm. 20. in Cant.

D. Bern. appositè ponderauit peculiare Dominicæ passionis quoddam iniurias in auaritiæ fornace fuisse cōflatas. *Christi (inquit) opprobria flagella, lacrimas, lacerationes in fornace auaritiæ cōflant.* Cōflata hæc in fornace auaritiæ? Proculdubio communis crudelitatis terminos transiliet. Tot itaq; fuere opprobria, ut qui sui patendi inflamabatur, his quodammodo saturaretur, iuxta illud: *Saturabitur opprobrijs.* Nō suffigetur tribus, sed quatuor clauis, ut crudiori afficiatur dolore. Lacerata semet in cadauer. Quid flagella? Mirabar aliquando, quod quinq; milia flagra existere potuissēt. Auaritiæ fornace flagellatio cōflatur. Prohexiguus adnumeratus à Brigitta nu-

Dauidis ex ore Dñs colūnae, me iudice, illigatus. *Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.* Pla. 58. Proh Deus immortalis! Plaga præscriptū terminū præteriiuit? An nō in Iob Iesu patiētis typo terminum posuisti, quæ vel ipse Diabolus nō præteriret? *Tantummodo animam illius serua.* Iob. 1. Certū est animam Saluatoris (loquor eū Calsi.) nulla potuisse aduersitate occurrere. At in præteriti usq; ad animam quodammodo penetravit vulnus, quia nō Diabolus irruit in Iesum, sed in me (inquit) *irruerunt fortes.* Qui sã fortes ipsi? *Qui (D. Aug.) sperantes in diuitijs praua luerunt.* Quid non totius humanitatis terminos profiliēt milites, qui diuitijs, ex hac actione crudelissima, Iudæorum sperabant augeri?

17. Irruerunt in Iesum fortes ex pecunia milites. Plal. 58. August.

Non poterant milites illi patrare flagellationem, quæ quidē omnibus iã Nationibus cōmune suppliciū. At modos verberationis crudelissimos excogitarūt. Quis crudelior, quid nouior, quā hominē illius ionis gratia clamyde indui purpurea, spinatū crudelissimarū redimiri coronam? Id milites ab auaritia edociti præterire. Opportunè adhuc. D. Chry. *Qui pecunias dili-*

18. Auarus inuicem tor: uproximo malorū patratior.

Chryf. hom. 6. *vit. innumera proximo mala patrabit, sibi pariter cu illo. Vel sibi ipsi excogitabit acerbissimè supplicij exquisita vulnera, qui dat operā auaritiæ.*

\*Diabo lus mal- leus in- horum.

OBSERVATIO. II.

Ad illud: *In Pilato & militibus omnes Dæmones Iesum diuerbera- runt.*

19. **B**eda, qui ipsum Pilatum proprijs manibus Iesum flagellasse affirmat (cuius reiecimus, sententiam) id accidisse in typo scite adnotauit. Licet nobis à sensu Patris recedentibus, eius ex hoc capite placitum pōderate. *Primitus (inquit) ipse Pilatus flagellauit, post militibus tradidit. Porro Pilatus qui os malleatoris interpretatur, significat Diabolum, qui secundum Prophetam malleus est uniuersæ terre. Pilatus itaque Diabolus malleator uniuersæ terre Iesum flagellauit adeo immaniter, ut vltus malleo proflagello, vim, quam ad totius orbis homines contuendos impendit, in vno diuerberando Iesu copularit.*

20. **Q**uam horribilis malleator Dæmon vni hominem vulnerans? *lob. 1. Chryf. Profecto opere præteritum est contemplati, quam horribilem, & crudelem se se præstet Diabolus malleus nō terræ uniuersæ, sed hominis vnus. Ad mentem reuoca patientissimi Iobi historiam. D. Chrysof. affirmat nuncium illum, qui quatuor clades Iobi aperuit, Diabolū extitisse. Quatuor itaque verbera impexit vnus Dæmon viro patientissimo. Videamus quid sub mallei ictibus Rex? Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua. Ca. 1. Quare scidit vestes? Perpulchre respondet Origen. *Conscidit vestimenta sua, sine vbra se metipsum præparans ad plagas. Ecce, inquit, corpus nudum, ecce corpus detectum. Vos flagellate inimici,**

*tanquam Dei sacellites; ego autem sufferam. Vos verberate, ego autem sustinebo, dicens cum Ieremia, Dorsum meum dedi ad flagella. Vnus Satham accesserat non visibiliter sub percussoris habitu, sed sub nancij cōpatienter enarratis aspectu, & adeo afficitur dolore Vir, ut sibi videatur omnes Dæmones sustinere percussores, ad omniaq; flagella ab vniuersis Dæmonijs infligenda esse præparandū. Quid post omnium verborū impactionem? Vestra meditationi relinquam.*

*Si ergo uniuersæ terre Malleator omnes hodie vires, queis omnes iustos cōcundebat, imo & peccatores, collegit, ut vnum vulneraret Iesum: quot flagella, quot vulnera! quanta Deus immortalis, huiusce diuerberationis crudelitas! Vultis apertè ostendā? Audite Iere. *Quomodo confractus, & contritus est malleus uniuersæ terre. Cap. 50. Vbi D. Bern. Diabolus (inquit) tanquā malleus celestis opificis factus est malleus uniuersæ terre. Terit electos ad eorū utilitatem, reprobos concertit in eorū damnationē. Si forte cōtingat malleū vulnerando cōfringi, tunc equidem quando grauiori eū impetu descendit: an non apertè ostendetur tunc graui⁹ vulnerasse? Quis dubitet? Probo igitur Iesū grauius fuisse omni⁹ iustis omni⁹ peccatoribus vulneratū. Quia malleus percutiendo Iesum cōfractus est. Quærit Propheta. *Quomodo cōfractus, & contritus est malleus uniuersæ terre? Num percutiēdo iustos? Nū cōtundēdo peccatores? D. Bern. omnes hoc malleo percussos affirmat, & tamen malleus integer perseverat. Profecto tūc cōfractus est malleus, & cōtritus, quādo Iesus flagellatus est. Hūc reuoto pulchriā Origen. *se- tentiam. Christus (inquit) malleū hunc****

21. *Contritus est malleus percutiēdo Iesū.*

Iere. 50.

Bernar. de Trias. Mala.

Origen. Hom 3. in Iere.

conripuit in passione. Ergo nunquam tam crudeliter vulneravit. En vnus crudelitas malleatoris.

22. Omnes Demones malleatores contuderent Iesum.

Enim vero ex Bedæ sententiâ postquam Malleator Pilatus Dominum flagellauit militibus ulterius percutiendum commisit. Non enim solus Sathâ, sed omnes tenebrarum Principes malleis, quæ singuli totum orbem conrundunt, Christum Dominum vulnerauere. Appositè Origenes crudelitatem militum flagellantium Dominum depingens, fatur, Ego autem puto milites hoc fecisse operantibus in se inuisibilibus Regibus, & Principibus seculi huius, qui astiterunt, & conuenerunt in unum aduersus Dominum. Nec enim tam immanes in Iesum, si non omnes Malleatores in unum conuenissent, ad unum fortissimum lapidem percutiendum.

Origen. Ho. 35. in Mat.

\*Iudæi crudelissimi Domini sanguinis temperesulores.

Vapulauit Iesus vsque ad Iudæicæ crudelitatis, & inuidiæ satisfactam.

Ad illud: Et flagellauit.

Pilatus autem volens populo satisfacere, Iesum flagellis cæsit. Vbi Beda, Quod quidem ideo fecisse credendus est, ut satiati penitus, & opprobrijs eius, Iudæi mortem eius ultra sitire desisterent. Quam diu flagellatio, quæ, arbitrate Pilato, potuit exatiare Iudæos!

22. Beda.

24. Natura Iudæis sanguinis fitis. Deut. 1. Theod. q. 2. in Deut.

In cuius expositionem expendam, quanta Iudæica sanguinis sitis. Natura Iudæis huius pessimæ generationi auaritas sanguinis. Sæpe sepius Lex prohibebat Iudæis sanguinis elum. Cuius si causam requiras, audi Theod. Cur tam frequens interdixit Iudæis elum sanguinis. Estimo legis scopum esse meminerit, ut cruentum eorum sanaret animum. Id quod Saluator aperuit hisce verbis. Veniat super vos omnis sanguis

iusus, qui effusus est ab origine mundi, & sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ. Mat. 23. Quonam modo Iudæi omnis effusi iustorum sanguinis rei esse potuerunt? Alij aliter. Ego equidem ideo reor Iudæos effusi omnis iusti sanguinis illigari reatu, quia adeo crudeles, ut si non effectu, saltem affectu & effundi desiderent, & gaudeant effusum. Eusebium Emissenum do huiusce expolitionis confirmatorem. His (ait) verbis Saluator dicere videtur, quod hæc impii generatio tantam pœnam pro scelere patiatur, quantam pateretur, si omnium sanguinem sudisset. Quia omnes occidit affectu. Nec enim de effusione huiusce sanguinis pœna immineret Iudæis non actu percutientibus, non illum affectu effudissent.

Forum crudelitati tribuitur omnis sanguis effusus. Mat. 23.

Euseb. Ho. de S. Step.

Quid de siti ex Dominico sanguine adiungam sanguis (inclamant) eius super nos, & super filios nostros. Mat. 27. Ac si dicerent. Nos, filij que nostri adeo hoc sanguine exsatiari cupimus, ut nullus sit Christicola, cuius non siccis faucibus potaremus cruorem. Vnum testor Proditorem tam Dominici sanguinis sitibundam, ut se se addiderit laqueo (auctore Ruperto) quia Christi nomen omnino extinguere non potuisset. Porro Eusebius Emis. pulchrè huiuscemodii sitis ardorem expressit, fatus. Nemo Christianorum usquam occisus est, qui Iudæorum vel manibus vel affectu non sit occisus.

26. Omne Christianum sanguinem effundi expetunt. Mat. 27.

Rupert. in Mat.

Euseb. citat.

Enim vero Pilatus, qui aperte dignoscebat innatam Iudæorum sanguinis sitim, & specialem auaritatem ad Dominicum cruorem, quando desperatam omnino ducebat Iesu liberationem; machinatus est supplicium, quo infallibiliter (vti sibi videba-

28. Iudicat Pilatus ex flagellato Iesu hanc sanguinis sitim extinguetur, dam.



tur, & non sine maximo fundamine) Iperabat fore, vt sitis vel Iudaeorum expleretur. *Flagellauit Iesum.* Quam dire, qua immaniter percuteret eu, si ad Iudaeorum satietatem erat vulnerandus? *Ut satiati panis eius, Iudaei mortem eius. Vltra sicire desisterent.*

Beda.

29.

Iudaei  
satiati  
tunc  
nis. Sal-  
uatoris.

Num Pilatus habuit intentu? Habuit profecto. Iudaei enim Iesu opprobrijs & vulneribus, fluentique cruore exsatiati fuere, licet in more eorum qui Bacco deseruiunt, affectu minime auerterunt a vino. Tollit ebrius ex ore scophum, non quia sibi inuitum, sed quia tunc exsatiatus, reliquum reseruat in posterum. Haud aliter existimo satiatis fuisse Iudaeos flagellis Iesu. Quando Pilatus Christum tot vulneribus affectum Iudaeis ostentauit, illi in clamauerunt, *Tolle, tolle, crucifige.* Ioa. 19. Tolli profecto quasi exsatiati iubet. D. Thom. egre

D. Tho.  
in Ioa.

gie. *Per hoc insinuantes, quod nec eu videre pterant. Grauis est etiam ad videndum.* Vti accidit eis, qui nimio potu aut cibo pleni etiam grauis sibi vel ciborum poculi que aspectus. Si exsatiati, cur cruci suffigi vociferantur? Ebrii tunc, calicem iubent in posterum custodiri.

\*Quantum le-  
ges pa-  
terne li-  
get? Vbi  
de Iesu  
Patien-  
tia.  
Ad  
illud  
Et fla-  
gella-  
uit.

OBSERVATIO III.

Patientissimus Iesus voluntatis Paternae memor erat, vt illigari, & flagellari permitteret.

Aliter ostendo huiusce flagellationis immanitatem. Opus fuit patientissimo Iesu ad memoriam reuocare paternam voluntatem circa illigationem ad columnam, & verberationem; vt ad vulnere pararetur. In cuius illustrationem pergitto Do-

30.

minicae tolerantiae robur.

Bis Petrus Iesum abstrahere conatus fuit a passione. *Abstine a te Domine, non erit tibi hoc.* *Conuersus dixit Petro, Vade post me Satthana, scandalum es mihi.* Mat. 16. Vbi Caieta. *Eadem seruitate reprehendit & Diabolum ad idolatriam provocatam, & Discipulum mortem impediendum.* Iam etenim rursus procurauerat apud hortum Malchum vulnerando, Iesum a manibus armatorum eripere. At tunc (vt adnotauit Tertulianus) *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Noluit enim pati scissionem in patientia. Quasi diceret, Tam properanter ad patientiam currebat, vt mors illi patientia Domini vulneraretur. *Vade igitur post me, non ante me;* ne scandala per te militatuantur, queis mors passio que mea possit retardari.

31.  
Repel-  
lit Petru  
curante  
ne Iesus  
patere-  
tur.  
Mat. 16.  
Caiet.  
Tertul.  
L. de Pa.

Imo qui amicum Petrum Diabolum appellauit, quia eum retardare curabat, ne properaret ad mortem; Diabolum Iudam vocauit amicum; quia circa properum suum e mundum discessum fatagebat. *Amice, (inquit) ad quid venisti.* Mat. 26. Non erat opus, vt accederes, iam me ad passionem properante. Tu currebas, sed ego festinantior Discipulis in clamaram. *Surgite, eamus. Ecce appropinquat, qui me tradet.* Nec enim patiar, velociorem ad me tradendum Proditorem accedere. *Ad quid igitur venisti, si ego te iam requirere festinabam?* Alibi Dominus Proditori. *Quod facis, facitius.* Ac si diceret, Num velocior curre? Sive (vt Hispanice explicem) *Apostemos, a qual corre mas.* Tu videlicet ad tradendum me passioni, an ego ad praecipuendam hostium seuitiam? *Curre, properabo. Proh cursoris inertiam, & pigrizia!* *Quod*

32.  
Iuda ap-  
pellauit  
amicu,  
du eius  
compre-  
hensio-  
ni dat o-  
peram.  
Mat. 26.

Bernar. ser. 3 de Cę. Do. *facis, fac citius. Quā scitē D. Bernardus, Domine Iesu, vita mea, decus Angolorum, quantū eis diligebas, pro quibus mori cupebas. Nobis vitam, tibi mortē ascebas. Sedulo cogitate, quantum est diligendus, qui se tradentem ad montem sic hortabatur!*

33. Memor Paternę legis illi gari per mittit. Gen. 21. *Iam venio ad flagellationis instantiam. Profecto qui tam velociter ad passionem currebat ad columnę ad flagellorum conspectum adeo afficitur, ut si Paternę voluntatis memor non esset, non permetteret illigari. Obijcite, precor, Abrahamum obedientissimum Isaacum illigantem, ne vulnus refugeret. Porro ociosa videbitur actio Patriarchę. Si tam obediens Isaac vulneraturo submittitur,*

Rupert. *quid necessaria vincula? Rupert. existimat in Isaco Iesum a cęlesti Patre te fuisse adstrictum specialissimę obedientię legibus, ne affugeret columnę alligari. Colligavit planē Deus Pater Filium suum nō imbecillitatis vincula, sed magnę charitatis imperio, ne oblatum calicem passionis abigeret. Unde in Psalmo dicitur. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Quasi ipse Pater manus Iesu teneret, uti a militibus columnę feligarentur. Illud expende: Ne oblatum calicem passionis abijgeret. Et contemplare, num apud horum non mortis calicē præsterire efflagitaret; sed vnam dumtaxat flagellationem?*

\* Huma-  
næ mali-  
tia incre-  
na a.  
ad  
illud.  
Et fla-  
gella-  
nit.  
34.

OBSERVATIO V.

Quodammodo Iesus ignorabat fore, ut posset diuerberari.

**T**Am ingens verberationis immanissimę opprobrium, ut quodā modo Iesu sapientissimo haud veni-

ret in montem huiusmodi genus supplicij. Nunquam (ac si diceret) o Pater, credidi (fati sic liceat, ut huiusmodi exaggeratione flagellorum immanitas magis innotescat) posse me ab tantam submitti abiectionem, ut tam immaniter verberarer.

Audis Iesum ex ore Dauidico in clamantem. *Congregata sunt super me flagella, & ignoravi.* Psal. 34. Exponit hic D. Hiero. *Cum Pilatus dixit, Dimitte tam cum emendatum, id est flagellatum. Et ignoravi. Non quod ignoraret Christus aliquid. Sed ignoravi, quia propter quod illud mihi accidit, non commisi, nec habui conscientiam peccati, propter quod flagellari debuerim. Re cę Pater. Sed accommodatius argumento, huiusmodi sensum admittit carmen. Tā a mea innocentia abstracta flagellatio, ut quando irruentes in me viderim milites illigaturos columnę, ut me diuerberarent, quasi de re insolita, & quamvis pressus patiendi siti quodā modo non previderint. Hac exaggeratione exponit locum Theodoretus. *Ipsi cum turbis me inuaserunt, interficere sperantes, & subito irruentes ignorantem me alligare conati sunt. Hoc uim dicunt verba illa: Congregata sunt super me flagella & ignoravi.* Symmachus, *Congregati sunt super me percussores, & nesciui.* Vulgariter exponam. *Nunca tal pense.**

Olim dicitur Isaac ad sacrificium, dum ignem & ligna præparata aspiceret, requirens victimam holocausti rogat, *Ece ignis, & ligna, ubi est uictima holocausti?* Gen. 22. Vbinam agnus, aut vitulus vincendus, illigandus; Nam victimę uocabulum a vinciendo deductum placet aliquibus, quia offerēde, mactandę que vinciebatur, teligabatur. Ignorabat planē Isaac

35.  
Quonā-  
modote  
surgit fla-  
gellatio-  
nem?  
Psal. 34.  
Hiero.

Theod.

Symma.

36.  
Huius-  
modi  
ignora-  
tionis  
typus  
Isaac.  
Gen. 22.

Lipon.

Isaac ſe vilo modo vincendum. Cui nam etenim ſenſato veniret in mentem vnicum Filium tam Patri charū vinculis illigādum. Profectō hoc Isaac ignorauit in typum Ieſu vinculis ad columnam religandi. Egregia hæc fuit Lypomani ex cogitatio. *Interrogat* ( inquit ) *Isaac patrem de victima holocausti. Quia ignorare videtur Dominus Ieſus, cur patiatur. Unde in persona eius dicitur. Congregata sunt super me flagella, & ignoram.* Quis enim crederet vni genitum Filium tanquam mancipium religandam?

37. Confir-  
macur  
ex te-  
mia.  
Iere. 11.  
Helych.  
ad Plal.  
34.

Conteltatur Ieremias, cuius ex ore Ieſus clamat, *Et ego quasi Agnus m̄a ſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui.* Cap. 11. Vbi Helychius de Ieſu adducto, vt religatus columnæ vapularet, explicat locum. Inſtar Isaac ego ducebar ad victimam, ad religionem; quæ quidem tam a Filij vni geniti dignitate abſtracta, vt quodā modo non cognouerim, nūquam in meam mentem accurretit.

38. Vel ſa-  
pientif-  
ſimus in  
paſſio-  
ne igno-  
rar.  
Zach. 3.  
Hieron.

Pondero excogitationem hanc ex Ieſu ſapientia & ſcientia circa paſſionis iniurias. Zacharias, *Super lapide n̄ vnum ſeptem oculi ſunt, ecce ego calabo ſculpturam eius.* Cap. 3. Vbi D. Hiero. in proemiali Obſer. datus, in oculis ſeptem totidem Spiritus ſancti dona contemplatur. Quorum tria *Intellectus, ſapientia, ſcientia.* Non enim ſemel, ſed iterum, atque ruruſum Dominus ſapiens in paſſione exhibetur, vt innuatur, nullum nō opprobrium apertiffimè cognouiſſe, nihil ex ignorantia perpeſum, ſed omnia ſciētē & volentē fuiſſe amplexum. *Deus meus volui.* Iam requiris. Si omnia ſapientiffimus cognouit, quonammodo in clamat, ſe ſe illigationem, & verberationem ignoraiſſe, & (vti

aptius lingua materna expendam) *Parece, que ſe haze de nueuas?* Vt hominum execrabile flagitium, & huiuſce modi ingentis iniuriæ appareat magnitudo, hac Ieſus vtitur exaggeratione. Innumera, ea que ingentia ſupplicia præueni. Attāmen tam impudens hoſtium meorum flagitium in cuius nam cordati veniret excogitationē? De crucis ingentiori ignominia alibi ſermo.

OBSERVATIO VI.

Ingens admodum flagellationis opprobrium, quod Deus patiens redditor puniuit ex parte, prius quam machinaretur.

\*Deus  
patiens  
reddi-  
tor ſup-  
plij.  
Ad  
illud:  
Et fla-  
gella-  
uit.

Quid ſegnius Deo, quādo ad vindictā accingitur? Immenſis prope modum vtitur moris, vel poſtquā decreuit vindicare. *Non permanebit* ( inquit ) *Spiritus meus in homine, quia caro eſt. Deleri omnino carnales homines decernit. Ad dicit tamen. Erunt que dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis: iſti ſunt potentes à ſeculo viri fa- moſi.* Gen. 6. Famoſi equidem ſceleribus, interprete D. Chryſoſt. Proh Deus immortalis! An non deleturus Gigantes ſceleribus potentes & famoſos in iram exardeſcis? Ita plane. Quare igitur tot annorum interſtitio ſupplicium differtur? Vt appareat, quam præpoſterus Deus ad crimina vindicanda.

39.  
Gen. 6.  
Chryſ.  
Ho. 22.

Imo tunc, cum tam procul ſupplicium conſpiciebatur, quaſi pro foribus inſtabat, ſi Dei tarditas circa inferendam vindictā conſideretur. At cam Dominus fabricari iuſſit, in qua Noe eiusque familia de diluuiō liberaretur. Cuius equidem fabrica cen-

40.  
Quæ-  
que mo-  
ra Deo  
patienti  
reddito-  
ri exi-  
gua.  
Gen. 6.  
tum & 7.

tum æquavit annos. Nam quingentesimo ætatis anno opus aggressus, sexcentesimo perfecit. Gene. 7. Ad quem locum D. Chryso. *(Cum tot annis audissent peccatores, quod ante fores esset interitus, neque sic à malitia cessarunt. Illam particulam premo. Quia ante fores esset interitus. Num ante fores aderat clades, quæ post centum annos futura prædicabatur? Porro ea est Dei tarditas ad supplicium inferendum, ut etiam tam dilata pœna iam iam instare, & pro foribus adesse videatur.*

41. Probatur exiudicio extremo. Thr. 3. Hiero. Quid si quod in nouissima die futurum est delinquentibus supplicium, quasi iam præterierit Deo patientissimo expectatori? *T et edist* (inquit Prophetæ) *arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.* Thr. 3. D. Hieron. locum exponit de iudicij die. *In arcu (ait) quanto longius trahitur chorda, tanto de eo districtior exit sagitta; sic extremi iudicij dies, quanto longius differtur, ut veniat, tanto, cum venerit, de illo districtior sententia procedit.* Si sagitta diuine ultionis iudicij extremi die debet auolare, quonammodo ad scopum contracto arcu iam Deus statuitur? Quia tam patiens redditor, ut iam si bi præterijisse videatur, quod in nouissima die præstandum est.

42. Maior acceleratio supplicij peccati maiore malitiâ arguit plerumque. Hoc præmissis. Dic mihi obsecro, si Deus repente puniat peccatorem tunc, cum delinquit, non ne perspicatius documentum grauissimū extitisse flagitium? Ita plane, quod facillimo negotio probare possemus. Adhuc requiro, si non solum punitio peccati comitaretur actionem, sed longe antè flagitium in peccatorem Deus insurgeret puniendum, quid? Argumentum mihi esset flagitium illud incredibile ponderis extititum.

Exhibeo exemplum. Cain ad Abel, *Egrediamur foras.* Gen. 4. Septuag. *Egrediamur in agrum.* Addit Ambrosius. *Sterilem, & infecundum.* Vnde namager ille sterilitate laborabat? Num ex communi maledictione *Spinas, & tribulos germinabit tibi?* Doctor respondet egregie. *Tanquam præfagiens natura tanti sceleris, in loco germina denegauerat.* Et adiicit, *Quia non conueniebat, ut idem solum & contagia parricidalis sanguinis reciperet præter naturam, & fructus secundum naturam germinaret.* Tam graue Cain delictum ab ipso mundi primordio ex parte quodammodo vindicatur (liceat mihi huiusmodi vitæ exaggeratione scienti supplicium non præcedere, sed sequi delicta) dum agricultoræ immani terra fructus denegauit priusquam innocens sanguis funderetur. Nec enim infacunditas terræ illius dignosci posset, nisi quia sementis redditum denegauit.

Hinc dignoscere datur, quam incredibile flagitium flagellatio Iesu, quando benignissimus, patientissimus, qui tot secula differt vindictam, non solum puniuit Iudæos se militum manibus flagellantes tum, cum vulnerant, aut proximè post diuerberationem; verum ante quàm eis flagellatio veniret in mentem iam Iesus in eos pro flagellatione vel mystice vindicabat. Referte, quæso, ad memoriam Dominum in Templum Ierosolymæ ingredientem, efficien- 43. Iesus flagellauit prius flagellatos. temque de funiculis flagellum, ut Templi prophanatores flagelaret. Dic mihi benignitatis fons, cur tam seuerus nunc (quando iudicandus non iudicaturus) in peccatores insurgis? Existimo tunc in memoriam Iesu accurrisse, se ab illis, siue eorum causa esse verberandum. Vnde ab eis flagellandus,

Gen. 4.

Ambrosius. I. de Abel.

43. Iesus flagellauit prius flagellatos.

Ioan. 20.

gellandus, prius eos flagellauit. Il-  
ludro cogitationem hanc pulchra D.  
Augustini sententia. *Qui flagellandus  
erat ab eis, prius illos flagellauit. O quā  
ingens iniuria, quæ non dum machina  
ta est, & iā quodāmodo vindicatur!*

OBSERVATIO VII.

Numerus flagellorum Iesu quo-  
dammodo peccatoris verbe-  
rum numerum adæqua-  
uit.

**D.** August. pene infinitum flagel-  
lorum numerum sic describit.  
*Ecce Dominus aptatur ad verbera, ecce  
iam ceditur, rūpit sanctam cutem violen-  
tia flagellorum, repetitis ictibus crudelia  
verbera scapularum terga confindunt.  
Pro dolor! Iacet extensus ante hominem  
Deus, & supplicium patitur rei, in quo  
nullum peccati vestigium potuit inueni-  
ri. Illud adnota: Supplicium patitur rei.  
Id est, quod reus mundus, siue om-  
nes peccatores passuri fuerant, vnus  
patitur Iesus.*

**45.** Unde colligo innumerabilia fais-  
se verbera Iesu, si peccatorum ver-  
beribus responderunt. Audite Da-  
uidem. *Multa flagella peccatoris.* Psal.  
32. Ad quem loquor sic opportunè  
**D. Innocen. iiii.** *Multa merito dicun-  
tur flagella peccatoris, quia & in carne  
flagellatur exterius, & in mente flagella-  
tur interius. Flagellatur in vita presenti,  
& futura. Flagellatur ex culpa, flagella-  
tur ex poena, flagellatur à Deo, flagella-  
tur ab homine, flagellatur à mūdo, & fla-  
gellatur à Dæmone, Nec posset quis per  
singula enumerare peccatorum flagella.  
Iesus igitur innumens verberibus  
cæsus est, quia sustinuit verbera pec-  
catorum. Pulchrè D. Hieron. Iesum  
flagellatum tradidit eis. Hoc autem fa-*

*Etum est, ut (quia scriptum erat, Multa  
flagella peccatorū) illo flagello nos à ver-  
beribus liberemur.*

*Pro mēsurā delicti, erit (inquit Deus)*  
& *plagarum modus.* Deut. 25. Maximè  
delictorum mensuræ hominum men-  
sura maxima plagarum respōdet. O-  
biter ex præmissis D. Augustini ver-  
bis illud preinendum accipe: *Ecce iā  
ceditur, rūpit sanctam cutem violētia fla-  
gellorū. Ac si diceret, primis vulneri-  
bus cutis sacratissima extrahitur. Si  
ergo innumera flagella ad mēsuram  
verberum peccatoris, quid efficerēt  
reliqua vulnera, dum prima Domini  
cam cutem extraxere? Fateor me ex-  
aggerationibus vsus, si numerus vul-  
nerum sit recensendus. At si qualita-  
tem perpendamus in conspectu Dei  
flagellati, vnicum vulnus omnium  
flagellorum peccatoris numerū tran-  
silit.*

**Hinc D. Bernar.** iusta admiratio.  
*Vide nunc opera Domini, quæ posuit pro-  
digia super terram. Flagellis casus est. Et  
vere maximum prodigium Dominū  
illigari columnæ, & tot flagellis con-  
tūdi. Addit, Misericordiæ Domini mul-  
ta, sed & miseriæ Domini multa. Hinc  
dolores, hinc miserationes. Hinc oleū exul-  
tationis, hinc sanguinis gutta decurrentis  
in terram. Vincent ne miseriæ misericor-  
dias; an miseriæ miseriæ superabūt?  
Respondet. Vincant misericordiæ tuæ  
antiquæ Domine. Plane foderunt impa-  
tientia foveam, occasiones indignationes  
plurimas, & permaximas ministrantes.  
Sed quid horum fovea ad abyssum man-  
suetudinis tuæ? Quasi horribile adeo  
hoc facinus sit, vt misericor-  
diæ abisso sit obruen-  
dum.*

August.  
Tiaz. 10

\* Multa  
flagella  
peccato-  
ris.

Ad  
illud:  
Et fla-  
gella-  
uit.

44.  
August.  
apud D.  
Tho. in  
Cat.

45.  
Verbe-  
ra Iesu,  
vt pecca-  
toris ver-  
beribus  
respon-  
deant?  
Psal. 31  
Innoc.

D. Hier.  
in Cat.  
D. Tho.

46.  
Pro mē-  
sura de-  
licti pla-  
garum  
modus.  
Deu. 25.  
August.  
citat.

47.  
Pulchræ  
Ber. pō-  
deratio-  
nes  
Bernar.  
ferm. 4.  
Heb.  
pzn.

## OBSERVATIO VIII.

Expetra Dominica flagellis con-  
tusa oleum nostri medicami-  
nis effluxit.

\*Benig-  
nitatem  
Dei no-  
stra pec-  
cata ex-  
citant.

Ad  
illud:  
Et fla-  
gella-  
uit.

47.

Non solum Iesus & militibus, &  
peccatoribus percutientibus ig-  
nouit, verum tantam exhibuit par-  
cendo pietatem, vt ipsi aculei, qui ad  
alios impellerent ad iram, stimuli ex-  
titerint Iesu ad miserationem.

48.

Pro fla-  
gellato-  
ribus o-  
rat in  
cruce.  
Mat. 27.  
Isai. 57.  
Hieron.

In cuius expositionem illa verba  
Dominica expende. *Deus meus Deus  
meus, vt quid dereliquisti me?* Mat. 27.  
Hieron. ad illud Itaiæ. *Ad modicum  
quid contristavi eum, & percussi eum, &  
auerti faciem meam ab eo.* Cap. 57. *Auer-  
tit* (ait) *Deus faciem suam ab eo, vt for-  
mam serui paulisper acciperet.* Quando  
scilicet pro hominum peccatis diuer-  
beratus est. Tunc igitur duos Chri-  
stus sententias copulauit. Vnam, *Pa-  
ter ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.*  
Alteram, *Deus meus, vt quid dereliqui-  
sti me?* Ac si diceret, Pater, repende  
vicem, si faciem paulisper aueristi  
à me, dū verberarer; paulisper nūc  
conuerte faciem tuam, vt respicias  
flagellatores. Hæc ex mente Bernar-  
di. *Flagellis casus est, omnium tamen do-  
lorum immemor, Ignosce, ait, illis.*

Bern.  
Fer. 4.  
Heb.  
Pen.

49.  
Ex lapi-  
de Iesu  
percut-  
so flagel-  
lic ignis  
fluit.  
1. Co. 13.  
Bernar-  
dus.

Quam appositè Paulus *Charitas pa-  
tiens est, benigna est.* 1. Cor. 13. Quam  
patiens? Lapidis durissimi Iesus fla-  
gis innumeris percussus referebat  
imaginem. Quam benigna? Percus-  
sus lapis ignem amoris offerebat. *Pa-  
ter ignosce illis.* D. Bernar. *Ille clamat:  
Ignosce? Charitas patiens est, sufficit. Be-  
nigna est, cumulus est. Non enim sola pa-  
tientia, sed & benignitas Iudeos ad pœ-  
nitentiam adduxit. Quia benigna chari-  
tas etiã eos, quos tolerat, amat, & amat  
tam ardentè. O Iudei, lapides estis, sed*

*lapidem percutitis, ignem scilicet emi-  
tentem. Quis crederet iniuriæ vulne-  
re profundèdum oleum in ipsius in-  
iuriantis medicamen? De quo lapide  
(adijeit) resonat tinnitus & ebullit oleum  
pietatis. Illud: Tinnitus pietatis, pon-  
dera. Ille namque flagellorum tre-  
pitus vox est obmutescētis Agni ad  
Patrem pietissimè emissa, intonans  
que, Pater, ignosce.*

Quidam profectò flagellantur à  
Deo, vt purgentur, alij vt probentur.  
Iesus inuocētissimus non purgatur,  
sanctitatis vertex, non probatur. Vn-  
de rotum huiusce flagellationis fru-  
ctum flagellatoribus reconciliandis  
impendit. Id quod acutè D. Bernar-  
dus verbis expressit. *Flagellatur ali-  
qui pro peccatis suis, & humiliter susti-  
nent; hoc tamen eis ad patientiam repen-  
ditur. Flagellatur alij non tam purgandi,  
quam probandi, & maior in eis patientia  
comprobatur. Quomodo non maxime cen-  
seatur in Christo, qui in funiculo heredita-  
tis sue ab his, quibus specialiter aduene-  
rat, mulctabatur sicut fur, nullum omni-  
no peccatum; sed neque in quo crescere pos-  
set, habens? nimirum in quo Deus est. Mū-  
dum reconcilians sibi faciat opus suum.*  
Hoc opus, hic labor verberati Iesu  
non purgari, non probari; sed flagel-  
latorem mundum Patri recōciliare.

Imo non habens in se quod abluere  
posset: sanguis ex verberibus effu-  
sus, nulla Iesu cura, nisi de vestimen-  
tis, id est, peccatoribus abluendis.  
Hoc resonant illa verba: *Lauauit in  
vino stolam suam.* Ge. 49. Et illa: *Qua-  
re rubrum est vestimentum tuum.* Con-  
testatur David, *Propter te* (ait Domi-  
nus) *sustinui opprobrium.* Psalm. 68.  
Non propter me flagellor, qui nihil  
ropui; sed propter te raptorem. D.  
August. *Nihil magnum est, quod dicitur,*

50.

Iesus  
pratiū  
omne  
flagello  
rum sa-  
nando  
percut-  
forem  
impen-  
dit.  
Bernar-  
ditat.

51.

Abluit  
maculas  
nostras  
sanguine  
flagellis  
illicente.  
Ge. 49.  
Isai. 63.  
Psal. 68.  
August.

tur,

tur, Sustinui; sed quod dicitur: Propter te sustinui. Si enim sustines, quia peccasti, propter te sustines. Ille omnino nihil rapuerat.

Christus sustinuit, ut nobis iustitiæ pacem refunderet. Ipse punitus, tu repropitiatus. Et tu punitus, sed pœna tua pacem tibi parturire non potuit. O misera & grauis disciplina super filios Adam, contrens, sed non protegens; puniens, sed non concilians. Disciplina ergo pacis nostræ super eum, qui nobis attulit fructus peccatos iustitiæ.

52. Mundū Pacifica uictelus flagellatus. 53. Quem locum sit Gilleb. interpre-  
 tatur. Disciplinam debita nobis pœna

SECTIO SEXTA.

Spinæ Iesu.

Ex Cap. 27. Matthæi.

TEXTVS.

Verf. 28. Exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei.

Verf. 29. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, &c.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

Iesus a militibus coronatur?

S. 1. Cohors quide

**E**xuentes eum. Conuocāt milites totam cohortem, & per ludibrium induūt eū purpurea veste, capitiq; imponunt coronā e spinis contextā. sic ornatū cœperunt consalutare dicentes, Ave Rex Iudæorū. Congregatā vniuersam cohortē ad coronationē Iesu Euangelistæ tradunt. Cohors illa (ait D. Pas.) multitudo militū erat. Quia in una cohorte dicuntur trecenti, aut multo amplius milites esse, quorū numerus illā inuisibilem designabat, contra quos dimicare Christus uenerat.

Pascha. L. 12.

Nū coronatus, postquam traditus est, ut crucifigeretur? Matthæus id videtur significare. Ex Ioanne tamen perspicuum, antequā traderetur suscipiendus, fuisse coronatū, populoq; ostēsum, ut liberaretur. Matthæo autē respondeo cū D. Aug. vsum fuisse Euangelistam recapitulatione.

3.

Quare milites Iesum spinea corona

indutū purpura stipauerunt? Pascha respondet. Audierant, quia Rex fuerat nominatus Iudæorum, & ideo illud ut nō mini, non intelligentes, quid agerent. Equidem, me auctore, cum audissent milites Christū a Iudæis accusari, quod Regem se faceret, id circo Regem illum ludicrum creauerunt. Ad quod excitatos fuisse reor, quia ex domo Herodis veluti Regni candidatus, candida veste indutus remissus fuerat. Vndē Romani milites honorem ipsam cuius accesserat candidatus, in domo Pilati ridicule tribuerunt.

Huiusce illusions occasio. Paschas.

An vltronei milites? Superius inuimus pecunia Iudæorū corruptos id præstitisse, ut Iudæis gratiā referrent, seu, aptius dixerim, mercedis laborem. Alij respondent iussos a Pilato illusioni Iesu dedisse operam, ut miserabilior Iudæis redderetur. Sentio cum D. August. fante, Hic apparet non ignorante Pilato hac a militibus facta, siue iusserit ea, siue permisserit. Illa scilicet

4. Nū Pilatus huiusce illusionis auctor.

August.

Gabri. Tra. de Fal.

scilicet causa, et hac eius ludibria inimi- ci libentis, sine biberent. Et ulterius san- guine non siccarent. Exiit ergo Iesus, por- tans coronam spinæ. Et intra Regem ve- strum significat, 103. 16. Ergo consulto Pilatus coronatum produxit, ut Re- gem miserendum potius, quam inui- dendum ostentaret.

pungeret. Gabriel coronam spinæ fuisse opinatur coronæ imperatoris similitudine, quæ caput cingit, & tegit. Ego autem communibus hæreo picturis. Pono spinis 72. vulneratum cap. Dnicu, & D. Vincen. & plures asserunt Deciores.

8. An ex iuncis mari- nis? Del Ri Lec. 9 de Pal

Huiusce Regni insignia.

Chlamyde coccineam circumdederunt ei. Chlamys proprie vestis est mili- tatis, pallio breuior, & altrictior. Vnde Poeta,

5. Quid chla- mys?

Ipse agmine Pallans

In medio chlamyde, & pictis conspectus in armis.

Dicitur à Marco & Ioãne vestis purpu- rea, a nostro Matthæo coccinea. Quod idem fere. Quavis coccinea à cocco di- catur, id est, grano; purpurea vero à purpura, id est, pisce conchæ incola, in faucibus habente liquorẽ, quo in dumeta purpureo decore exornabatur. D. Amb. vocabulorum varietatẽ secutus, duabus putat vestibus Iesum à militibus indutum. Chlamydẽ (inquit) coccinea induitur à militibus, & purpurea tunica, in alteram designans martyrum palmas, in altera Regia potestatis insignia.

Ambr.

Vnam equidem fuisse siue cocci- neam siue purpuream vestem probabi- lior opinio, quã confirmo ex D. Aug. intelligatur itaque quod Matthæus ait: Chlamydẽ coccineam circumdederunt ei: hoc Marcu dixisse: Indutum purpura. Pro Regia enim purpura chlamis illa coccinea ab illudentibus adhibita erat. Et est rubra quodam purpura cocco simillima.

6. Vna fo- lio modo veste il- lufus. Dns. August.

Et pleccentes coronam de spinis, posue- runt super caput eius. Requiris, num co- rona in formã pilei fuerit contexta? A deo contextã affirmat D. Vincent. vt omni ex parte caput tegeter, &

7. An in formam pilei co- rona? Vincen. ferm. de Fal.

Nũ ex iuncis marinis? Auctor Hill. Schol. sic, Qui attentius considerasse se dicunt spinas illas, asserunt iuncos fuisse marinos, quorum acies non minus spina pun- git. Approbant D. Vinc. Lyr. Salmer. Toket. Barrad. Del Rius autem negat id; quod iunci vnam habentes cuipi- dem, parũ idonei fuerint coronę ple- tendæ. Sequor testem oculatum in hunc modũ scribentẽ, Lultraui non semel magnam illam coronã partẽ, quæ Parisijs in sancto sacello auerua- tur. Vidi in Hispania Legionẽ, & in Monasterio de Spinis, & Lounij, & alibi coronã spinas varias nulla illarum quidquam cum iunco commu- ne habet; sed omnes rhamnum, vel palurum ostentant. Vt Patientis qui- dem vni ramo plures spinas in late- re coherentes, quod à iunco procul est alienum. Hæcenus Del Rius noher.

Et arundinem in dextera eius. Ex lo- lidioribus equidẽ calamis, quocũ ca- put venerabile valerent non leuiter percutere. D. Hier. Cum caput eius per- cuterent arundine, sustinet patienter. Vt Isaiã virum ostendat vaticinium, Arun- dinem quã batam non cõfringet. Cap. 30. Non leuis erat ex arundine percus- sio, quæ valdẽ patientiam Saluatoris tam acti vulneribus, commendabat.

9. Quid arundis? Hiero.

OBSERVATIO I. MORALIS PANE GYRICA CIRCA LITTERAM.

Dũ tacet Iesus iniurijs affectus, tũc scribit nostra crimina puniendã.

Christi- tuscaci- nostra crimina scribit. Ad illud: Et arũ dinẽ in dextera eius.

Ad arun- eius.



IO.  
Pactha.  
L. 12.

**A** Barundine exordior, si fortè me tu iudicij peccatores à vulnere abtineant intelligèdo. *Pal. Calamū gestat, ut sacrilegiū non omitat cōscribere Iudæorū. Nō despicias Iesū ludibrijs acū, quia tacet, quia nō cōqueritur. Habet calamū, quo conscribat iniurias, & reponat in thesauris suis.*

II.  
Spinis  
ingrati  
tudinis  
pugens  
re-u, ca-  
ueat a  
calamo.  
Exo. 3.  
Chryf.  
ser. 164.

Deus olim Moyſi apparuit, igne præmisſo. *Vide enim Propheta, quod rubus arderet, & non cōbureretur. Exo. 3. Ad quæ verba Chryſoſtom. Deus daturus legem, ignem præmisit in rubo; sed diuinum rubus portauit, non concepit incendiū. Iā tunc aculeis malicia plenum, & ingratiū cultura legis populum præfigurans. Quid argumento nostro accomodatius? Iesus medijs in spinis legē nobis charitatis indicit. Nos autē hu iuste ignis minime participes, rursū malitæ aculeis pugimur. Legislatore. Proh hominū ingratitude! Legē scribens Dūs inter rubi spinas, calamū gestat, quo cōscribat ingratos.*

12.  
Timen-  
dus Ie-  
sus, quā-  
do tacet  
quia feri-  
bit tūc.

Aliter, *Vi sacrilegiū nō omitat conscribere Iudæorū. O quā timēdas, quā non portabilis Dūs, quando laeſus in iurijs obtinet. Scribit nāq; tunc flagitia nostra assignato tēpore puniēda. Mulier ē deprehensā in adulterio adducūt hostes ad Saluatorē. Hæc (inquāt) mulier modo deprehensa est in adulterio. Ioan. 8. Quid intenderēt Phariſæi, aperit D. Aug. Dixerunt apud se ipsos, si eā admitti censuerit, iustitiā nō tenebit; hinc nos inueniemus ad accusandū occasiōē. Quātū Iesu iudiciariam potentia illuderēt, & Principē eū ludri cū facerent. Quid tunc Dūs? Iesus autē inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. At illi unus post unus ibāt. Quo tenditis, miseris? Nū verbis vos cōtumeliosis ad fugā stimulauit? Profecto non fugit nos eloquiū, sed silētium.*

Ioan. 8  
August.

Tunc enim, quādo illuſſus à nobis tacet, manu tenet calamū scribe veloci ter nostra crimiua conscribentis, vt reponans in thesauris suis assignato tempore puniat.

OBSERVATIO II.

Spinis pūctus Dominus, calamo vulneratus Dux patientia mūdum debellans.

**C**HLAMYS purpurea est, quia nō incruēto dimicat prælio; sed pro populi, imo hostiū salute, Rex maximus effūdīt cruorē. Tenuē fragilē que refert haſtā nostræ fragilitatis in ligno, nō fragilē ad vulnus capiti sacratissimo infligēdū. Pro galea spinæ contegūt caput nō à vulneribus protegentes, sed crudeliter vulnerātes. Quorsum hæc? Profecto patientiæ armis mundum debellauit omnino, Aug. *Sic Regnū, quod de hoc mundo non erat, superbu mundū, non atrocitate pugnandi, sed patientiendi humilitate vincebat.* Et quādo nō patientia triūphat?

Conabatur Iesus in præſenti animos Iudæorum sanguinē ac cadē siccitantes cōprimere, (nec aliud intēdebat Pilatus, profante Aug. *Vt hæc eius ludibria inimi ei biberēt, & veltorius sanguinem non siccarent.*) & patientissimē eorū tolerauit iniurias. Inclementissimus Saul sanguinē ac cedē Dauidis vemētissimē siccabat. Et nihilomin⁹ postquā audiuit vocē Dauidis patientissimi, *Dñe mi Rex*, qui siti sanguinis premebatur, lacrymarū potabatur vnda. *Leuaui David vocē suā, & fleuit.* 1. Re. 24. Vbi D. Chry. egregiè a meū argumentum. *Vides, quantum fecerit lucri David, hæc locutus. Animo sã guinis, ac cadis siccitē repētē ad lamenta, & euulatus compulit.* Aptè ergo Iesus animos Iudæorum sanguinis, ac ce-

\*Arma  
triūpha  
lia patiē  
tia.

Ad  
illud.  
Plecten

tes coro  
nā &c.  
Arun-  
dicem  
in dex-  
tera,  
&c.

13.

August.  
12. 116.

14.  
Hostis  
ficiens  
sangui-  
nem pa-  
tientia  
frangi-  
tur.

August.

1 Re. 24  
Chryf.

dis sitientes curavit exhibita ineffabili patientia delinire.

15. **Patiens** Iesus in argumenti confirmatione. *Qui inquit rebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & delos tota die meditabantur. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore sua redargutiones.* Psal. 37. *Ubi D. Hic. Nā cum me sputis linrent, aruame verberarent, genuflexo illuderet, nihil eis motus respondi. Nū Iesu patientia victrix euasit? Quia dixi, Ne quādo super gaudeant mihi inimici mei. Ac si diceret, Quia intēdi inimicos meos minime de victoria gloriari, sed eos omnino confringere, ideo sputis delinutus, arundine percussus, genuflexione illusus, nil penitus respondi, ut scilicet à mea patientia vincerentur.*

16. **Patiētia** vincit, cum nō suppetunt vires. *Hebræos impius Rabfaces exagitatat opprobrijs. Rex autē Ezechias, ut suos milites redderet victores, vidēs eos cōtumelijs actos, labia obfirmare silentio imperavit. Siluerunt, & non responderunt ei verbū. Isai. 36. Quare tā profundū silentiū indictū? Abulen. respondet. Quia ad honorem Regis pertinebat, quod negotia sua fieret prudenter. Ut scilicet ad optatum euentū perducerentur. Quidnam in omni tunc populi optatis? Ut vincerēt tūc fracti Hebræi, Rabface debellato. Tacēbat populus, proculdubio patiētia victoriā reportabit. Et quando nō silentiū inter iniurias cecinit triumphū? Complet argumentū D. Ambr. Christū inter sputorū foeditatē, calamine diuerberationem cōstitutum contemplatus. Christus calumnijs appetitus, silentium detulit triumphale. Ut a tibi dedimus.*

\*Potestas terrena ple nāacuis,

### OBSERVATIO III.

Mundialis Regni pungentes curæ ex Spinis Iesu.

**M**erito ò Milites, Christū spinis coronastis, uti Rex Iudæorū valeat ostēdi. Quid enim mundiale imperiū nisi spinæ? Non tā illusus Iesus, quā humana potestas. D. Laur. Iust. *Quid quid in Regno est, arridere, & virescere videtur. Accede autē propius diligenter cōsidera, quantis intus agitetur curis, quale etiā foris præferat germē utiq; inutile, & cito periturū. Rhāni (ex quo Iesu corona) foris floridi, intus spinis plenus prætendit imaginem. Tale equidem Regnum, potentia temporaria.*

*Ierunt ligna, ut vngerent super se Regē, dixeruntq; oliuæ: Impera nobis. Quæ respondit. Nū quā possum deserre pinguedinē meā, ut inter ligna promouear: Quare à te deserenda pinguedo præposita arboribus? potius vliteris impinguaueris? Profecto curæ nullo modo possunt cū pinguedine copulari. Ideo ficus aufugit, Vitis renūciat, nullaque arbor patitur stipari corona. Verū dixerūt omnia ligna ad Rhānū. Veni. & impera super nos. Vnde nā Rhānus in Regē assumitur? Profecto Regni mundialis foris rosas circūdatus, intus horridus spinis imaginē referebat. Quid respondet Rhānus? Si verē me Regē constituitis, venite & sub umbra mea requiescite. Iud. 9. Poderat illa verba: Si verē me Regem constituitis. Tantū dē ac si omnino repelleret Principatū. Nullū namque tēporarium imperium verum, ludrica omnis potestas mundialis.*

*Deus olim Moyfi inter Rubi aculeos apparuit laturus leges, quando Moysē Hebræorū ducem constituit. Quid Deo legislatori cū spinarū habitaculo? Imo quia legifer imperiū Moysis super Hebræos præsignabat, inter*

& Labo  
ribus.  
Ad  
illud:  
Plecten  
tes coro  
nam de  
spinis.  
Ic.  
17.  
uini.  
de triū.  
ph. chr.  
ago. c. 3.

18.

Rex om  
immo a  
commo  
dicati-  
bus alie  
nus.  
Iud. 9.

19.

Regnū  
inter ru  
bi acu-  
leos.  
I. xo. 3.

inter

inter spinarum aculeos thronum statuit regiminis pungentes curas ostēans. Tunc ad Moysen. *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Exo. 3. Quare Moysi pedes denudari imperantur? Procop. Vti spinis è rubo excidentibus futurus Hebreorū Rector vulneraretur. Hinc se arborū in morēle se ab imperio expedire curabat.

20. Primus mundialis Princeps Adamus, qui quidē audiuit à Conditore. *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Ge. 3. Tibi? Cur nō & omnibus? Profectō tūc omnis humana familia in Eua Adamo Regi subijciebatur, *Sub viri potestate eris.* Mulieres parturitione puniuntur, viri sudore, labore, Adamus imperio. *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Tibi equidē futuro Rectori. D. Amb. *Tribulos, & spinas curarū morsus appellat.* Nūquā enim nō mūdialis potestas in numerabilium curarum punctiōibus vulneratur.

21. Regimem, & imperium Ecclesiæ sponsus ostentaturus, in clamat. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cāt. 1. In cuius expositionē expēdo sententiā proximē ab sponso premissā. *Ego* (inquit) *flos cāpi, & lilium conuallium.* Ibid. Vbi Honor. in flore campi admodū rubicundo purpura induit Saluatorem, lilium autē cum efficit inter spinas. Quomammodo enim purpura posset indui temporariæ potestatis, nisi spinis pūgeretur? Iam expono testimonium. *Sicut lilium inter spinas, &c.* O Regina spōsa, ego Rex spinis compunctus, quid ni tu inter filias, imperium tenens, spinis similiter vulnerareris? *Sicut ego* (Honorius ait ex ore Dominico) *sum lilium inter spinas, videlicet Iudeos me pungentes; sic eris tu amica mea, inter fi-*

lias, quæ te multis spinis cruciatuum pungent. Illud enim ipsum filias habere, quatem exeras curam, compūgi est, lacerari est.

*Leuauit Abraham* (ait Moyses) *oculos suos, viditq; arietem inter vepres harentē cornib⁹.* Cic. 22. D. Amb. *Quare aries, nisi quia præstantior cetero gregi? Christus enim fuit præstantior omnibus.* Quid mirū omnibus præstantiorē, cura de ouibus agentē curarum spinis lacerari? Ionas immersus Iesu præfert imaginē. *Pelagus* (clamat) *operuit caput meū.* Cap. 2. Hebraice. *Iuncus operuit caput meū.* An nō corona illa spinea caput obtegens Saluatoris. Corona mea curæ meæ vniuersi pelagus vndas superantes. Proh iuncus nō pungens iam, sed, instar pelagi, fluctibus diuerberans. *Quinā fluctus;* D. Hier. *Vniuersa persecutiones, & turbines, quib⁹ genus creabatur humanū, super meū detonuere caput.* Si Christi Regnū habet spinas pūgentes curarū, quid Regnū mundiale, quid sine spiritu tēporaria potestas? Verē Plat. *Regna vnū honoris fructu, cū multis in cōmoditatibus cōpensant.* Imo perexiguus fructus honoris, Seneca profante, *Officiū est imperare, non Regnum.*

OBSERVATIO III.

Mundialis Principatus inanitas, ex Iesu arundine.

Vidisti mūdialis Regni spinas curarū, vide inanitatem. D. Laure. Iusti. *Hoc indicauit Mediator, qui illi di. voluit sicut in corona spinea, ita & in sceptro arundineo. Merito terrena dignitas arundini comparatur, quæ exterius viret, & tamen infructuosa; intusque inanis est, & vacua.*

Israellarū Regū potentiā confiditate, quæso. Quid Hieroboā, Nadab,

22.  
Aries  
gregis  
prin-  
ceps in-  
ter ve-  
pres Ie-  
sus.  
Gen. 22

23.  
Rex  
Chris-  
tu spina  
rum pe-  
lago im-  
mersus.  
Ioan. 2

Hiero.  
Petr.  
Cōu. 7a  
Senec.  
Ep 91a

\*Potestas terrena inanis.

Ad illud: *Et arundinem in dextera eius.*

24.  
Inanitas Regni Iustini. citat.

Omnis Regni raelitici infirmitas.  
 Baasa, Hela, Zambri, & Amri fortius? Quid Achab, Ochozia, Ioram, Iehu, Ioachaz, Ioas, & altero Hieroboã potētius? Quid Zacharia, Sello Manabe, Phaceia, Phacee, & Ose augusti? At tamē tot Regū imbecilitatē, tātū Regni inanitatē hūc verbis describit Ose. 9. *Gloria eorū à partu, & ab utero, & à conceptu.* Cap. 9. Vbi Hie. de Israelitico Regni potētia sentētiam exponit, Quenā igitur tanti Regni potentia? Qualis infanti recentē cōcepto, aut gestato in utero, aut proximē nato in esse solet. Quid infanti vnus diei infirmius? Quid ergo Israelitico Regno fragilius? Illa nāque exterior gloria arundinis gloriam referebat.

26. Quo in gentibus Regnū, et fragilius.  
 Voco ad quæstionē, prius quā ab Israelitico Regno recedā. Cur ex decē tribubus collectū Regnū hoc, & proindē multo numerosius, & potētius, quā Regnū Iudaicū ex duab' tātū tribubus conflatū, citius corrue-rit? Ex superbia maiori iuxtā potētie præstantiā exortam ruinam arbitratur grauis noster Interpres. Ego autem crediderim ipsam maiorem potētiam maioris fragilitatis, & inanitatē causam extitisse. Quid magis (dic mihi) inane pila vento plena, an vter? Ibi equidem maior inanita, vbi vberior aeris plenitudo.

27. Potētissimū sic Regnū Romanorum.  
 Zach. 6. Lyran.  
 Quid potentia Hebræorū immorabor, obijcio mihi quatuor potentissima Regna, quibus Hebræi seruiere. *Ecce quatuor quadrige (ait Zacharias) egredientes de medio duorum montium.* Cap. 6. Vbi Lyra. *Hic ponitur successio quadruplicis Regni, cui successiue seruiuerunt Iudæi. Scilicet Regnum Chædæorum, Persarum, Græcorū, & Romanorū.* Porro omni potentissimū Romanorū Regnū, ideo, *In quadrige quarta (adijcit Propheta) equi varij & fortes.*

Quia *Regnū Romanorū* (loquor cū Lyra.) *in fortitudine excessit præcedētia Regna.* En Regni ū fortissimū. Chal. sic legit. *In quarta quadrige equi varij, & cinerei.* Vulgatus, *Equi fortes.* Quid fortitudini cū cinere? Quod magis forte in mundiali Regno apparebat, magis inane reperitur. Cineres certē hi arundinea medulla.

Profectō in quatuor Ezechielis animantibus quatuor mundiales monarchias Interpretes aliqui respexere. Animantibus rotas adiungit Regnorū imaginē, & adiicit, *Aspectus rotarū & opus earū, quasi visio maris.* Cap. 1. Aspectū distinguit ab opere, à veritate. Huiusce potētie opus veritas nil aliud, quā vitio (imo quasi visio) & inanis aspectus, species est è rebus immissa, sed non res. Philo Hebr. *Nul est in humanis rebus præter umbrā.* Id quod non mediocræ diuinæ providentiæ documentum. Nam cum mundialis potestas tot grauisissimis spinarū punitionibus laceretur, recordatio fragilitatis potētie mundialis mox periturae medicamen adhibebit punitionibus.

## OBSERVATIO V.

Iesus peccatorū nostrorū spinas super venerabile caput consumpsit omnino.

CVM exacte Euangelista adnotet exutū fuisse Dñm chlamyde cocinea, nō affirmat extractā à venerabili capite coronam? Quid cause? D. Pas. respondet. *Id circo ab Euangelista corona illa spinea non detracta, neque deposita dicitur, quia consumpta à capite Iesu peccata, ut iam nō sint spinæ, rectē creduntur. Sustulit enim ea super venerabile caput suum, & abstulit à vobis, ut non sint, ac consumpsit.*

28. Mundialis potestatis veritas quas finantis Ezec. 1.

Philo. Quod Deus fit immut.

\*Reciduum in crimina taxatur. Ad illud: Plecten

tes coro 29. Palcha. l. 13.

30.  
Iesu igitur  
nis con  
sumit  
crimini  
spinas.  
Exo. 3.

Apparuit olim Dominus Redemptor Israel inter rubi aculeos, quos coelestis ignis agebat. *Vidit Moyses, quod rubus arderet.* Exo. 3. Quorsu spinæ cõflagrãt? Vt ostendat Dñs ideò inter spinas cõmorari Saluatorẽ, vt populi pũgentes curas, lacerãtia que delecta potentissimo igne magis interiorius, quam exterius comminuat. Clemens Alex. idem prestari à Iesu spinis coronato, quam præstabat Dominus inter rubi flammantis tribulos affirmat. *Quod primum (ait) per rubum visum fuerat verbum, per spinam rursus assumptam ostendit esse eiusdem potentie.*

Clem.  
Alex. 2.  
Ped. c. 8

31.  
Iñci cri  
minum  
combu  
ra tur.  
Exo. 3.  
Orige.

*Solue* (tunc Dominus ad Moysen) *calceamentum de pedibus tuis.* Exo. 3. Aliquis affirmat Moyli pastoris calceamenta non ex pellibus animãtis, sed ex iuncis (de more) maritimis constructa, ex quibus Doctores (vti vidimus) sentiunt Iesu intextam coronam. Quare igitur Moyses abijcere calceamenta iubeatur? Heu (ac si in clamarer Dominus) Hebraei pedes peccatorum aculeis acil. Projice abs te (mystice) crimina, ignis iste è Iesu spinis stipato absument spinas, iucorum comminuet aculeos.

32.  
Punctio  
nis pec  
cati vri  
listecor  
datio.

Et equidem punctiois peccati consideratione post coronatum lectum nullatenus reuertentur vterius ad nos peccatorum spinæ. Fortissimo namque correctionis proposito obfirmamur ex crudelissimi trãfacti

(vulneris recordatione. *Conuersus sum inquit David) in erumna mea, dñs configitur spina. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam.* Psal. 31. Vbi D. Innoc. iii. peccatoris stabilem cõuersionem contemplatur. *Commendatur (ait) peccati confessio. Ostendit enim confessionem suam esse perfectam, cautã, humilem, discretam deuotam, & efficacem, Dixi confitebor &c. Tanquam diligens ex certo ac firmo proposito. Ne videlicet rursus ad se peccatorum spinæ reuertãtur.* Iam expendit Doctor, videntiam tam salubris confessio, firma que peccatoris correctio habeat exortum. *Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Vt scilicet conscientia puncta properet ad salutem.* O quã efficax stimulus ad persistendum in via salutari, currẽdumque ad patriã velocissimè aculeorum criminis recordatiol

Psal. 31  
Innoc.

33.  
Iesus spi  
nas mu  
tat in la  
pides  
pratio  
sosp

Offer igitur coronato Iesu peccatorum tuorum spinas non conludas solum, sed in præciosos lapides conuertendas. Recordare Aarõ diademati lapidibus ornati, & audi Paschasium. *Spinæ, quas in capite gestauit non alicubi transposuit, sed consumpsit, ita vt in capite Iesu non spinæ, sed lapides resplendeant præciosi.* Hinc quoque dictum est, *quia in diademate capitis Aaron lapides fulgebunt sanctuarij.* Caput namque Christi Deus est, in quo spinæ esse non possunt, & ideo in eo lapides iure resplendere dicuntur. Haetenus Abbas.

## SECTIO SEPTIMA.

Ecce Homo.

Ex Cap. 19. Ioannis.

TEXTVS.

Verf. 5. Exiit ergo Iesus, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum; & dicit eis Pilatus: Ecce Homo.

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

**E**Xiit ergo Iesus portans coronam & c. Iussu Pilati procijs Iesus victus, cæsus, consputus, spinea corona redimitus, & velle indutus purpurea. Num gestavit dextera arundinem? Afirmat Simon de Calsi. imo licet Euangelista præterierit, sic ipse transfert Euangelicam sententiã. Adduxit ergo foras Iesum, circumdatũ coccinea chlamyde, corona spinea coronatum, scriptum arundineum dextera gestantem. Huic hæreo sententiã, licet etiam probabiliter valde calamũ ex non semel percussio capite Iesu confectum deperijse affirmare possem.

2. *Ecce Homo.* Homine Pilatus tot vulneribus laceratũ, tot actum ludibrijs Iudæis ostendat, vt eorum animos exatiaret. Eodem animo populo nũc ostendit, quo & flagellari iussit, & spinis coronari permisit. *Ecce Homo.* Quid adhuc in eũ vester deservit animus? (verbis vtor Calsi.) Inspicite. Flagellatus est, consputus est, derisione corã vobis adstat indutus. Est ne ista Regalis purpura, quã timetis? Arundinẽ manu gestat. Est ne Regale sceptrum, quo vestri Reges hæctenus vos imperarunt? Vacuus calamus est in felicitatem magis, quam prosperitatem insinuat humanam. Pro vt volui percussis, nihil valuit inferre tutaminis. Quid vobis intulit mali? Quid vero potest inferre periculi? Si Regem se dixit, ecce inclinatus; si moderator vester, ecce iudicio

moderatus nostro.

Verũ non frigescit, (inquit Doctor) inardescit potius, & increscit, quẽ ad modum si oleum arjceres camino. Inano igitur tumultu clamarunt, Crucifige, crucifige eũ. Ego (instat Præses) iuris administrator, nõ alieni vindex sum odij; nocentes ex legũ auctoritate punio, nõ innocentiã carnifex cõstitutor à Cæsare. Hæctenus vestro seruitum est odio, nõ ultra mihi in innoxium sæuiendũ. Quod si nihilominus in ciucem agendus Iesus, nolo innocentis hominis sanguine meũ impiari prætorium. Vos hominem vestro periculo abducite, & suffigite. Nec enim ego soleo nisi facinorosos dare in exitium. Hæc tota res non legitimo more, sed geritur per tumultum.

Rursum Iudæi de læse maiestatis diuinæ Iesum crimine incussant, affirmantes se Filium Dei asseruisse. Cum autem audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit, Quare maiori timore Pilatus correctus est? Existimo Præsidẽ timuisse, ne forte Iesus Filius Dei verẽ esset, quem tot adfecerat cõtumelijs. D. Cyril. Credidit (inquit) Pilatus posse Deum esse Christum. Semideos enim, & Deorum filios gentiliũ fabulã cõfingit.

Adhæc, si locũ, vnde Iesus populo fuerit ostentatus, ediscere cupis, audi Adrichomiũ Ierosolymẽ effugiatorem. Xystus porticus erat in modum pontis lapræi, frequentibus arcibus supra plateam

Num Iesus gestavit arundinem?

Calsi.

Quo animo Pilatus nũc?

Calsi.

3. Iudæorum clamor.

4. Cur Præses maiori timore corripitur.

Cyrl.

5. Vnde nam Iesus ostentatus? Adrich. Theat. n. 120.

plateam publicam, ampla latitudine ex-  
tracta, ac subdialibus inambulationis or-  
nata, per quam à Pilati palatio in arce  
Antoniam, & inde in Templum transi-  
tus erat. Ex hoc tuto loco Praesides Roma-  
ni populum alloqui solebant; in quo stans  
Pilatus, Christum videndum exhibuit,  
dicens: Ecce Homo.

\*Nof-  
tra hu-  
manita-  
tis arü-  
næ.

Ad  
illud:  
Ecce  
Homo.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANE GYRICA  
CIRCA LITTERAM.

Tot tantisque Iesu doloribus nul-  
lum aptius potuit nomen ex-  
cogitari, quam Homo.

6. **Q**uibusdam (Bernar. ait) ostendi-  
tur Homo caput hirsutum spinis,  
ut humilietur pariter, pariter & com-  
pungantur. Cur Iesum Pilatus Homi-  
nem non Dei Filiû appellavit? Vidēs  
Iesum tā vulneribus opprobriisque  
adfectum, quæsiuit, quid vocaret eû?  
Appellabo Filiû Dei? Quid Deo eû  
flagellis, eû sputis? Marcipiû cõpella-  
bo: Nullā tam vile mancipiû tot vul-  
neribus actû. Inter animãtia eû adnu-  
merare cõtendam? Nec tyrannus hu-  
manitate exutus sic defevijt in feras.  
Quonã ergo Iesum nomine adnota-  
bo? Hominẽ appello. *Ecce Homo.* Hu-  
mana nãque natura totius infirmita-  
tis, totius miseriæ colligatio.

7. **D**avid, *Et substantia mea in inferioribus terra.* Psa. 138. Inferior ego om-  
nibus terrę animantibus, si corporis  
miseriæ componatur. Aug. *Id est, Ego  
in carne corruptibili subsisto.* An nō cete-  
ris animantibus caro corruptibilis?  
Profecto quodãmodo eorũ natura  
haud corruptibilis, si cum humana  
corruptibilitate cõparetur. Hebrai-  
cè. *In inferioribus terra, idem ac Acu-  
pictus sum.* Non tot poti apud me,

quot punctiones, queis equidem in-  
finum terrę animal appareo.

Nihil tam adnatũ humanæ digni-  
tati, quam animi cellitudo, cuius a-  
mor Adamum sanctissimum traxit in  
prævaricationẽ. At post ruinã Deus  
tot miserijs replevit hominem, ut  
vix adesset, quã vanitatis aura tenuis  
posset irrumpere. *Morbosum* (inquit  
D. Chrysoft.) *et erum nosum hominis*  
*corpus Deus effecit, per ipsam docens na-*  
*turam, ne unquam talem conciperes co-*  
*gitationem. Animam vero oblivioni, et*  
*ignorantia, et tristitia, et curis obnoxiam*  
*reddidit, ne maiorem propria dignitate o-*  
*pinionem conciperet.* Quot spinæ huma-  
næ miseriæ, si ex eis vallam texen-  
dum, ne vanitatis vulspeculæ vineam  
demolirentur!

Existimo illam imprecationẽ: *Ma-*  
*ledicta terra in opere tuo* Gen. 3. præci-  
pue ad limum hominis terminari. Hu-  
manitas enim post culpam omnium est  
spinarum collectio. D. Bernard. *Ple-*  
*nus est* (inquit) *mundus spinis in terra*  
*sunt, in aere sunt, in carne tua sunt.* Qui  
dixerat mundum spinis plenum, pro-  
bare huiusmodi propositionem co-  
nabatur, *In terra sunt, in aere sunt.* At  
cum videret minimẽ in aqua spinas  
reperiri, (nec enim de piscibus ser-  
mo) nec in igne versari omnium crea-  
turarũ absumptore: quæsiuit vltimò  
vbinã totus mundus spinis plenus re-  
periri posset, & accurrere ad homi-  
nem. *In carne tua sunt. Plenus est mun-*  
*dus spinis.* Quis homo cum sit mūdus  
parvulus totus homo spinis plenus  
reperitur. Cum igitur Pilatus Iesum  
tam plenum spinis, seu mortalitatis  
miserijs aspiceret, mox inclamavit,  
*Ecce Homo,* Nil enim prius illi subit  
in mētem, quã humana natura ex tot  
spinarũ, ex tot miseriarũ, ex tot cru-  
delissimorum

8.  
Miseriæ  
ab omni  
nos su-  
perbia  
mūre  
posuit.  
Gen. 3.

Chryf.  
Hom. II  
ad pop.

9.  
Homo,  
mundus  
est spi-  
nis ple-  
nus.  
Gene. 3.  
Bernar.  
ser. 48.  
in Can.

delissimorum vulnerum obiectu.

OBSERVATIO II.

Iesum Hominem id est virilem labores ostentant.

\* Viros scilicet la-  
borum toleran-  
tia. Ad illud: Ecce Homo. 10.

Coronam spineam portat? purpū-  
reum vestimentū? Appellatur Homo, seu Vir. Nil enim tam  
efficax, vt animos viriles addat, quā  
labores. Et si mihi liceat materno vii  
idiomate, si quem videro laboribus  
actum, inclamabo. Los traba, os le m-  
zieron nombre.

11. Alabo-  
ribus ex-  
pers pu-  
er infir-  
us. Isai. 53.  
Lyran.

Isaias, Virum dolorum, & scientem  
infirmitatem Cap. 53. Lyran. Viru do-  
lorum, id est, multi, & magni doloris ex-  
pertum. Addit tunc, Et scientem. Scit  
enim instar hominis, qui laboribus  
tentatus est. De Iesu puerulo recens  
nato idem Isaias, Paruulus natus est  
nobis. Vis paruulum iam sapientissi-  
mum hominem videre? Quis impe-  
rium super humerum eius. Crucem iam  
à cunabulis gestat, plorat, frigore cō-  
trahitur? Quid plura? Et vocabitur  
nomen eius Admirabilis Cōsiliarius, Deus,  
fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.  
Isa. 9. Proh labor experimentū pue-  
rulum in fortem in sapientissimum  
cōsiliarium, in patrem, in ducem cō-  
stituens!

omell  
omell  
omell  
omell  
omell  
omell  
omell  
omell  
omell  
omell

12. Iesus o-  
ritur Vi-  
propter  
labores.  
Zach. 6.

Zacharias, Ecce vir eriens nomen e-  
ius. Cap. 6. Ac si diceret, Etiam cum  
Puer Iesus exoritur, Ecce Homo. Quia  
labores eum mox in virum perfectū  
crescere fecerunt. Ex illis qui apud  
desertum à Domino fuere satiati, qui  
dam trium dierum interstitium exe-  
gerant insequentes Iesum sine vllō  
ciborum fulcimento; quidam autem  
probabiliter adlato à domib⁹ cibo,  
refecti fuere, Euangelista sic. Mandu-  
cantiū autem suis numerus quinq; mil-

lia virorum, exceptis mulieribus & par-  
uulis. Mat. 14. Hieronymū secutus, il-  
los in præsentī mysticè viros appel-  
lo, qui sequentes Iesum sine vllō ad-  
miniculo ciborū, laboribus in viros  
excreuerant, eos autem, qui minimè  
fame pressi sūt, aut mulieres, aut pue-  
ros compellabo. Comidunt (inquit  
Pater) quinque milia virorū, qui in per-  
fectum virum creuerant. & sequebatur  
eum, de quo dicit Zacharias, Ecce Vir o-  
riens. Quali tota virilitatis ratio nō  
ex ætate, sed ex insecutione Iesu, la-  
borumque tolerantia adsumeretur.

Confirmo ex illo Exodi, Trifidū 13.  
que sunt filij Israhel de Ramasse in Sec. 13. Haud  
Sexcenta ferè milia peditum virorū ab- 14.  
que paruulis; sed & vulgus promiscuum vir sine  
innumerabile ascendit cum eis. Cap. 12. labore.  
Quodnam hoc vulgus promiscuum EXO. 12.  
innumerabile? Lyran. Egyptij viri-  
utque sexus, qui cœlestium miraculo-  
rum testes, ad Iudaismum deuenere.  
Aperite Textus. Peditum virorum Pe-  
dites solummodo inter viros adnu-  
merantur. Viri autem, qui equites co-  
mitantur, merito foemineæ aut pueri-  
li appellatione feruntur. Ansel. ap-  
pōite. Infirma non sunt digna hoc nu-  
mero. Qui non pedites, qui non labo-  
ribus tentati, vix hominum appella-  
tione digni.

Iam Saluatorem Iudæorum stimu-  
lis, punctioibus, vulneribus actum 14.  
intueamur. Eueite obuiā Iacobo An-  
geli Dei. Et ecce vir luctabatur cum eo  
vsque mane. Ge. 32. Quinam ille vir? 15.  
D. Aug. Christum Dominum à Iu-  
dæis vulneratum Angelum luctato-  
rem fuisse fatetur. Luctatur Iacob cum  
Angelo; quia populus Iudæorum luctatu-  
rus erat cum Christo. Vincibat Iacob An-  
gelum; quia populus Iudæorum Christum  
vsq; ad mortem persecutus erat. Tunc  
igitur

Mat. 14.  
Hieron.

13.  
Haud  
vir sine  
labore.  
EXO. 12.

Inter.

14.  
Christus  
vir ap-  
pellatur  
cū vulne-  
ratus ob-  
icitur.  
Gen. 31.  
Augut.  
ser. So-  
de Tem.



igitur Iesus viri nomine insignitur, cum Iudæorum iniurijs adfectus ostentatur. *Ecce Vir.* Ac si diceret, *Ecce Homo.*

15. In cuius typum Iob. *Vir erat.* Cap.

Cuius typus Iob Vir etiam vocatur Iob. 1. Chryso. Hom. 23 in Gen. 1. Quare Vir? quare Homo? Quia luctator, quia tribulationibus tētatus, uti Iesu patientis præferret imaginē. Quia Iob pugil pietatis, (loquor cum D. Chryl. athleta orbis, qui solus intolerabilia illa sustinuit, & acceptis in numeris à Diabolo telis, sicut adam as omnes impetus ferre potuit. *Erat Vir, Ecce Homo.*

\*Patientie Regnum.

Ad Illud. *Ecce Homo.*

## OBSERVATIO III.

Non iam Homo opprobrijs actus, sed patientiæ corona redimitus Saluator apparet.

16. Non solum Hominem Pilatus afferit Iesum, sed & Regem. *Ecce Rex vester. Regem vestrum crucifigam?* Vbi Simon de Galsia quærit, *An Pilatus ostenderit derisive Christum.* dicēs, *Ecce Rex vester,* vel asseruitē affirmavit Regem esse Iesum? Et respondet asseruitē id Præsidem significasse, sicut aperte innuūt Iudæi asseruitē inclamantes, *Non habemus Regem, nisi Casarem.* Quid igitur tunc vidit Pilatus in Iesu Regium? Profecto patientia virtus Regalis est.

17. Ionas vndis obrutus, veraciter in clamavit. *Pelagus operuit caput meum.* Cap. 2. Hebraicè *Alga,* seu *carix,* aut *iuncus.* Iuncus operuit caput meum. Rabbi David asserit *iuncos obvolutos fuisse capiti ceti in formā coronæ & ideo obvolutos dicit capiti Ionæ, qui erat in ceto.* Quod si quæras, (quidquid sit de huiusce expositionis iudicio) quare Ionas corona, & ex marinis iuncis, quorum Iesu coronā contextam ex

aliquorum sententiā vidimus? fuerit stipertus, dum ceti claustris recluderetur? Ha in promptu. Qui tam patienter labores sustinuit, quoniam modo non Regio ornata redimeretur?

Celebris quæstio, Num Iob Rex extiterit? Caietan. negat ex illa ipsius sententiā, *Cum sederem quasi Rex circumstanti exercitu.* Cap. 29. Vnde colligit Regem non fuisse, sed quasi Regem, hoc est, Principem Ciuitatis, & exercitus. Fauet Lxx. lectio, *Hi sunt Reges, qui regnauerunt in Edon, cuius Regioni etiam ipse Iob dominatus est.* Iob 42. Dominatus est quidē veraciter, quia eum non hæreditas, non sanguis, sed robur, patientia, virtus corona donauit. Pulchrè D. Chryso. *Quis eum Iadicem, siue Regem constituit? Respondet, Ab ipsa virtute (scilicet patientia) creatus est Iudex.*

Quid quod post cladum sustinentiam detondit ille caput? *Tonso capite, corruens in terram, adorauit.* Iob. 1. Profecto non luctus gratia, sed causa coronationis. Appositè Origen. *Totondit coronam capitis, non ut lugens, sed ut luctum deponens, per tolerantiam superior existens sicut Ioseph cum è carcere à Pharaone educitur. Euctū* (inquit Textus) *de carcere Ioseph totonderunt.* Ge. 41. Ut videlicet post tantam patientiam, capite stipato corona vniuersæ Ægypto, factus Redemptoris imago præficeretur.

Cuius e quidem coronæ præstantia tanta est, ut Iesus antè mundi conceptionē gloriosus Rex, & ab ipso conceptionis instanti Rex homo, adclamet. *Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.* Ioa. 12. Quid in hora clarificabitur, super omnia coronam accipiens, qui ab æternitate gloriosus Rex à conceptionis instanti ac-

18. Iobum patientiæ Regi no donauit. Caietā. Iob. 29.

Chryso.

19. Projicit captis ornamentum, patientiæ coronam ornandus. Iob. 15.

Gen. 41

20. Rex Iesus, patientiæ adhuc postulat coronam.

cepit Principatum. Poterò patientiæ  
Regalis coronam expectabat, tam ex  
cellæ claritatis quali colophonem.  
Auctor D. Cyrillus Ieros. *Non quod  
prius non habeat gloriam (glorificandû  
se asserit nunc) glorificatus enim erat ho  
mo quidem ab instanti cõceptionis,  
glorificabatur tanquã. Deus semper. Nûc  
vera glorificatus est patientia ferens coro  
nam. Cuius equidem pulchritudo tâ  
ta, vt quodammodo sibi non extite  
ria gloria ornatus, donec patientiæ  
corona cingeretur.*

Cyril.  
Cat. 11

23. Ideo iudicij articulo, quando glo  
riofissimus triumphator apparebit,

à patientia mutuam coronam acci  
piet. Cœlicolæ Apostolis Ascensio  
nis die proclamant. *Hic Iesus, qui as  
sumptus est à vobis in calum, sic veniet.*  
Act. 1. Quomodo? Patientiæ corona  
redimitus. Pulchrè D. Augu. *Sic ve  
niet; clauorum vulnera illaesa demons  
trans. & foraminum cruenta monilia cû  
coronam exhibebit cœlesti imperij. Sic  
expono, Cum exhibere intenderit  
Iesus hominum, ac Angelorum Iu  
dex cœlestis imperij coronam, fora  
minum cruenta monilia demonstra  
bit, spinarum vulnera exhibebit, pa  
tientiæ corona præfulgidus.*

Iudica  
turus co  
ronam  
Pacien  
tiæ mu  
tuabit.  
Acto. 1.  
Augu.  
ter. 179  
de Ter



Prophet  
capit  
1. ornam  
tum. 23  
tenuit  
coron  
coron  
dus  
lob. 1  
Orig  
23. et  
Rex 19  
tenuit  
vultu  
pauca  
coron  
Dd 2

Non iam Homo opprobriat  
eus, sed patient  
redimitus Saluator  
Non iam in iudicium Pilatus  
cic teitur sed & Regem. Am  
Rex vestis. Rex vestis & crucifixam  
Vidimus de calum dicit, in pi  
latus ostendit dicit. In pi  
Rex vestis, vel vestis  
in Regem esse Iesum. Et respicit  
allertur id Paulum in significat. ti  
cui aperte iacobus Iohes allertur in  
clamares, Iohes habemus Rex, missi  
Iesus) ac te esse Iohes coronam  
Cap. 2. Vt videlicet post triumpho  
tictum, capite illustre coronam vi  
Iohes vultu operus, veraciter in  
clamares. Rex operus caput meum.  
Cap. 2. Hebraice & Graece, Iohes  
Iohes. Iohes operus caput meum.  
Rabbi David allert in iohes coronam  
Iohes caput in forma coronam  
Iohes dicit caput Iohes, qui erat in  
Iohes dicitur, (quid dicit de  
Iohes dicitur, Iohes dicitur, Iohes dicitur  
Iohes coronam, & ex matris Iohes  
Iohes Iohes coronam ex  
Iohes Iohes coronam ex

## LIBER SEPTIMVS.

## PASSIO CRVCIS.

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES IN CAP.

27. Mat. 15. Mar. 23. Luc. 19. Ioan. Observationes morales pa-  
negyricæ circa litteram ad Iesum patientem.

**D**ominus palma victor meridie cacumina ascendit; iam non est, quod  
vos fuga dedatis, quicumque cum Adamo raptore fructum vetitum di-  
ripuistis. Ad auram post meridiem suffixionis Dominica salutis copia  
latronibus offertur, Rabanus appositè, Aptè Dominus crucem me-  
ridie ascendit, & promissa Latroni habitatione paradisi, post meridiem spiritum  
tradidit. Vt eadem hora, qua primus homo lignum præuaricationis tetige-  
rat, secundus Homo lignum redemptionis ascenderet: & qua hora diei præ-  
uaricatores paradiso expulerat, eadem confessorem latronem in paradi-  
sum induceret.

## MAT. MAR. LUC. IOAN.

Ex cap. 19. 10a. Vers. 17. *Vaiulans Iesus sibi crucem, exiit.*

Ex cap. 27. Mat. Vers. 32. *Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem.*

Vers. 33. *Hunc angariauerunt, ut tol-  
leret crucem eius.*

Ex cap. 23. Luc. Vers. 33. *Ibi crucifixerunt eum, & La-  
trones unum à dextris, & alterum à  
sinistris.*

Ex cap. 27. Mat. Vers. 37. *Et imposuerunt super caput  
eius causam ipsius scriptam: Hic est  
Iesus Rex Iudæorum.*

Ex cap. 15. Mar. Vers. 24. *Et crucifigentes eum, diuise-  
runt vestimenta eius, mittentes sor-  
tem super eis.*

Ex cap. 23. Luc. Vers. 39. *Unus autem de his, qui pende-  
bant Latronibus, blasphemabat eum,  
dicens: Si tu es Christus, saluum fac  
te metipsum, & nos.*

## PARAPHRASIS.

17. Acceperunt itaque Iudæi Iesum productum  
è prætorio, quem duxerunt ad locum sup-  
plicij sibi humiliter crucem vaiulantem.

32. Inter eundem tepererunt Simonem quen-  
dam Cyrenæum, è villa redeuntem pium sa-  
ne, uti decet agrorum cultores

33. Hunc compulerunt crucem Iesu vaiulare,  
non in leuamen vulnerati, & defelsi; sed ut  
citius ageretur in crucem.

33. Venerunt in Golgotha, siue Caluariæ locum,  
affigitur Iesus ligno, quin & curatum à Iu-  
dæis, ut simul cum eo duo figerentur Latro-  
nes, ut Iesus medius ad dexteram habens  
vnum, ad leuam alterum, illorum, queis erat  
adiunctus, similis haberetur.

37. Porro & titulus Iudibrij causa impostus est  
cruci: Hic est Rex Iudæorum. Qui tamè ho-  
nificatior erat, quam ut ferre possent Iu-  
dæi. Si quidem apud Pilatum egerant, ut hic  
titulus corrigeretur. Attamen hac vna in re  
passi sunt Pilatum vincere.

24. Ceterum postea quam crucifixissent eum,  
vti Iesu nuditas non ab Euangelistis præte-  
rretur, partiti sunt inter se milites vestimē-  
ta Iesu; pro tunica, quæ sic erat contexta, vt  
dissui non posset, sortem mittentes.

39. Alter è maleficis, qui pēdebat ad latus Ie-  
su, è cruce in eum cōiucia iaciebat, dicens: Si tu es  
ille Christus mundi Seruator, serua te ipsū simul  
& nos. Alter autē increpabat sceleris, & supli-  
cij sociū, cōsiderata Iesu māserudine. Bis in hu-  
manū est, & morituro maledicere, & innocēti.

Vers. 42.

Vers. 42. *Ec dicebat alter ad Iesum: Domine, memento mei, cum veneris in Regnum tuum.*

Vers. 43. *Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.*

Ex cap. 19. Ioa. Vers. 28. *Ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio.*

Vers. 29. *Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circum ponentes obtulerunt ori eius.*

Ex cap. 19. Mat. Vers. 30. *Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum.*

42. Hoc testimonium Iesu reddidit in cruce Latino, ut vndequaque testata esset illius innocentia. Moxque conuersus ad Iesum, dixit: Domine, memento mei, dum veneris in Regnum tuum. Iesus autē, qui surdus erat, & mutus ad omnia conuitia, non est surdus, ac mutus cum fiducia postulanti. Illud, inquit, confirmo tibi, hodie mecum in paradiso futurus es.

28. His peractis, cum Iesus sciret, nihil super esse, quod ad legitimam victimam pertineret. Ut impleretur Dauidicum illud: In siti mea potauerunt me aceto: è Cruce inclamauit: Sitio.

29. Aderat ibi vas acidi vini plenum. Milites igitur spongiam acido vino impletam, admoouerunt ori Iesu torturi sitim, non refrigeraturi.

30. Simul ac gustasset acerum Iesus, dixit: Consummatum est, significans ritē peractum sacrificium iuxta Patris dispositionem: ac mox, inclinato capite, reddidit spiritum.

## SECTIO PRIMA,

### Crucis vaiulatio.

*Ex Capite 19. Ioan.*

TEXTVS.

Vers. 17. *Vaiulans Iesus sibi Crucem, exiuit.*

## EXPOSITIO ET ILLUSTRATIO LITTERAE.

¶ *Iesu suffigendi pompa, processus, luctus.*

S. I. Educatio Iesu.

**P**OSTEA quam omne luidibrij genus in eum milititer exercuere, rursus indutum suis vestibus (quo magis, me auctore, à suis, à populo que agnosceretur) educunt ad supplicij locum. Comitabatur Iesum numerosa multitudo populi, ac mulierum, quæ, Sacerdotibus, ac scribis gaudentibus, plangebant, ac lamentabantur de morte Innocentis. Nil enim aliud poterant humiles, & imbelles aduersus coniuuratam Primorum impietatem. *Fletus erat (inquit Celsia) iustis, quod sic inualuerat sena hominum prauitas, & quod altissima in-*

Mulierum fletus.

nocentia reportabat à iudicio sententia falsitatem. Flerent proculdubio qui ab humanitate non recessissent. Cogebant (ne otiretur seditio, vnde Christus eorū è manibus elaboretur propter mutabilem animum turbæ) Iesū gressibus festinare.

Attamen vacauit Saluatori quoniam nammodo fœminis plorantibus in hunc modum obijceret. *Filia Ierusalem, nolite de flere me, sed de vestra ac filiorum vestrorum vice deploranda sollicitæ sitis. Nec enim desenda innocentis mors, sed illorum deplorandum exitium, qui pro suis sceleribus & hic miseris cladibus adficiuntur, & in posterum pœnis addicuntur æternis. Ducebantur equidem simul*

2. Prohibet Iesus lacrymarum motum.

Latrones.

simul duo facinorosi, pariter cum eo damnati; sed non eadem causa. Procuratum hoc à Iudæis, quo magis apud multitudinem Iesum infamem redderent, quod tali esset adiunctus sodalitus.

3. Porro à palatio Pilati (loquor cū Adrichomio) usque ad locum, ubi Crux rupi infixa fuit, sunt *gressus mille trecenti viginti & unus*, siue alia supputatione *pedes tres mille trecenti & tres*. Nec que pié de tota Crucis via idem auctor scripsit, duxi prætermittēda.

† *Incipiens* (inquit) Dominus à palatio Pilati per viginti sex gressus, qui faciebant sexaginta quinque pedes, ad locum processit, ubi Crux ei imposita est. Vnde uaiulās Crucem per octoginta gressus, hoc est, ducentos pedes, ad locū processus est, ubi primum cum Cruce cecidisse traditur. Inde itatim per sexaginta gressus & tres pedes, siue centum quinquaginta tres pedes, ad locum venit, ubi B. Maria cum Ioanne Filio suo occurrit. Hinc autem per septuaginta unū gressus, & sesquipedem, siue cētum septuaginta nouem pedes, ad quoddam triuium, ubi Simon Cyrenæus Crucem post Iesum portare coactus est. Ilthinc porro per gressus 191. & semipedem, uel 478. pedes, ad locū accessit, ubi ipsi Veronica occurrit. Atq; illinc per 336. gressus, & duos pedes, seu 842. pedes ad portam iudiciariam, ubi rursus cum Cruce lapsus est. Deindè uero ad duas, saxosa, atque paulatim ascendente uia uersus Septentrionē processit per 348. gressus, & duos pedes, seu 872. pedes ad biuium quoddam, ubi mulieres plorantes allocutus est. Ac isthinc continuo per 161. gressus, & sequipedem, siue 404. pedes, ad radicem mō-

tis Caluarie, ubi ultimo cecidit. Deindè ulterius per 18. gressus, aut 45. pedes, ad locum, ubi carnifices ipsi uestes extraxerunt: ubi & uino myrrhato felle mixto potatus est. De hinc per 12. gressus, siue 30. pedes, ad locum, ubi clauis Cruci affixus est. Inde postremò per 14. gressus, siue 35. pedes ad locum, ubi de cruce pendens in foramine rupis Caluarie fixus est.\* Hactenus ex Adrichomio pluribus sententiam totam auctoribus roborante.

Verum Ecclesie traditio, linteo Iesum à pia, foemina Veronica donatum, uti faciem extegeret. Hinc miraculum celebre excitatum. Huic namque linteo faciei sue imaginem, gratiam referens, dedit. Romæ hoc est spolium magnificum, totius populi ueneratio. At *Veronice* nomē antiquum conuersum in *Veronicam*.

4. Veronices.

¶ *Quare Dominicis humeris Crucis onus impositum?*

**I**ESVS uaiulans sibi Crucem, exiuit. Græce, *Portans Crucem suam*. Existimabant Pōtiffices per Crucē Christi omninò gloriam disperdendam. At per Crucem gloriosam comparauit imperiū. *Principatus enim* (Theophyl. ait) *Domini, & Regnum eius est Crux*. Strabus autem *Rex per Crucem non perdidit, sed confirmauit imperium*.

5. Principatus Iesu.

*Uaiulans sibi Crucem*. Abel foras e- ducitur, ut trucidetur. Gene. 4. Isaac lignis onuitus holocausti. Gene. 22. Noe Arcam ad totius humanæ stirpis salutem ostendit. Gene. 7. Iacob ducētē in coelum, portat scalam. Ge. 28. Elia cum Dauidicam gestat clauem in paradisi reuerationē. Isa. 22. Moyses Virgam salutarem Hebræis, hostibus exitialem portendit. Exo. 7. Abimelech

Theop. Luc. 23.

6. Figura Crucis Iesu humeris uaiulata.

melech ramum vitale morientibus offeri ad vitam. Iud. 9. Hæc, & plura Patres.

inferius. In presenti respondeo Euāgelistam modum adnotasse. *Vaiulans sibi Crucem, exiit.* Exiit è Pilati domo crucis suæ vaiulator, at postea Simon Iesu insequutor adterebat. Sic D. Athanas. Hieronymus, & Augustin.

7. Crucis descriptio.

7. *Vaiulans.* Crux equidē quindecim pedes altitudinis habuisse dicitur, octo longitudinis lignum trāuersum, crassitudine tanta, quanta magno Viro sustinendo satis esse potuit. Græue planè onus corpori defatigato, sed Dominicæ patientiæ charitati leue.

8. Cur vaiulantis ius?

8. Sed quare Crucē ipse vaiulabat? Nonnulli hoc tribuunt Iudeorū crudelitati. Non eorum deprauatum affectum excusso, at effectum de more assero. Plutarchus enim adfert eos, qui in Crucem agendi essent, Cruces suas humeris portare solitos, quæ admodum apud nostrates circa cololum fares funem præferunt, quo suspendendi. *Facinorosus quisque* (ait) *et timo affligendus supplicio, corpore suo propriam fert crucem.*

Plutar. de Sera Num. vii.

9. Causa mytilicæ huiusce vaiulationis. Causa.

9. Quod si mytilicis heræamus, Simon de Caf. quærit. *Quare defers, ò Domine, hanc lignorum sarcinam?* Ex Iesu ore respondet. *Porto lignum, ut vincam in ligno inuisibilem hostem, qui vicit in ligno. Porto lignum, ut præter humanas artes ex ipso faciam gradus ascensionis in cælum. Porto lignum suspendendus in illo, ut omnia traham penitus ad me ipsum. Porto lignum martis, & vitæ. Adde, Porto lignum, ut ostendam quonammodo Crux non trahenda, sed vaiulanda, non reptanda, sed eleuanda sit. Porto lignum, quia Crux non est alienis humeris apponenda.*

10. Obiecti si fit satis.

10. *Vaiulans sibi Crucem, exiit.* Insurgit quæstio, Conductū ait Matthæus Simonem quendam, uti Crucem adfportaret. Quonam ergo modo Iesus Crucem vaiulabat? Num quia vterque vires oneri admouebat? De hoc

OBSERVATIO. I. MORALIS PANE GYRICA CIRCA LITTERAM.

Pij, impijque vis affectus.

CRUCIS vaiulatione. August. pietatis, & impietatis iudicium circa Iesu crucem vaiulantis prærens obiectum eleganter describit. *Grande (inquit) spectaculum: sed si spectet impietas, grande ludibrium: si spectet pietas grande mysterium. Si spectet impietas, rident Regem pro virga Regni lignum sui portare super iij. Si pietas spectet, videt Regem vaiulantem lignum, ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus Regum, in eo spernendus oculis impiorum, in quo et ant gloriatur corda Sanctorum.* Quam aliter pietas sententiam fert, ab impietate! Si affectio pia adsit, quæ vilia aspectu, ad auras adferuntur. Si non pia mens, quæ gloriosa oculis, admodum deprimuntur.

II. August. Tra. 117

Caput primum.

¶ Pio affectui grande hoc spectaculum.

EXHIBEO exemplum in Iesu, de cuius pulchritudine sponsa. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Can. 1.* Vbi Doctores qui verba proximè præmissa: *Egredimini filie Sion, & videte Regem Salomonē indiademate &c.* De Iesu Crucem vaiulante exponunt: affirmant pulchritudinem Christi

\* Pius affectus collimat errores. Ad Illud. *Vaiulans Cruxem.* 12. Sponsa pulchrū videt Iesum op probrijs deturpatum. Cant. 1.

oppo.

opprobrijs acti, morte que turpissima exacti hic ab sponsa commendari. Vndenam Ecclesie tam pulcher, & decorus ille, qui omnino carebat aspectu, *Vidimus eum, & non erat aspectus?* Profecto adijcitur, *Oculi tui columbarum.* Ibid. Pius anime affectus ab omni externa fœditate auersus totum Iesum cantabilem de prædicauit. *(Corporis affectiones spiritu (loquor cum Nysseno) mortificans) totus est effectus spiritualis. Hac de causa fertur testimonium ab anima liberata à corporali affectione.*

Nyssen.

I 3. Eiusdē sponse alterum testimonium. Cant. I.

Nyssen.

I 4. Affectus Eua de uitatio.

Gene. 3.

Ambr. L. de Bo mor. c. 9

*Egredimini (clamat Sponsa) filie Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater.* Can. 1. En Iesum Regem corona spinea redimitum, sceptrum Crucis gestantem. Vndenam tibi o sponsa, spine lapilli? Quia pio eras affectu. Ideo filias Sion affectu pio ornatas, non filias exercitus Babylonis. *Egredimini, filie Sion.* Nyssen. *Facte filie Sion admirandum hoc spectaculum aspiciate, inuenim de entissimam incipite Regis coronam, quam mater ipsius ei circumposuit, quem admodum Uices ille loquitur, Posuisti incipite eius coronam de lapide pretioso.* En pietas affectus filie Sion spinas Iesu estimant gemmas. *Mirabile spectaculum.*

de illud D. Amb. *Errat oculus, ubi errat affectus.*

Cuius potentiam Iesus ipse erga Iudæos mirum in modum affectus, nos docet. Percussus ab ingratis Hebræis, actus in Crucem, crudelissimè vulneratus, in clamat, *Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Luc. 23. Vbi Arnol. Carn. *Nec tamen licet tanti criminis molem, Mediatoris auctoritas collimaret, obstinatio illius infidelitatis esse excussabilis erat.* Adnota illud: *Mediatoris auctoritas collimaret, siue minueret.* Non dubium, quin perfectè Dominus malitiæ præstantiam dignouisset. Attamen is, quo erga Iudæos suos flagrabat affectu curabat quod ammodo tanti erroris collimate rubiginem. Clemens Alex. adhæc. *Solent magna natura & ab affectibus vacua sagaciter collimare veritatem.* Qui autem affectu plenus obijcitur, veritati non semel procurat opercula. Ecce pietatis indicium. *Si spectet pietas grande mysterium.*

I 5. Iesus pio affectu in Iudæos eorum criminhorribile collimat. Luc. 23. Arnol. de verb. Do. c. 5.

Clem Alex. L. 2 Stro.

Caput secundum.

*Affectui impio affectui hoc grande ludibrium.*

**I**am vero affectus impietatem ad periculum affero. Nunquam non impius affectus sanctissima quæque condemnat, exaggerat tantilla peccata, trabem efficit festucam, David, *In circuitu impij ambulat.* Psa. 11. seu vertigine capitis laborant Nazianze. *Eadem (inquit) terra sanis quidem, ac minime lasis fixa, & stabilis est; ijs autem, qui circum aguntur, ac vertigine laborant, mouetur: nimirum aspicientium vitio ad rem aspectam transeunte.* Quam aptè D. August. *Grande spectaculum, sed si spectet impietas grande ludibrium, quia impij in circuitu ambulat, nec verum de*

\*Impius affectus obsecrat virtutes, vitia exaggerat.

Ad illud: *Vain-las Crucem.*

I 6. Impijs omnia nutant. Psa. 11. Nazian. Ora 3. de Pace.

August.

rerum

rerum stabilitate agunt iudicium.

17. De iusto, prae proprio exitu, arrepto sapiens. *Reptus est, ne malitia mutaret intellectum eius.* Sap. 4. Illud exponam: *Ne malitia mutaret intellectum.* Ne scilicet impietas intellectum ita afficeret, ut quod malum cognoscebat, iam reputet bonum; & quod bonum amplectebatur, iam omnino uti malū abijciat. Appositè Seneca. *Sape nocivè concupiscimus, nec dispicere, quam pernitiosa sint, licet; quia iudicium interpellat affectus.*

Sone. L. 2. de Be ne. c. 14.

18. Crimi- nator, exagge- rator est Mat. 26.

Quam impiè Cayphas Iesu humilem, veram que sententiam criminabatur. *Blasphemavit.* Quam impij omnes adstantes crimen exaggerabant. *Reus est mortis.* Impius hic in dæorum affectus. Accesserant aliquando ad Iesum obijcientes, *Quare Discipuli tuum ingrediuntur præcepta seniorum. Non enim lavant manus, dum panem manducant.* Mat. 15. Quos Dominus de trabæ proprijs in oculis defixa non aspectata, defestuca autem Discipulorum luminibus herète vila taxat. *Hic ignis* (ait D. Basil.) *trabem illam, que intus est in oculo nostro comburens, mundam constituit mentis aciem.* Vbi impium affectum trabem appellat Doctor, cui vel parvula festucæ trabes efficiuntur ad similitudinem aspectantis.

Basil. Hom. Quod si ne diui.

19. Speculū deturpa- tum est. Psal. 6. Theop. L. 1. ad Autoi.

Hinc Vates, *Turbatus est a furore oculus meus.* Psal. 6. Id est, affectus furoris adeo mentis lumina turbavit, ut iniquum circa obiecta proferat iudicium. Theophylus, *Ut speculū splēdidum, sic hominis animum purū & mundum esse oportet. Si rubigo invaserit speculū, quod hoc patitur idem & tibi accidit.* Speculo rubigine turbato omnia omnino rubiginosa sunt. Non aliter animo impio vel ipsa de formis pulchritudo. *Talis,* (adijcit) *ut dicam,*

quod sentio, Deum cernere nequaquam valebit.

\*Vt cruce vin- cas, ab humeris Iesu nō amove- as.

OBSERVATIO. II.

Crux in humeris Iesu nos donat & armis, & triumpho.

**Q**UARE humeris Iesus Crucem deferrebat? D. Chryf. *Quem ad modum victores, ita Christus victoriae signum humeris tulit.* Ait Euth. *Ferebat Crucem in humeris tanquam strenuus miles lanceam, qua deiecturus erat aduersarium.* Crux igitur humeris appositā & signum victoriæ, & belli instrumentum. Cruce pugnandum, Cruce vincendum. Pugnāt Crux, vincit, si à Iesu humeris non amoveatur.

Ad illud: *Vas- lans si Crux cornu. 20. Chryf. Euthy.*

Non iam Christiane miles, ab spe excidas victoriæ, tuam perpende stragilitatem. Ad nova arma, eaque fortissima, queis adnata post Iesu triumphum victoriæ, manus extende. Vidimus Iesum coronæ spineæ gestatorem, yaiulatorem Crucis, non tamen arundinem sceptrū dextera ille pre- ferebat. Quid causa? Profecto arundo illa nostræ fragilitatis imago, virium, queis innitebamur typum agebat. Assumit igitur Iesus nostræ fragilitatis arma, ut constringat, ut proijciat, quorum locū occupet Crux potentissima hostes debellatura. Apprimè D. Paschal. *Suscipit sceptrum fragilis Regni de manibus nostris, in quo nos male confisi diu innisi sumus, ut triumpharet, & contereret eum in ligno Crucis, pro quo calamo sceptrum Regni celestis Crucem scilicet, & virgam equitatis dedit nobis.* Accipe Crucem strenue miles, lanceam videlicet, qua deiecturus aaurifarium.

21. Portem te red- dit crux ut nun- quā nō tiūphū agas. Mat. 27.

Pasch. L. 12.

Euthy.

Adhuc Apostoli apud Thabor arundineo fragilitatis baculo nitebantur,

22.



Ad ro-  
busta o-  
pera sur-  
gimus  
Crucis  
cōra&tu.  
Mat. 17.  
Anselm.  
23.  
Crucis  
virtus  
Iesu hu-  
meris  
apposi-  
ta.  
Isai. 9.  
Drogo  
De Sac.  
Pas.  
24.  
Super  
Excelsū  
Iesum  
Crux ad  
ibi offer-  
tur pug-  
naturis.  
Pro. 9.

bantur, siquidem cœlitus emissa vox eos fecit solo consternari. Tunc accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis, surgite, & nolite timere. Mat. 17. Ac si diceret, Proh militū infirmitas! Dum passionis, & Crucis meæ per agitur memoria, timore correpti coniacetis? Surgite ad pugnam ad victoriam, certamina institute aduersus Proceres eosque proceræ magnitudinis, eis proculdubio ex Crucis admiraculo superiores. D. Anselm.

Probo ex Isaia, *Cuius principatus super humerum eius.* Cap. 9. Crux super humerum Iesu prædicatur. Quæ quidem nobis offertur pugnaturis non ab humeris Iesu abtracta; sed ei<sup>9</sup> humeris infixæ. Vnde colligo nos mirum in modum semper queisq; Principibus superiores; quia videlicet Christi humerus altissimus est, iustar Saulis, omnes aspiciens inferiores animi hostes potentissimos. Egregiè Drogo Holtien. *O maxime* (inclamat) *Imperator, quomodo, aut quo portas Imperium tuum super humerum tuum?* Et respondet, *Humerus tuus altus est, & pertingit vsque ad Patris confessum super omnem Principatum, & Potestatem.* Quasi diceret, Ideo Crux super humeros tuos altissimos eleuatur, vt homo pugnaturus semper hostibus superior existat. Quid igitur tibi ex quo timore corripiaris?

Vinces semper, dum modo Crucem ab humeris Iesu non extrahas; sed eorum fulcimento vtaris, quem admodum farcæ miles bellicum tormentum facit hætere, vt facilius pilas exitiales dirigat ad hostes. Id sapiens exprefit. *Misit Sapia ancillas suas, vt vocarent ad arcem & ad mania Ciuitatis.* Prou. 9. Hebraicè.

*Vocauit super humeros excelsorum, siue excelsi.* Quasi diceret, Christiani milites, Crucis vos lancea potentissima munite, cum hostibus vobis confli-gendum. Ad Crucem Iesu excelsi humeris appositam accurratæ, nec ab humeris Dominicis abstrahite. Humeri Iesu vobis sint mœnia, vnde in excelso constituti, omnes seculares, infernasque Potestates contemnatis.

OBSERVATIO. III.

Sibi Iesus Crucem vaiulat, quia suam portans Crucem Diuinitatem ostentat.

NON sine mysterio illa particula: *Sibi*, apposita est. Christus enim hodiè & *Sibi* & nobis Crucem gerit. Nobis quidem, quia ob mundi salutem mori dignatus. *Sibi* autem; quia humeris apponens Crucem, Diuinitatis suæ ostendit stemmata. D. Paschasius *Dum Crux* (inquit) *super humeros eius imponitur, factus est secundum Prophetam (Isaias 9.) Principatus eius super humerum eius.* Id est, Principatus, seu Regnum mundi inuisibilis (nam Christi Regnum non est de hoc mundo,) super humeris Iesu attollitur, fulget, omnibus datur aspectandum.

Ioannes solus affirmat Iesum vaiulantem sibi Crucem exiisse. Reliqui autem Euangelistæ non Iesum, sed Simonem portauisse afferunt. Ioann. 19. Matth. 27. Luc. 23. Et cur solus Ioannes crucem super humeris Iesu statuit? Non ne ad Ioannem attinebat Iesu Diuinitatem specialissimè fidelibus obijcere dignoscendâ? Appositè igitur solus Ioannes Iesum Crucè vaiulantem exponit, quia solus Ioannes specialissimè Diuini-

\*Voluntaria Crucis vaiulatio hominem ad Diuinitatis fatigam attollit.

Ad Illud. *Sibi.* 25. Pascha. L. 12.

26. Solus Ioannes afferit Iesum Crucè vaiulare, quia specialissimus Diuinitatis Iesu assertor

**Pascha.** tatis assertioni studebat. Pulchrè Paschas. *Ne igitur vacat à mysterio, quod secundum Ioannem Christus Crucem suã solus portare dicitur; secundum reliquos verò non ipse, sed alius eam portans introductur. Quia Ioannes Divinam eius naturam susceperat explanandã? Deus Iesus? Caluans igitur sibi Crucem, exijt.*

**26. Confir. mo. Mat. 4.** Cuius exhibeo exemplum. Matthæus, Marcus, & Lucas Iesum scribunt à Dæmone tentatum apud desertum. Verum Ioannes tentationis historiam prætermisit. Cur ita? Existimo; quia Iesu tentatio ad humanã spectabat naturam, à Divinaque quã specialissimè assererat longe, dimovebatur. **Rathbertus Abbas.** *Quando tentabatur, quia secundum hominem eandem tentationem susceperat; unigenitus Deus, Matthæus, Lucas, Marcus eam exponunt. Ioannes autem, quia Divinam eius naturam susceperat explanandam, nullam ex eadem tentatione habuit mentionem. Sic & hic imponentibus illis, qui susceperunt eum, Crucem suam, qua omnium est, portans ipse, ab omni labore, iuxta Divinitatem, egressus est liber in eum, qui dicitur Caluaria locus.*

**Pasch.** Hinc Iesus deplorantibus fœminis in clamat. *Filie Ierusalem, nolite flere super me.* Luc. 23. Quare à tam piò, iustoque planctu eas Iesus amovere curavit? Mulierum illarum lacrymas ex cognato naturæ communis adfectu exortum ratus, existimo eas à plãctu prohibuisse, quod humanam ex vaiulatione Crucis miseriam deplorarent. *Nolite flere super me.* Ex Crucis vaiulatione me miserum hominicionem defletis, cum Deum deberetis agnoscere? Quod miseræ humanæ cum gestatione Imperij, cum portatione Principatus?

**27. Prohibet Iesus ideo mulierum fletum. Luc. 23.**

**28.** Porro Divinitas nullatenus lace-

anda in inconfutili veste exprimitur, sicut in spinea corona chlamydeque coccinea cœleste Iesu Regnum figurabatur, D. Hieronymo & Paschasio interpretibus. Hinc est, quod vaiulaturus Christus Crucem, proprijs vestibus, inconfutili videlicet tunica ornatur; quia exportatione Crucis ostendebatur Deus, quem protinus reuerita est creatura. D. Hieronymus ad hæc. *Quando flagellatur Iesus, & conspuitur, & iridetur, non habet propria vestimenta; sed ea, que propter nostra peccata sumpserat. Dum autem irrisuionis pompa præterret; tunc pristinas vestes recipit. & primum assumit ornatum, statimque elementa turbantur, & Creatori testimonium dat creatura. Turbantur protinus ac illum Crucis gestatorem, ex qua pristina fulgent indumenta, proficiunt posteaque testimonium de cognita nunc Divinitate reddidere.*

Paschasius affirmat non solum inconfutilis vestis Regium, amictum, sed & coronam spineam Regium ornatum exuisse ministrantibus Militibus, quãdo ab eius humeris Crux omninò aufertur. (Vsq̃ue ad Caluariam enim, auxilium ferente dimone, Cruce onustus ascenderat.) *Pulchrè Christus ascensurus Crucem. Regalia vestimenta deposuit, ut scias quasi hominem passum, & non quasi Deum Regem.*

OBSERVATIO III.

Sibi Iesus vaiulat Crucem, quia sic fertur ad labores, ac si propriæ vtilitati, non alienæ operam exhiberet.



Cũ Cru- cẽ tollit Iesus, Divinitatis vti- tur vesti- mento. Mat. 27.

Hieron. Mat. 27.

29. Cũ de- ponit Crucem Regi e- xuit in- dumentum. Mat. 27.

Pascha. L. 12. in Mat.

\* Is pa- tientissi- mus in- ter labo- res, qui fructifi- care sibi confide- rat.

Ad illud: Vel Sibi.

30. **V**el ideo sibi Iesus Crucem vaiulabat, vt ostenderet suum patienti desideriu. Vnde Simon de Cas. *Vaiulabat sibi Crucem Iesus ad sua pœnam atque tormentum.* Sic patiebatur, ac si propriæ utilitati studeret, ac si non nobis, sed sibi laboraret.

Simon  
Cass.

31. *Vadam* (inquit Sponsus) *ad montem myrrha.* Cant. 4. Vbi Philo Cap. per montem myrrhæ corpus Iesu intelligit, quod sua sponte neci est oblatum. *Is enim mons est,* (inquit) *de quo legitur. Abscissus est lapis sine manibus. Ad hunc montem myrrhæ voluntarie accessit Spôsus.* En ipse Iesus myrrhæ mons est, quia *vir dolorum,* totiusque laboris, ac passionis aceruatio. Profecto tam adfecta voluntate omnes labores amplexus est, ac si nõ nobis, sed suæ utilitati, & profectui laboraret. *Vadam ad montem myrrhæ.* Legit Hugo Victorinus, *Ibo mihi ad montem myrrhæ.* Quali sibi potius, quã nobis moreretur. Ibo (Doctor factus) ait mihi. *Sibi vadit.*

Hugo  
Vict.  
L. de A.  
mor.  
Spon.

32. *Iam planus sensus sententiæ Saluatoris Petri in clamantis, Vade post me Sathana. scandalū es mihi.* Mat. 16. Cur tam acriter Iesus Discipulū taxat, dū eū intendit Apostolus à tormentis eripere? Adnota Petri exhortationē. *Absit à te, Dñe, non erit tibi hoc.* Illā particulā: *Tibi:* expende. Quare non dixit: Non erit nobis hoc tanto tuę vitę dispendio; sed non erit tibi? Quia tam anxius Iesus ad mortem ferebatur, ac si non mundo, sed sibi soli laboraret. Vnde respondit, *Scandalum es mihi.* Profecto scandalum huiusmodi omnibus hominibus apponebatur. At benignissimus Iesus tam suã hęc causam æstimabat, vt sibi soli scandalū itatui profiteretur, tanquam pro-

priam solummodo utilitatem impediret.

Fidelibus sic Saluator. *Qui vult venire post me, tollat Crucem suam, & sequatur me.* Luc. 9. Ad quem locum D. Patch. *Non enim suam, sed nostram portat Crucem; & ideo iubemur nos nostram portare Crucem. Quia & si sua est, in qua patiatur homo Deus, nostra tamē est, qua redimimur, & Saluamur.* Nostra itaque Crux est ex eo capite, quo per Crucem saluamur; Christi autem Crux est, ex ea parte, qua in ea patitur homo Deus. Ac si in clamaret. *Mihi soli vaiulo Crucem ad meam pœnam* (vt loquar cum Cassiano) *atque tormentum, ad vestram autem vitam & salutem.*

Non dum exhausta vis verbi illius Cassiani: *Vaiulabat sibi Crucem Iesus ad sua pœnam.* Id est, curabat vt Crux, seu passio sua nullius hominis humeros pergraueret, sibi soli pondus relictans. *A sexta hora tenebra factæ sunt super vniuersam terram, vsq; ad horam nonam. Et clamauit Iesus voce magna, dicens. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Mat. 27. Quare conqueritur Saluator in vltimo vitæ articulo constitutus, qui tot vultneribus actus, in morem agni obmutuit? Quia Crux parum ex humero Christi clapsa humeros hominum incipiebat pergrauere; tenebris enim mundus offundebatur. Perpulehrē Orige. *Postquam vidit super oranem Iudaã tenebras factas, dixit, magna voce sua: Quare me dereliquisti?* Cum solus ipse totum Crucis sustinet pondus à Patre fouetur, tenetur; cum particula Crucis, tenebrę scilicet humeris hominū hæret, se à Patre derelictum proclamat.

33. *Christus suã adeo prædicat Crucem vt quodam modo nostra non sit.* Luc. 9. Patch. L. 12.

34. *Sibi tollit Crucem, ne eos grauent labores.* Cassia.

Orige. hom. 35.

## SECTIO SECVNDA.

## Cyrenæi coactio.

Ex Capite 27. Matthæi.

TEXTVS.

Vers. 32. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenaum, nomine Simonem.*Vers. 33. *Hunc angariauerunt, ut tolleret Crucem eius.*

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

Quinam hic Simon?

S. I.  
Vndenam  
Cyreneus?

Inuenerunt hominem Cyrenaum. Cyrenæus dicitur homo hic (cuius humeris Crux Dominica imposita) quod in Ciuitate, vel in Prouincia Cyrene esset exortus. Iacet enim in Libia Prouincia huiusce nominis Cyrenaica, adest & Ciuitas Cyrene, cuius appellationis & alia apud Cypriū. Viri huius *Simō* appellatio, quod significat obedientē. Marcus Alexandri, & Rufi eū vocat parētem, quasi Christianis essent illi cogniti, & fortasse Christo Discipuli. Vndenam enim noti Christicolis? Non satis firma circa hoc coniectura est. Tā enim pater quā filij potuerunt cū profelytis prius adnumerari, postea autē ad Christum conuerti, deriuata ex Crucis ministerio gratiæ riuo ex benignitatis fonte.

2. Disquiritur à Patribus nū Simon hic Iudæus, an gentilis: Iudæū fuisse probat proxima de Discipulatu Alexandri & Rufi cōiectura, sed eadē ratione solidā minime esse affirmo Hilar. Ambro. & Leo gentilē efficiunt, cui sententiæ subscribo. Cū propter literā. Cyrenæus enim à Cyrene seu Pērapoli iuxta Libiā, ut placet D. Pasc. fanci. *Homo iste de Cyrene fuisse narratur, que est Pērapolis iuxta Libiā Erat enim ex gentibus.* Tā propter mysteriū. Non enim fortuito (loquor cū eodem

Pat.) obuiā venit, sed ex providētia Dei, ut in eo iā mōstraretur, quod gētes Crucē Christi portare deberēt, & cōparticipes passionis eius fieri. Indignus erat enim quilibet Iudæus Crucem Christi portare; quia fidei gentium erat concessum, eam suscipere, & post Iesum ferre.

¶ Quonam Simon munere fuerus?

3. **E**Xeuntes, inuenerūt hominē. Cū Ioāne Sectione superiori composui Mattēhū. Id quod in presenti vberius cōfirmabo, alias recentens expositio nes. Ioānes, *Vaiulans sibi Crucē, exiuit.* Cap. 19. Mat. *Exeuntes inuenerūt.* Quomodo igitur Iesus sibi Crucē vaiularet? Prima expositio. Exeutes Ciuitatē, inuenerūt Simonē post quā Christus à domo Pilati vsq; ad Ciuitatis portā Crucis vaiulus extitisset. Secūda. Exeuntes domū Pilati inuenerūt Cyrenē, nō quidem statim; sed postquam Iesus Crucem portauerat vsque ad trinium supra in via Crucis indicatum ex Adrichomio.

4. Ad meam superiori Sect. indicatam recurro sententiam, affirmo que Matthæum non de exitu ex Ciuitatis porta, sed de exitu ex domo Pilati exponendum, sicuti & Ioannes, *Exiuit, vaiulans sibi Crucem.* Si ipse egressus è Pilati domo vaiulabat, quomodo Simon tunc vaiulator adsumitur? Quia non abstracta omnino

3.  
Quomodo  
Simon  
Crucem  
portauit?  
102. 19.

4.  
Autoris  
mens.

ninò Crux ab humero Saluatoris.

5. Num Si-  
mon so-  
lus Cru-  
cis por-  
tor?  
D. Leo.

Cuius robor ex dilucidatione hu-  
iusmodi quæstionis pendet. An Si-  
mon solus Crucem Christi portarit,  
vel Christum eam vaiulantem præsti-  
terit auxiliū? D. Leo solum Simonē  
asserit Crucis vaiulatorem. *Simon* (in-  
quit) *quidam Cyrenæus inuentus est, in*  
*quem lignum Crucis transferretur à Do-*  
*mino. Quam sententiam plures ex in-*  
*terpretibus amplectantur illis Mat-*  
*thæi, & Marci verbis hærentes: Huc*  
*angariauerunt, ut tolleret Crucem eius.*

6. Iesus &  
Simon  
pariter  
portare.  
Caiet.  
Adrich.

Nihilominus tamen sequor Caietanum asserentem Simonem simul &  
Christum Crucis portatores. *Nam*  
*si solus (inquit) portaret Simon, vide-*  
*retur ipse crucifigendus, non Christus. Fa-*  
*uet Lucas fatos. Imposuerunt illi Cru-*  
*cem portare post Iesum.* Confirmat Ad-  
driehomij de genuflexionibus Iesu  
sub Crucis pondere descriptio. Bis  
enim dicitur construisse, postquam Si-  
mon conductus est. Nec verba Mat-  
thæi & Marci me ab huiusmodi sen-  
su dimouent. Angariatus enim Si-  
mon est, *ut tolleret Crucem eius*, post  
Iesum quidem, siue ad Crucem tol-  
lendam præstaret adiutorium. Trabs  
etenim duorum virorum humeris ap-  
posita ab utroque portatur. Iam pla-  
na prima quæstionis de exitu à do-  
mo Pilati resolutio.

7. Hunc angariauerunt. Compulerūt,  
Coactus  
Simon,  
& qua-  
re?  
Caieta.

*Hunc angariauerunt. Compulerūt,*  
*Coactus coegerunt, Ex Græco vocabulo com-*  
*pellere, cogere ue significante. Lucas, Ap-*  
*prehenderunt Simonem.* Apprehensum  
scilicet coegerunt. Quare coactus Si-  
mon huic dedit operam ministerio?  
Quia valdè ignominiosum Crucila-  
tronum patibulo manum admoue-  
re. Caietan. *Coegerunt Simonem. Erat*  
*enim tanta ignominia portare in illo spe-*  
*Etaculo Crucem, ut nullus inueniretur,*

*qui pratio hoc onus subiret. Non tamen*  
*ideo affirmo nullam pecuniam loco*  
*mercedis Simonem accepisse. Con-*  
*ductus enim licet non vltro neus ad*  
*hoc ministerium, laboris & ignomi-*  
*niæ suæ recepit mercedem.*

8. Quare  
adiutor  
Crucis  
vaiulan-  
de datus  
Iesue

*Ut tolleret Crucem eius. Quare Iu-*  
*dei conduxerint ad leuandam Cru-*  
*cem Simonem? Num ex pietate? Mi-*  
*nime, sed ut celerius ad montem per-*  
*ueniret, ei de Cruce onere detracto.*  
Tam anxie cupiebant Iudæi Iesum  
Saluatoris explere exanimatione.

## OBSERVATIO. I.

MORALIS PANEGYRICA  
CIRCA LITTERAM.

Simon portat Crucem Iesu, quia  
obediens eum omnino à quo-  
cumque liberat cruciatu.

9. Quid Simon? Non ne Obediens?  
Appositè Obediens Iesum à Cru-  
cis onere liberavit. *Ipsè Simon voca-*  
*tur, (ait D. Paschalius) quod interpre-*  
*tatur obediens. Hinc post Iesum Crucem*  
*portare festinat. Obediendo promeruit,*  
*ut tanto dignus munere esset. Existimat*  
*Pater omnino Simonem Christum*  
*à Crucis pondere liberasse. Magnum*  
*proculdubio obedientiæ munus præ-*  
*stitum, leuare Iesum, ab omni eum la-*  
*bore immunem reddere.*

10. Saulus  
obediens  
Iesum à  
persecu-  
tione li-  
berat.  
Acto. 9.

Lupus olim rapax Saulus non so-  
lum Dominicas oues, sed ipsum Ag-  
num in cœlis cominorantem quo-  
dāmodo diripiebat. Inclamat enim  
Iesus persecutionibus actus. *Saule,*  
*Saule, quid me persequeris? Vndenam*  
*humeris tuis O Domine Crux, apud*  
*superos dum commoraris? In obe-*  
*dientia Sauli, meis humeris glorio-*  
*sis quodammodo Crucis onus appo-*

fuit, me inobedientia lupi quodammodo vulnerat. Quid Sulus? *Dominus, quid me vis facere? Act. 9.* Proh obedientis viri facinus Crucem iam è Dominico dorso dimouentis! D.

Grego. Gregorius egregie. *Intueri libet, ubi est lupus rapax, ubi sanus persecutor? Ecce in ouem iam versus est, qui percontatur à Pastore semitam, quam sequatur.* Ac si diceret. Vi obedientia fulget, omnino Iesus à persecutionis Cruce eximitur.

11. Portauerat Isaac humeris ligna, cruce scilicet, cui mysticè erat suffigendus Iesu gerens imaginè. Cù que lignorù aceruo hereret, iam iam paterno gladio percutiendus, & eripitur a morte & à Cruce mystica liberatur.

Gen. 22. Vadenam id? D. Augustinus Abrahamæ commendans obedientiam, ait. *In re tam ardua nulla illi dubitatio fuit, sed sententiam Domini, tanquam qui optaret, accepit.* En causa, cur Isaac non debuit, imo quodammodo non potuit vulnerari. Vbi enim adest obedientia, ibi Christus liberatur à Cruce.

12. David pluribus actionibus Christi egit personam & degentis apud nos, & à nobis horribili passione cedentis. Porro sitiens Rex, & cupiens Cisternæ Bethlehemiticæ vnda potari inter belli tumultus, Iesus Cruci suffixi sitim exprimebat. Admirabilis prorsus obedientia militum illorum, qui tanto vitæ dispendio exoptatam Davidi aquam exhibere. Quam equidem obedientiam pluribus commendat Ambro. Enim vero Rex noluit haurire, sed libavit eam Domino. 2. Reg. 23. Quare aqua sitiens David non epotabit? Credi-

derim mystici Iesu non tantam aquam, quam hominum spiritualem profectum sitientis in obedientia conspectu sitis extinctum cruciatum. Nam obedientia humeros Iesu à Cruce eximit onere?

Quod si causa commiserationis fientis Iesu Milites acetum præbuere, uti aliquibus placet: appositè Iesus abstinuit à potu, uti veritas typo conformaretur. *Cum gustasset, noluit bibere.* Ioan. 19. Inclamauit, *Sitio*, ac si potari petiisset. Illi protinus promptè obsequentium typum agentes, calicem ministrant, apposita arundini spogia aceto plena. Noluit igitur bibere. Quia repugnabat, quodammodo adeste sitis cruciatum in obedientia conspectu.

Porro Ezechieli Iesu gloria ostenditur curru illo mirabili inuenta. Animantia illa quatuor obedientia imago quatuor enim eorum vultus totidem mundi plagas respiciebant, ut eo ferrentur incunctanter, ubi spiritus impetus siue directio cœlestis immitteret. Cap. 1. Dominus igitur quando iam non moritur, quando omnino à cruciatu abstractus appareret, obedientie curru triumphat.

Iam inde à cunabulis didicerat Iesus obedientia curru gestari. Si Curram Domini obediens Simo portat, Simeon obediens ipsum Iesum vult gestat. Nam obedientia Iesum vel eximit à cruce, vel gestat gloriosum. Palsasi. ad hæc. *Unum est, fidicanus Simon, aut Simeon, quia utrumque nomen iuxta proprietatem Hebraici sermonis, obedientiam sonat. Et ideo unus eorum Crucem portare festinat, alter suscipiens eum in manibus suis, ad templum Ierusalè exultans ferre inter brachia, quamuis iam senex, gaudet.* Gaudet inquam, ut gaudio perfuso Infanti triumphum agenti, conformaretur. Hæc

iuxta

13. Iesus fidei non habuit bibere.

Ioan. 19.

14. Obedientia thronus gloriæ Iesu. Eze. 1.

15. Simeon obediens currus gloriæ Iesu. Luca. 2.

Palsasi. ad hæc. Unum est, fidicanus Simon, aut Simeon, quia utrumque nomen iuxta proprietatem Hebraici sermonis, obedientiam sonat. Et ideo unus eorum Crucem portare festinat, alter suscipiens eum in manibus suis, ad templum Ierusalè exultans ferre inter brachia, quamuis iam senex, gaudet. Gaudet inquam, ut gaudio perfuso Infanti triumphum agenti, conformaretur. Hæc

iuxta primā de Simone totam Crucē portante, sententiam. Meam iam opinionem aliter illustro.

ceret Iacobo Dñm magistrū existere Crucis vaiulū, nisi simul ipse discipulus humeros admoueret. Tert. ap. positè. Cū Magister, & Dñs perpeffus sit persecutionē, & traditionē, & occasione; multo magis serui & Discipuli eandem expendere debebunt.

Tertul. debono Mart.

OBSERVATIO. II.

Non solus Iesus vaiulat Crucem, sed nos requirit coadiutores.

**V**idimus tam Iesum, quam Simonem Crucis onus suscepisse. Cuius si causam moralem requiras, ea in promptu est, vt intelligamus haud satis ad salutis consecutionem Christum Crucis pondus suscipere, necessum enim nos eidem ligno manus & humeros apponere. Id quod Palsch. exprimit, fatus. *Congrue quidē satis accedit Simon, vt tollat Crucem Iesu. Quoniam Iesus eā pro nobis portauit, tunc demum in via nos eam ferre necesse est.*

Sathanas sedere procurabat line Crucis gestatione, sine cœlestis adimplerone voluntatis. *Sedebo in monte testamenti, similis ero Altissimo.* Similis quidem Altissimo sedenti, nō proficiscenti suæ crucis vaiulatori. Petro Iesus à Cruce reuocare curanti Dominus. *Vade post me Sathana, scandalum es mihi.* Mat. 14. Vbi D. Hieron. *Petro dicitur. Vade retro me Sathana. Id est. sequere me; contrarius es meæ voluntati.* Ac si diceret. Meæ voluntati obtemperans, me sequere meq̄ vaiulum Crucis. Ne Sathanæ in morem sedere capias, non tamē crucis onus in via tolerare.

**18.** Iacob proficiscitur fugitans à facie Esau; quod cum somnio labor in remitteretur, vidit scalam, viam quidem cœlestem, Crucis aspexit simulachrum, Dominus humerum superiori parti Crucis apponebat. At Iacobus, Simonis instar, dorsū oneris inferiori parti accommodat. Nec suffi-

Olim Dominus Israelis, imo & mundi Saluator Moyſi apparuit in flamma ignis de medio rubi. Exo. 3. Vbi Christum ligno clauorum aculeis suffixum contemplor quemadmodū in ariete cornibus herēte inter pres D. Aug. meditatus est. *Quis alius aries (inquit) immolāndus in epre cornibus adharebat, nisi qui Crucis patibulo pro nobis offerēdus affigebatur? Iā Dñs inclamat, Solue calceamentū de pedibus tuis. Ibid. Ego Cruci suffixus? Tu spinis è rubo reliquis cōpunctus Cruci illigari operam impende. Cōfixus ego spinis clauorum? Par ad vtrumque spectet condicio necessum est.*

19. Iesus Moyſe inuitat ad Cruce tempor tādā. Exo. 3. August. Cor. Fa. us.

Sponsus ad Ecclesiā, *Veni de Libano Sponsa veni de Libano.* Can. 4. Hebrai. *Mecū de Libano sponsa, mecū de Libano. Veni (inquit) mecū.* Mihi Crucē vaiulanti adiutoriū presta. D. August. *Veni Ecclesia tanquā currus Dei prosperū iter habens, & pertransijt ex hoc mundo ad Patrem, vt fiat mea, quod Sponsus ipse dicit, qui pertransijt de hoc mūdo ad Patrē, &c.* Pertransijt Iesus vaiulus Crucis? Quidni ad seruum æqualis conditio spectaret, de hoc mundo ad Patrem pariter transeuntem?

20. Inuita. tur item & sponsa. Cant. 4. August. Plal. 67. 21. Iesushit merum vnum, fadelis prabet alterū. Soph. 3. Ansel.

Sophonias, *Seruiēt ei humero vno.* Cap. 3. Septuag. *Seruiēt ei sub eodem iugo.* Quodnam iugum? Crux planē Dñica. Humero vno seruiēt Christo fideles in morem Simonis, Christus namque humero altero Crucem cōportat. Anselmus. *Humero vno, id est, humero vno. Lxx. enim trāsferunt,*

21. Iesushit merum vnum, fadelis prabet alterū. Soph. 3. Ansel.

\*Crucis vaiulan- de neces- sitas.

Ad illud: Hunc angari auerūt, vt tolleret Crucē eius.

16. Pascha. L. 11.

17. Petrus ad Crucē vaiulationē mittitur

Mat. 14. Hiero. ad cap. 4. Mat.

Iacob Crucis cū Iesu vaiula- tor. Gen. 32.

*Jobi iugo.* Quali Iesus & fidelis crucis sunt hinc illinc que portitores, quemadmodum animas vtrūque iu-

gum adsolet suscipere, & currum ad mouere, aut aratrum comportare.

SECTIO TERTIA.

Suffixio.

Ex Capite 23. Luca.

TEXTVS.

Verf. 33. *Ibi crucifixerunt eum, & Latrones unum à dextris, & alterum à sinistris.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

De suffixione Domini.



*I*bi crucifixerunt eum. In locum denenere, vbi erat crucifigendus Iesus, qui Golgotha siue Hæbreis,

huic Syris. Id est, *Caluaria locus*, sed vndenam loco huic Caluarię nomē obtigerit? Num quod in eo fuerit Adami caluaria sepulta? Sic D. August. Epipha. Origen. Ambro. Atha. Cypria. Tertul. Theophy. & alij. Cuius mysterium ferē omnes atugere. Pro omnibus August. *Ut ibi erigeretur Medicus, vbi iacebat agrotus.*

D. Hic sequor hanc opinionē minime probantem. *Fauorabilis* (inquit) est interpretatio, & demulcens aures, sed non vera. Contestantur Glossa. D. Basil. Baschal. & alij. Assero itaque Caluaria montem dictum ideo, quia vel caluarijs, seu cranijs reorum funestaretur: vel mons ipse caluus arboribus, herbis exutus, totus sterilis, & saxosus similis caluarię existeret, quā obrem damnatorum erat supplicio deputatus. Lege D. Cyril. Ierolo.

*I*bi ne qua pars esset corporis à cruciatu libera, aut ne quid ludibrii omitteretur, (neque enim existimo poculum aduersus clauorum vulnera

fuisse Domino à crudelissimis Indcis aut pecunia deprauatis Militib' propinatam) porrexerunt illi potum acetum ac felle temperatum, de quo in ferius.

Mox spoliatum omnino vestimentis in Crucem adegere. Locus accipe ex Simone Calsi. descriptionem. *Distenditur in Cruce corpore Iesus, magis in animo ad homines charitate distensus, ut etiam sui crucifixores non excluderentur ab huiusce charitatis effectu, & effectu. Etenim orauit pro eis. Distenso pro sunt clauis & mallei de super ferientes in manu valida affigentium. Premebatur, & configebatur in misericorditer illa caro; & illud corpus erat in illa hora in seua passione ab omnibus derelictum. Sentiebat Christus dolores in carne, sed non animo mouebatur. Dilecti sui vnicuique Mater inexplicabilibus pœnis in anima fodiebatur, & singulis, & lacrymis v remediabilibus Christo patienti sic conformis ad stabat.*

Enim vero plura occurrunt circa suffixionem Iesu breuiter elucidanda. Rogas primo. Ex quonā sit Crux arbori fabricata: Quidam ex quercu cuius præcellerat in Absalole pendente typus. Alij ipsam vitalem arborē

Affigitur Crucis Calsi.

5.

Ex quo narratur hoc Crux?

è paradi-

S. r. Quid Caluaria locus?

2. Auctoris mēs.

3. Potatur felleo poculo.



è paradiso varijs in Ierosolymitanâ piscinam euentibus translata, inde que non sine speciali coelestis prouidentiae pulchritudine arreptam ab hostibus Cruci materiam praetitisse. Auctor Hist. Scol. ex quatuor arborum generibus fabricatâ docet. *Inuenitur (ait) lignum Domini & Crucis & palmae, & cypressi, & ut quidam tradunt, oliua, & cedri.* Contestatur Ber-

Auctor. Hist. Scol. ex quatuor arborum generibus fabricatâ docet. Euang. c. 172.

Beda in eccl. tom 3.

ardus. At Beda Crux (inquit) de qua uxor lignis facta est, quae uocantur cypressus, cedrus, pinus, & buxus, sed buxus non fuit in Cruce, nisi tabula de illo ligno in quo fuit titulus. Quatuor autem lignorum species sic distribuit Glossa. Clemē.

Glos.

I. Fertur Crux quatuor habuisse genera lignorum cedrum in stipite, palmam in palo per longum, cypressum in ligno ex transuerso, oliua in tabula super Crucem. Ego ex uarijs arboris materia Crucem fabricatâ ea que quercu probabilius existimo. Accepi ex D. Ambr. Ablatis è quercu pendentis tragediam Iesu suffixo accommodantis.

Ambr. apud Glos.

6. Requiris secundo. Quomodo sit Dominus suffixus, huminè collocatæ Cruci, an erecte? Respondeo uero similis manus ligno humi iacente fixas esse, pedes uero iâ erecta Cruce tabulae cuidam Cruci superadditæ ad munus huiusmodi. Ne improbabiler in Crucem iam erectam Dominum sublatum alij existimant.

Quonâ modo suffixus fuerit?

7. Quærit tertio. Quot fuerit Iesus clauis illigatus? Nonus, & Nazianz. pictores secuti tribus suffixum clauis credunt. Ego quatuor itatuo clauos. Difficile enim possunt duo pedes vno clauo transfigi. Hæc sententia reuelationibus D. Brigittæ confirmatur. D. Gregorium Turon. Clauis quod quatuor fuerint, hæc est ratio. Duo in quibus affixi erant in palmis, & duo in plantis.

Brig. L. 1. Grego. Turon. L. 1. de affixi erant in palmis, & duo in plantis.

Sed queritur, Num planta fixa sint, quae in Cruce pendere uisa sunt potius, quam stare? Sed in stipite erecto foramen factum manifestum est pes quoque paruulus tabula in hoc foramine insertus est, super hanc uero tabulam quantam stantis hominis sacra affixe sunt planta. Ex quibus colligitur Cruci insertam tabulam, in qua pedes & consisterent, & figerentur.

glo. Mar. c. 6

Interrogas quarto. Quid factum de hisce clauis? Respondet Turon. Antistes. Duo sunt aptati in freno constantini. Tertius proiectus in mare Adriaticum. Quartum asserunt esse defixum in capite statuae Constantini. Ut tota ipsa Ciuitas, cui eminet, munitione salutis quodammodo galea coronata esset. Quorum Adriaticum pelagus clauum absoruit? Profecto ut fluctus mansuescerent. Eo enim tempore (ait ille) mare magnis fluctibus mouebatur. Cui proiectus esset à Regina Helena clauus, mare quicum reddidit.

8. Quid factum de clauis? Turon. cita.

Ambigis quinto. Num Iesus apud Crucem spinea corona redimtus? Existimat Euthym. à Militibus detrahendam, cum Dominum purpurea veste exuerunt. Sequor Tertul. profantem. Christus lignum humeris suis portauit, in barens cornibus crucis, corona spinea in capite eius circumdata. Reuelationes, picturæ, & pia Ecclesiae receptio contestantur.

9. An spinea corona Iesu apud crucem? Euthy. Tertul. adu. Iu. c. 13.

De situ denique suffixi Domini dubitatur. D. Damal. Daminus, cum in cruce penderet, ad occasum prospiciebat. Videlicet terram Occidentalem, Italiam, cæterasque Europeæ Regiones, Romam præcipue, in qua suam erat sedem collocaturus. Quemadmodum antiquam testamenti Arcam Deus ad occasum templi (typicè) uoluit collocari. Adrichomius id studio Iudeo-

10. De situ cru. ifi. xi. Damal. L. 4. Fi. c. 13.

rum gestum affirmat. Indignū enim eum reputabant, qui aspectu Ciuitatis donaretur. Rem hanc ego existima Iudæos parū curauisse. Sed equidem Dominus ipse curabat, vt inclamarat. *Dorsum, & non faciē ostendam eis, in die perditionis eorum.* Iere. 18.

¶ De Latronum confixione.

II. **E**T Latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris. Non satis Iudæis, Christum infami patibulo affixisse. Medium inter latrones adegerunt, sicut Isaias fuerat vaticinatus. *Et cū sceleratus reputatus est.* Cap. 53. Quis enim videret Dominum Latronibus hinc illinc stipatum, qui non causam communem existimaret? Sic Euth. Sed opportunè Sedul.

*Pars est pœna trium, sed dispar causa duorum.*

*Hi mundo sunt quippe rei, pro crimine multo,*

*Huic reus est mundus, saluatus sanguine iusto.*

12. **V**num ad dexteram, & alterum ad sinistram. D. Leo existimat extremum hic iudicium significari, quando iusti dextræ hærebunt, peccatores Iesu tenebunt sinistram. Moraliter Beada Cruce boni Latronis eorum crucis significari opinatur, qui pura intentione pro Deo perferunt labores, sicut sinistri Latronis Cruce iniannuantur, qui mundi causa laborant, ce anxiantur. De quo alibi.

13. **N**um Latrones clavis suffixi? Respondeo affirmatiue. Euāgelistę enim eodem crucifigendi verbo vtuntur, eum suffixionem Christi, ac Latronū narrat. Probatur præterea ex historia inuentionis S. Crucis. Facile etenim negotium fuisset Christi Crucem dignoscere, si illa sola clavis fuisset

perforata.

OBSERVATIO. I.  
MORALIS PANEGRICA  
CIRCA LITTERAM.

Iesus medius inter Latrones in Crucem adigitur, vt eorum, queis hæret, similis habeatur.

\*Id repararis, quod ille, cui hæres.

Ad illud:

Unum à dextris, &c.

14. **C**Ausam quā ex Euth. tradidi, quare Iudæi disposuerint Christum inter Latrones collocari, paucis illustro. Hoc (ait) factum, vt in medio maleficorum ipse maleficus putaretur. Quando non iustus inter pessimos commoratus quasi illorum vnus haberetur?

Omnibus equidem Iesu perpicua innocentia, eisdem Iudicibus contentantibus. Nulla in eo inuenio causam, sed nec Herodes. Attamen Iesu octo in Crucem, lateronibus flagitiosis, titulus (diuina id prouidentia disponente) Cruci Saluatoris apponitur. *Insuerunt causam ipsius scriptam, Iesus Nazarenus.* Matth. 27. Paschas. appositè. *Par siquidem pœna; sed dispar causa.* Latronibus titulus latrocinij, Iesu titulus innocentie perhibetur. Fallor nisi ob prædictam causam Maria & Ioannes Cruci Christi hinc illinc immobiliter adhaerere, vt quæ suspitio à societate malorum firmabatur, à sanctorum societate aboleretur.

14. **C**iuitas olim, vbi Raab, Exploratorum fidelis ministra commorabatur, eueritur. At ne simul Raab deperiret, funiculus appenditur è fenestra. Nec enim homines existimant fore, vt possit inter improbos sanctitas, aut fides collocare domicilium. Cur existimas Loth ab Angelis ablegatum ab vrbe cōflagratura? Ge. 19.

Lipo-

Lipom. Lipoma. Quia *Festinandum à contu-  
bernis pessimorū.* Ne scilicet simul eo-  
dem afficiantur supplicio. Num non  
cœlestis ignis discerneret probos à  
peccatoribus, sicuti fornacis flamma  
viacula ab Adolescentibus iustis dis-  
cernere nouit? Profecto tam adnatū  
hominibus inter improbos commo-  
rantibus eorum sceleribus contami-  
nari, vt vel ab igne puniente, & dis-  
cernente quodammodo reprobi ha-  
berentur, nisi prius ab exitiali ab-  
traherentur societate.

15. Cur lex  
ta dici  
animan  
tia bene  
dictione  
donata  
nō sūt?  
Gen. 1.  
Strab.  
Creatis volatilibus, & piscibus,  
benedixit eis Dominus Dicens, Crescite,  
& multiplicamini. Gen. 1. Quare vo-  
latilia, natantiaque, quæ quinta die  
plasmata sunt, benedictione donan-  
tur, non autem terrestria animantia,  
quæ sexta die lucem videntur? Res-  
pondet Strabus *Ideo forte animalibus  
sexta die non benedixit Deus, quia inter  
ea erat & serpens.*

16. Quid  
Triticū  
inter zi-  
zania?  
Mat. 13.  
Hiero.  
Patri familias Deo serui fideles,  
Non ne bonum semen seminasti in agro  
tuo? Vade ergo habet zezania? Quod cū  
extirpationi zizaniorum se te accin-  
gerent, audiunt. Non. Ne forte colligentes  
zizania, eradicetis simul & triti-  
cum. Mat. 13. Vbi D. August. in tritico  
iustos, in zizanijs improbos medita-  
tur. Quare prohibentur agricolæ à  
zizaniorum eradicatione? D. Hiero.  
Quia inter lolium & triticum maxima  
similitudo est, & in discernendo difficilis  
distantia. Illud pondero: In discernen-  
do difficilis distantia. Vndenam huius-  
modi difficultas? Quia boni inter ma-  
los constituti mali omnino reputan-  
tur, vnde eradicabitur frumentum,  
quia cū zizanijs computatur, quod  
cū zizanijs commiscet societatem.  
Plura alibi.

## OBSERVATIO II.

Quam amabilis hominibus Ie-  
su crucifixi species alliciens  
peccatores?

BENIGNISSIMA species Crucifixi  
omnibus peccatorib<sup>9</sup> obijcitur.  
Cur enim brachia protendit Domi-  
nus, nisi vt nos alliciat ad amplexum?  
Ego (inquit) tanquā nutritus Epraim,  
portabam eos in brachijs meis. Ose. 11. Ose. 10.  
Vbi Stephanus. In brachijs meis in Cru-  
ce distentis. Ibi enim extendit Dominus  
brachia sua, ad amplectendum nos, &  
portandum.

Nec solum allicit, & amplectitur  
vt nutritus, sed vt Pater. Difficilis  
D. Bernardi sententia. Dicere ne (in  
quit) audebimus, quod Iesus aliquando  
fuerit etiam sine Patre? Profecto Ie-  
sus Cruci suffixus inelamauit, Deus  
meus, Deus meus, vt quid dereliqui-  
sti me. Matth. 27. Nemo id præsumeret  
(pergit Doctor) si non prior ipse dixis-  
set. Ut quid de reliquisti me? Habemus  
Christum è Patre nascentem, in Patre  
cubantem, cum Patre sedentem, pro Pa-  
tre stantem, sub Patre pendentem, sine Pa-  
tre quodammodo morientem. Occulta-  
tus equidem tunc Pater, quia Iesus  
& Filij & Patris gerebat personam  
homines amplexando, alliciendo, ni-  
hil quod paternum non esset osten-  
tando. Confirmat Chrysol. ad illud  
Luc. 15. Cum esset longe, vidit illum Pa-  
ter suus, & misericordia motus est. & ac-  
currit. Quisnam accurrit? Pater ne cœ-  
lestis, an Filius? Profecto Pater in Fi-  
lio crucifixo. Cum adhuc (ait ille) im-  
pij essemus, Christus pro nobis mortuus est.  
Occurrit Pater, occurrit in Filio. Nihil  
enim magis paternum, quam Cruci  
pro reis filijs illigari. Crucifixus ita-  
que Iesus non solum Filius, sed &  
cœlestis

\*Pater  
nus Iesu  
suffixi  
affectus.  
Ad  
Illud.  
Ibi cruce

cifixi  
rūt eū  
17.  
Ose. 10.  
Steph.

18.  
Nobis  
suffixus  
Iesus cœ-  
lestis  
Pater  
ostendi-  
tur.  
Bern.  
ser. 5. de  
ver. Ista.

Chryf.  
serm. 5.

cœlestis Pater ostenditur.

19. **E** cruce Iesus Prodigios excipit à Cruce Pater optimus peccatores amplectitur. Ideo affigitur apud Caluarie montē, ubi egregij peccatores in crucem agebantur. Cruci suffixus Dominus Latronem conuertit in filium. Titulus Psalmi 44. *In finem probis, qui commutabuntur, filijs Core.* Vbi D. Basil. attribuitur *Core Caluariam* significare. Vnde Filij Core filij Caluarie interpretantur. Quinam Caluarie filij, nisi crucifixi latrones? Christus ergo apud Caluariam suffigitur, vt Caluarie filium beneficio, potentiaq; Crucis in proprium filium conuertat. *Filij sponsi* (ait Basil.) *filij crucis illius iam appellatur filij Core, siue Caluarie.* Quia scilicet tantæ benignitatis potentia commutati sunt. *Qui commutabuntur.*

20. **A**bsalō fugiens à Crucifixo fouetur. 2. Re. 18. Ex præcipuis Core filijs Absalō, dignus ob parricidium, qui cū Caluarie peccatoribus adnumeraretur. Hic nec à cœlestibus brachijs exceptus, nec gremio terre materno fatus, à crucifixo Domino excipitur, brachijs que benignissimis illigatur. *Cū ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, adessit caput eius quercui, & illo suspensio inter cœlum & terram, mulus pertransiit.* 2. Reg. 18. Vidimus supra ex quercu Dominicam Crucem fabricatam. Vnde ex D. Ambro. affirmamus quercum ex qua Absalon pendit, Dominicæ Crucis imaginem extitisse. Cœlum itaque repulit parricidam, quod olim Angelum delinquentē deturbarat. Terra brachia cōpressit, ne exciperet sediciosi Core asieclam, quippe quæ Caluarie filios non semel absoruit. Quid tunc? Profecto solus Iesus arbori suffixus nouit brachia protendere, vt ab omnibus proiectum, omnibusque exorsū

Ambr. **A**bsalō fugiens à Crucifixo fouetur. 2. Re. 18. Vidimus supra ex quercu Dominicam Crucem fabricatam. Vnde ex D. Ambro. affirmamus quercum ex qua Absalon pendit, Dominicæ Crucis imaginem extitisse. Cœlum itaque repulit parricidam, quod olim Angelum delinquentē deturbarat. Terra brachia cōpressit, ne exciperet sediciosi Core asieclam, quippe quæ Caluarie filios non semel absoruit. Quid tunc? Profecto solus Iesus arbori suffixus nouit brachia protendere, vt ab omnibus proiectum, omnibusque exorsū

complecteretur, ab ira que cœlesti protegeret, locum prestans poenitentia. Nec enim protinus Absalon lanceis confossus.

Erat profecto iquando fugam menditatus David, quo fugeret non igne niebat. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero penas meas diluculo, & habita-bero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Psal. 138. Porro D. Greg. Nyf sen. ex hoc loco Dominicæ Crucis gloriam rimatur. Omnia enim Christo crucifixo plena esse affirmat, vt vbi que sit peccatori & quo fugiat, & quo protegatur ab ira cœlesti. Quod si olim Altissimi manus vbi que aderat peccatores comprehendens ad supplicium; nūc manus quidem Dei, sed confixa clauis, vt excipiat fugientes, vulnusque loco receptaculi præbeat. Ad cœlum ascendens, caput habes Dominicum, vbi spinæ fossis tibi offerunt refugij. In infernum prope rans, pedum confixorū fossis abscondere. Ad dexteram, aut ad sinistram declinans, & Iesu manibus protegeris, & vulneribus à cœlesti ira absconderis.

Quid dico excipiet Iesus crucifixus fugientes? Profecto dispersos requireret, & congregabit, vt, muro appposito, ad salutem dispenset. Præcinit id Isaias. *Leuauit signum in Nationes, & congregauit profusos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.* Cap.

11. Vbi D. Basil. Crucifixi virtute quatuor mundi plagis apponit. *Ut hac significatine* (ait) *omnes mundi partitiones per eas sanctæ Crucis partes ad salutem dispensentur.* Profugi enim congregantur, dispersi colliguntur sub arboris

21. **V**bi que in Crucifixo habet fugiens peccator protectionem.

Psal. 138 Nyf sen. de Ora.

22. **C**rucifixus dispersos requirit & congregat. Itai. 11.

Basil.

arboris Dominici protectione.

OBSERVATIO III.

Quam horribilis peccatoribus Iesu cruci affixi species halans iudicium!

**H**orribilis profecto alio ex capite species Crucifixi peccatoribus. Suffixus enim Dominus mirum in modum deterret ingratos. Vnde D. August. *Ipsa Crux tribunal fuit. In medio enim Iudice constituto, vnus Lator, qui credidit, liberatus: alius, qui in sulcauit, damnatus est. Iam significabat, quid factururus est de viuis, & mortuis; alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram.* Dum illud lego: *Crucifixerunt eum.* Nihil mihi dulcius, sed & nihil horribilius potest excogitari.

Iudicij predicens rigorem Dominus, *Separauit eos* (ait) *ab inuicem, sicut Pastor segregat oves ab hædis.* Matth. 25. Requisiris, cur Pastoris metaphora vnus Dominus, qui mox adiecit, *Tunc dicit Rex his, qui à dextris eius erunt.* Quid Regiæ dignitati cum Pastore? Ut respondeam, expono illud Ioannis, *Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Cap. 10. Christus bonus Pastor Crucifixus, vita pro ouibus priuatur? Quo igitur habitu, qua specie suffigitur, eadem & Iudex seuerissimus apparebit.

Adolescens sic ad Saluatorē. *Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam aternam?* Cui Dominus, *Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus.* Matth. 19. Marcus autē, *Quid me dicis bonum?* Pulchre D. Hieron. fieri asserit allusionem ad illud Ioannis, *Pastor bonus, ponit animam suam pro ouibus suis.* Ac si diceret Adolescens, Pastor bone, dans vitam pro ouibus, *quid faciam boni &c.* Respon-

det ergo Dominus. *Quid me dicis bonum?* Quasi diceret. Eo ipso, quod bonus hic Pastor sum, dans pro ouibus vitā, huiusmodi Pastoris bonitas cederet ad malum peccatorum in nouissima die. D. August. *Vocas me secundū quod vides, bonum. Hac forma apparebit in iudicio non tantum iustus sed & impijs. & ipsa visio malum eis erit, quia pœnalis erit.* Pastor itaque bonus nunc Crucifixus, tunc oves in malum flagitiosorum ab hædis segregabit.

Non sine pondere labatur illud Matthei: *Tunc dicit Rex his, qui à dextris eius erunt.* Mat. 25. Vbi rursus requiro, Cur & Pastoris & Regis metaphora vnica in re fuerit Saluator vsus? Num quia non bonus ille Rex, qui simul non est Pastor subditorum? Bene quidem; sed D. August. conuenientius affirmat Regnū Christi hic locus *vbi cū hostibus conflagitur, donec veniatur ad regnum illud peccatissimū.* Vnde Dominus regnavit à ligno, quia Crucifixus cum invisibilibus hostibus decertavit. *Tunc ergo dicit Rex.* Ille qui regnavit à ligno, regnans nouissimo die Iudex ostenditur, ut qua specie Crucifixus fuit affixus, eadem iudicario hæreat tribunali.

Vidisti Crucem Absalonem gremium obtulisse in protectionem. Obijcias, quæso, miserum iam adolescentem apud Crucem miserè deperire. *Adhasit caput eius quercui, &c.* 2. Reg. 18. ad quem locum D. Chryso. affirmat simul Absalonem & à Cruce protegi, & apud Crucem vocari ad iudicium, *Deo è superis ferente sententiam.* Quasi idem Iesus, qui Crucifixus Absalonem excipiebat, protegebat, postquam longo tempore (ad pœnitentiam exhibito planè) *pendit impœnitens, ingratus, eiusdè*

August. apud D. Th. cat.

26. Rex militas pro nobis? Rex iudicis obijcietur. Mat. 25. August.

27. Ibi Absalon iudicatur, vbi benigne à Cruce recipitur. 2. Re. 18. Chryf.

\* Nunquam Deus magis iudex, quam cum magis benignus. Ad illud. Crucifixus est eum. 23. August. Tract. 31. in Ioan. 24. Pastor, qui vitam pro ouibus, hædos separat, & repellit. Mat. 25. Peccatoris Dominus hic Pastor, non liberator in iudicio. Mat. 10. Ioan. 10.

Crucis ministerio distorquetur, ab eodemque Crucifixo mysticè damnatur.

\*Passio  
nis me-  
moriam  
arma fi-  
delium.

Ad  
illud:

Ibi crux  
cifixæ--  
runt eū.

28. Grego.  
Turo.  
cita.

Grego.  
Turo.  
cita.

29. Passio-  
nis me-  
moriam  
infrenā  
mur.

D. Am.  
Ora. de  
obitu.

Theod.

30. Huiusce  
infrenā  
tionis  
victoria

Zac. 14.  
Ambro.  
cita.

Theod.

Theod.

Theod.

Theod.

Theod.

31.

OBSERVATIO. III.

Panegyricus in sacratissimos Iesu Clavos.

**D**. Gregorius Turon. datus in Cōmentario redit illustrāndus. Duo clavi (inquit) sunt aptati in freno Constantini, tertius est proiectus in mare Adriaticum; quartum asserunt esse defixum in capite statuae Constantini. Ut tota ipsa Civitas, cui eminet munitione salutis quodammodo galea coronata esset.

In primis duo clavi sunt aptati in freno Constantini. Nil ita comprimit effrenatos corporis animique motus, equos videlicet, quibus non est intellectus, sicut Dominicæ Passionis memoria. D. Amb. memorans frenū Constantini pretiosissimum, fatetur Habena de Cruce, ut potestac regat, sicque iusta moderatio.

Ad quem sensum adfert Pater illud Zachariæ: In die illa erit, quod super frenum equi est sanctum Dno. Cap. 14. Scilicet (ait) Clavus Christi in freno Constantini. Cur clavus freni Domino offeratur? Profecto in memoriam omnium corporis, animique motū effrenatorum, qui hoc potentissimo freno non modo compressi sunt, verum omninò perire. Theodorus ad hæc, Tanquam decimas quasdam plurima ex spolijs Deo obtulerunt, Etenim frenos dedicarunt, gratiam referentes de fraude equorum. Haud aliter brutalibus animi corporisque moribus compressis, extinctis Passionis Dominicæ memoria, sacratissimis clavis adscribitur triumphus.

Quod si equus Diabolus, gratiā

æternum referas de omnibus tenebrarum Principibus clavo Dominico infaenatis, confixis. Quid Paulus? Principatus, & potestates traduxit Dominus confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Colof. 2. Triumphans illos, quia clavis suis Cruci confixit. Origen. In Cruce Diabolus cum Principibus, & Potestatibus affixus est. Triumphans illos, quia clavis vulneravit, & extinxit. D. Leo. Clavi Christi perpetuis Diabolum fixere vulneribus, & sanctorum pena membrorum inimicarū fuit interfectio Potestatum.

Deinde Tertius est proiectus in mare Adriaticum, ut scilicet pelagus tempestatibus actum, omninò quiesceret. David, Hoc mare magnum, & spaciousum manibus illic reptilia, quorum nō est numerus. Psal. 103. Vbi Cassiodor. Mare (inquit) presentem mundum significat, ubi malitia Daemonū velut quibusdam fluctibus voluntas animarū instabiles commouetur. Clavum Crucis accipe munimentum. D. August. Repentes tentationes quis numeret? Repunt; sed cave ne surripiant. Vigiletur in ligno, etiam in aquis in ligno navigamus, etiam in fluctibus tuti sumus.

Præterea Quartum asserunt esse defixum in capite statuae Constantini. In typum videlicet capitis serpentini clavo Dominico configendi. Ipsa (inquit Deus) conteret caput tuum. Gen. 3. Non opus virili potentia ad Diabolum debellandum, postquam clavo potentissimo Crucis donati sumus, in firma mulier sufficit capiti suffigendo. Tulit Iahel clavum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & posuit supra tempus capitis illius clavu, percussitque malleo defixit in cerebrum eiusque ad terram. Iud. 3. Proh mulieris in firmitas, sed proh Clavi è tabernacu-

Clavi  
Diabo-  
lū figūt  
Glos. 2.

Origen

D. Leo.  
serm. 28  
de Pas.

32.

Fluctus  
comprimuntur  
Psal. 103

Cassio.

August

33.

Caput  
serpentis  
crans  
figitur.  
Gen. 3.

Iud. 3.

Anasta.  
L. 12.  
Exa.

lo Iesu, è Cruce inquā assumpti po-  
tentia serpentis caput confingens! Nō  
*vides* (inquit Anastasius Synai.) *in-*  
*fracta, & inuicta arma, in quibus Eccle-*  
*sia Dei,* (imo infirma muliercula quæ  
que) *conterit, & aufert caput serpentis?*  
*Crucem in quā Iesu.* En fœmineo mal-  
leo vniuersæ terræ malleus cōtritus.

35.  
Clau se  
sū alligat  
ne disce  
dat ab  
homini  
bus.

Ad hæc, omnes prædicti Clauorū  
triumphi inde exconūtur, vnde Cla-  
ui Dominum Cruci ita illigatūr, vt  
à nobis iam quodammodo non pos-  
sit separari. Erat cum in Regionem  
longinquam Rex noster se cōferret:  
erat cum saltem quantum iactus est  
lapidis à nobis dimoueret. Iam no-  
biscum vsque ad consummationem  
seculi commoratur, quia clavis suffi-  
gitur. Obsequentibus igitur osculis  
deuotissimè venerare clauos cōpe-  
des Saluatoris. *Introbimus in taberna-*  
*culum eius, Crucem scilicet, adorabi-*  
*mus in loco, vbi steterunt pedes eius.* Cla-  
uios scilicet deosculabimur. Psa. 131.  
Iam consistit Dominus, iam fugere  
non molitur, beneficio Clauorum.  
*Quid enim opus erat loquor cū Theo-*  
*phyl.) vt amplius moueretur, qui salu-*  
*tem, per quam victoria venit, iam per se-*  
*cerat.* Si arripis fugam, ò bone Iesu,  
vt me fidelem experiare ministrum,  
tuus sum ego post Crucis victoriā.  
Sacratissimi adestote Clauī, illigate  
Iesum mihi; quid enim opus vt am-  
plius moueatur, quod amplius rece-  
dat, qui me omnino debellauit?

Psa. 131

Theop.  
ora. in  
ado.  
Cru.

OBSERVATIO VI.

Panegyricus in sacratissima  
Iesu Vulnera.

36. **N**Ec meo affectui satisfaciam, nisi  
vulnera Saluatoris speciali cele-  
brauero Panegyri. Plura Patres cir-

ca hoc argumentum. Vnus mihi Ber-  
nardus plures mellis fauos ex vulne-  
ribus Iesu construit, dum inclamat.  
*Petra refugium herinaccis dicitur Psal-*  
*mo 203. Et reuera, vbi tuta, firmaque*  
*infirmis securitas & requies nisi in vul-*  
*neribus Saluatoris? Ego fidenter, quod ex*  
*me mihi deest, & surpo mihi ex visceri-*  
*bus Domini, quoniam misericordia astu-*  
*unt, nec desunt foramina, per quæ effluat.*  
*Patet arcanum cordis per foramina cor-*  
*poris, patet magnum illud pietatis sacra-*  
*mentū, patent viscera misericordie Dei*  
*nostri.*

Caput primum.

¶ *E Vulneribus Iesu*  
*Fidei robur.*

\*Fidei  
robur.  
Ad  
illud:  
Crucifi-  
xerunt

**E**Go (inquit) fidenter. Vndenam hu-  
iusce fidei firmitas? Ex Vulneri-  
bus Saluatoris. *Vbi tuta firmaque infir-*  
*mis securitas nisi in Vulneribus Salua-*  
*toris?*

eum.

37.  
Bernar.

Thomas de Saluatoris potentia  
addubitabat. Cuius vt in fidelitati  
mederetur, sic Magister. *Infer digitū*  
*tuum huc, & vide manus meas, & noli*  
*esse incredulus, sed fidelis.* Respondit A-  
postolus, *Dominus meus, & Deus meus.*  
Ioan. 20. En fides Thomæ à vulneri-  
bus dimanauit. Pulchre Bernardus.  
*Dominus meus, inquit, & Deus meus.*  
*Vnde hoc reportatū oraculū, nisi ex fora-*  
*minibus? Num in fidelis illius verba*  
*considerasti? Nisi videro in manibus*  
*eius fixuram clauorum, non credā. Quæ-*  
*cumque videret, quæcumque accidif-*  
*sent, non putabat ille fore, vt ad fidē*  
*reuerteretur. Solummodo Iesu vul-*  
*nera adeò æstimabat efficacia ad as-*  
*truendā fidem, vt à se visa, protinus*  
*resipisceret, fidemque firma in clami-*  
*taret, Dominus meus, & Deus meus.*

38.  
Thomas  
Iesu Do-  
minum  
dignos-  
cit è vul-  
neribus.

Ioan. 20.  
Bernar.  
cirat.

Nunquam

39. Vbi vuln-  
nera le-  
su, veri-  
tas fidei  
illucet  
cit.

Nunquam hæc Vulnera adsunt, nisi obfirmantia fidem, nisi adstruentia veritatem. Non bene aspicientibus in fidelibus conueniunt, neque in vna sede morantur maiestas Diuinitatis & vilitas passionis? Ideo, prouidente Domino, quando iam non moritur, vulnerum cicatrices ostentat; vt passionis faceret fidem, quando illius humilitatis veritas supernis splendoribus obscurabatur. Apposite D.

August. ser. 116.  
de Tem.

Aug. Necessarium enim erat, vt manifestarum præsens expressio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem; quia splendor nouæ lucis pristinam obduxerat veritatē, & cognitionem quodammodo obscurauerat. Implicate videntur tantæ maiestatis gloria, & tanta vulnerum vilitas; sed vulnera ipsa pro adnata sibi ad fidem adstruendam vi, efficiunt, vt passionis humilitas minime absorbeatur à gloria.

bel, propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Et ideo liquet errasse illum, qui ait: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.

Erat, quando adeo difficilis diuitum solus, vt prædicaretur à Domino. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in Regnum celorum intrare. Matt. 19. Quid diuites? Vulnerum innumerorum acus Iesu auctores, iam inuenere, qua possint ad coelum transmeare. Quia vbi vulnus Christi licet à me percussore, ibi meæ salutis spes. Pascha. Per a. cum ipse Christus intelligitur perforatus in passione per quod utique foramen omnia ad se & post se trahit.

42. Foramina Iesu Diuites admittunt ad Regnum. Mat. 19.

Pascha. L. 8.

Inclamabat Diues Epulo, Pater Abraham, mitte Lazarum. Cui Patriarcha. Et nunc chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Luc. 16. Fuit, o miser, quando Lazarus pauper vulnera tibi Iesu obijcebat, qua ad nos pertranstures. Impossibilis tibi iam transitus ad coelum, quia Dominici vulneris iam merito foramine priuaris.

43. Diues Epulo perijt quia ad Iesu vulnera non se recepit. Luc. 16.

\*Spei firmi-  
tas.  
Ad illud:  
Crucifixi xerunt cum.

Caput secundum.

¶ E Iesu Vulneribus Spei firmitas.

IAM Spes in conspectu vulnerum Domini roboratur. Quod ex me mihi deest (ait Bernard.) usurpo mihi ex visceribus Domini, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina, per quæ effluant.

40. Bernard.  
41. Stultæ Cain desperat.

Vulneratus olim Abel vulnerati Iesu referebat imaginem. Vnde Caino vertitur in errorem intolerabile, quod feruentæ mystico Iesu vulnerati sanguine, de venia desperauerit. Maior (ait) est iniquitas mea, quam vt

Gen. 4. Bernard. vbi.

veniam merear. Gen. 4. Vbi idem Bernardus. Peccavi (inquit) peccatum grande, turbatur conscientia; sed non perturbabitur; quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus est, verus A-

Caput tertium.

¶ E Vulneribus Iesu Charitatis incrementum.

Quid non charitas accipiat incrementum, si Vulnera hæc fontes charitatis? Misericordia (ait Bernardus) viscera Domini affluunt, nec desunt foramina, per quæ effluant.

\*Incrementa Charitatis. Ad illud: Crucifixi xerunt cum.

44. Bernard.

Cur exitimas Martyres horribilibus actos tormētis immobiliter perstitisse? Quia ad Iesu viscera se se recipiebant Vulnerum per foramina; vt charitate roborati, Tyrannes haberent

45. Feruens Martyrū charitas à vulneribus Iesu.



berent ridiculos. Defecit (inclamant Martyres ex ore Dauidico) *caro mea, & cor meum*. Langueo, deficio tot exactus vulneribus. Quid igitur? *Deo cordis mei*. Psa. 72. Hebr. *Petra cordis mei*. Ibi mihi deficienti refugium, ut charitas ferbeat, ubi foramina Saluatoris. Egregie D. Ber. *Stat Martyr tripudians, & triumphans, toto licet lacero corpore; & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed alacriter sacrum e carne sua circumspicit ebullire cruorem. Ubi tunc anima Martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum.*

46. An non illustris effectus charitatis iustitiam esurire? *Beati qui esuriunt iustitiam*. Mat. 8. Id est, qui sic obsequēdo Domino operam impendunt, ac si illud ipsum obsequium esurirent. Profecto id habent obiecta vulnera Saluatoris, ut nos ad huiusmodi spiritualem famem excitent. Olim vul-

nera Lazari typum gerentis Iesu canibus & auiditate, & cibo donabāt. Luc. 16. Quid vulnera Iesu? Accipite pulchram D. Ambro. sententiam. *Lazaro similem illum puto, qui casus sapinus à Iudæis ad patientiam credentium ulcera sui corporis lambenda quibusdam canibus offerebat. Quia scriptum est, Famem patientur, ut canes.*

Iam mihi o Domine, interrogare liceat. *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et dicit, His plagatus sum in medio eorum, qui diligunt me.* Lach. 13. An non verius, *In medio eorum, qui oderant me plagatus sum*, in clamitaret? Profecto licet ex odio Iesus vulneratus à Iudæis, non possunt non conspici eius vulnera in amantium conspectu; quia mirum in modum accrescit charitatis flamma, ubi Dominus pro seruis vulneratur. Appositè Rupert. *Quærenti, (ait) Quid essent plaga ille? Poterat respondere. Sunt monumenta (dixerim fontes) charitatis.*

SECTIO QUARTA.

Titulus Crucis.

Ex Capite 27. Matthæi.

TEXTVS.

Verf. 37. *Et imposuerunt super Caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Rex Iudæorum.*

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Tituli inscriptio.*

S. I. Quid Titulus in dicit?  
 *Hic est Iesus Rex Iudæorum.* At Ioannes solus integrum titulum describēs, ait, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*. Nomen, Patriam, causam necis Titulus exponit. Nomen *Iesus* est. Patria *Nazarenus*; sic enim ab omnibus appellabatur. Causa *Rex Iudæorum*. Hanc solam ceteri Euangelista nar-

rarunt.

Scriptus equidem erat Titulus Hebraicæ, Græcæ, & Latine. Non quidem partē Hebraicæ, partim Græcæ, & partim Latine; sed totus Titulus ineger triplicifuit scriptus in diomate, ut legi facile à quam plurimis posset. Illo enim tempore maxima multitudo etiam externorum Ierosolymam conuenerat. Nam cum Iesu mors pro-

ff      omnium

omniū salutē pararetur, & omni lin-  
guæ & Nationi prædicanda, cœlesti  
mysterio, cōmuni Titulus legēd<sup>o</sup> om-  
nibus est appositus. Nec enim salutis  
præconium erat vmbraclis obruen-  
dum in illiteratorum exitium.

centiam, quam lauans manus confes-  
sus fuerat, scripto etiam manifestare.  
Iam senius ludibrii causa à Pilato Ti-  
tulum appositum sentit, vt exprobra-  
ret Regni adfectionem.

3. **Q**uam nolite Marthæus *Causam* ap-  
pellat, Ioannes *Titulum* vocitat. *Scrip-  
sit autem Et Titulu Pilatus.* Euthy. *Ti-  
tulus apud Romanos causa dicitur.* Licet  
ipsum Scholiastes Titulum à tueri as-  
ferat derivatū. Siue quod tutatur Iu-  
dicis sententiā appolita causa; siue in  
præsenti, quia Iesu innocentiam tue-  
retur. Hinc Simon Cas. arbitratu *Ti-  
tulu à Titane* siue sole deductum, quia  
perspicuus Dñicę innocētię assertor.

Ego autem existimo titulum reis  
apponi solitum. Quod si Latronibus  
(authore Chryl.) appositus nō fuit:  
ideo effectum reor, quia non reis om-  
nibus, sed in casibus insignib<sup>o</sup>, qualis  
Iesu, causa supplicij scriberetur. Vn-  
de demonstrare Pilatus voluit cur se-  
sum Cruci addidisset; nimirū quia se  
Regem Iudeorum faciebat, & reus à  
Iudeis Iesē maiestatis dicebatur. Ac si  
diceret, hic est ille, qui affectauit Reg-  
num Iudeorum. Et hæc causa suppli-  
cij Quia tamen inuitus sententiā di-  
xit propter Iudeorum clamores, &  
in Christum propentus Rex scriptus  
*Iudeorum.*

6.  
Autho-  
ris sen-  
tentia.

¶ *Quare huiusmodi Titulus appo-  
situs?*

4. **E**T imposuerunt super caput eius causā  
ipsum scriptam. Pascha. id de more  
effectum affirmat. *Mos quidem* (ait)  
*erat eorum scribere causas damnatorum,*  
*Et ideo Christi Titulus Et causa mirabi-  
liter super caput adscribitur.* Contradi-  
cit D. Chryso. negans titulos cæ-  
teris duobus fuisse appositos.

¶ *Curant Iudæi honorificum Iesu  
Titulum immutari.*

**C**um omnia viderentur ignomi-  
niæ plena Pontificibus, & Pha-  
risæis, tamen hæc inscriptio mouit a-  
nimos illorum, quod honorificen-  
tior esset, quam vellent; nec de appo-  
sita causa, sed de succindēda scriptu-  
ra conqueruntur. Tantundē erat im-  
pijs studium abrogandi nominis, cui  
vni omnis totius mundi gloria debe-  
batur. Agunt itaque cum Præsīde de  
mutando Titulo. Ne scriberetur *Rex  
Iudeorum*: sed quod sibi nomen hoc  
vsurpasset. Pilatus autem, *Quod scrip-  
si,* (inquit) *scripsi.* Si quem in rem om-  
nium erat occidi Christum; sed rur-  
sum in rem omnium erat nominis il-  
lius gloriā toto orbe reddi celeberrimam, cuius professione salus omni-  
bus deferretur.

7.  
Iudæo-  
rum ma-  
iuita.

5. Præterea Pater duas assignat cau-  
sas cur Titulum apponi iusserit. *Hic  
est Rex Iudeorum.* Prior est, *ut Iesum  
excusaret.* Crucifixus enim cum esset  
medius inter Latrones, facile scelera-  
tus, & similis à vulgo, quod tunc erat  
Ierusalem copiosissimum reputa-  
retur. Id circo titulo inscripsit Regē  
Iudeorū. Altera est. *Ut Iudæos vles-  
ceretur.* Erat enim propter ipsorū per-  
tinaciam eis infensus. Propterea ig-  
nominia huiusmodi eos adficere vo-  
luit, qui suum Regem in Crucem ad-  
digerent. Non solum (adnotante Au-  
gust.) ignominia notam Pilatus vo-  
luit populo inurere; sed simul inno-

Quam equidem Tituli immutabi-  
litatem

8.

litatem

Vnde Ti-  
tulus de  
ducatur  
Euthy.

Calsia.

Mos cau-  
sam scri-  
bere dā-  
natorū.

Plures  
causæ ap-  
positio-  
nis Ti-  
tuli.  
Chryl.  
ho. 84.  
in Ioan.

August.  
Psal 56.

Prædi-  
cta Titu  
li immu  
tabili-  
tas a Da  
uide.  
August.  
Tra. 117  
in Ioan.  
Psal. 59.  
litatem prædictam à Dauide fuisse D.  
Augustin. testatur. *O ineffabilem (cla-  
mat) vim diuina operationis etiã in cor-  
dibus ignorantium! Non ne occulta qua-  
dam vox Pilato intus quodam (si dici  
potest) clamoroso silentio personabat, quod  
tanto ante in Psalmorum Libro prophe-  
tatum est? Ne corrumpas Tituli inscrip-  
tionem. Verum Psalmi 59. Titulus sic  
habet. In finem ne disperdas. Quod ip-  
se exponit de Titulo minime obli-  
terando.*

*in Euangelio, Omnis Scriba doctus similis  
est Patri familias, qui profert de thesau-  
ro suo. Sunt qui de lingua profert sen-  
tentiam, sunt & qui de cordis, de  
mentis thesauro, vbi prius scribitur,  
quod scribendum est.*

*Faciamus (inquit Deus) hominẽ ad  
imaginem, & similitudinem nostram, ut  
præsit. Gen. 1. En prius quam Deus  
hominem exterius scriberet, apud se  
scribebat, ut quod scriberet (loquor  
cũ Cassia.) non pœniteret veraciter  
eũ, quod scripsisset. Quare id? Quia  
hominẽ formabat, ut præesset. Ut præ-  
sit. Vnde docuit exẽplo, quonammodo  
Iudex futurus prius scriberet mẽ  
te, quã calamo. Ad solius hominis fabri-  
cationem (ait Niss.) Creator ille rerũ qua-  
dam cum consideratione accedit. Nã na-  
turam nostrã condidit velut instrumentũ  
quoddam (cripturam instrumentũ in-  
terpretor) Regno administrãdo idoneũ.  
Prius igitur instrumentũ hoc mẽtis,  
seu cõsiderationis calamo scribit, ut  
doceat, quonãmodo homo ipse sine  
pœnitudoinis periculo subditis impe-  
rauit. Certẽ Deum verẽ pœnitere  
non potest.*

II.  
Sic De-  
ushomĩ  
nem, in-  
strumen-  
tum vti  
que cõs-  
criplit.  
Gene. 1.

Nyssenã  
de Opif.  
ho. 6. 4.

12.  
Decet  
Regem  
duplex  
huius-  
modi  
senten-  
tiã cõs-  
criptio.  
I. Re. 10

OBSERVATIO. I.

MORALIS PANEGYRICA  
CIRCA LITTERAM.

Prudenter Pilatus prius scripsit  
mente, quod mox calamo scrip-  
sit, ne sententiam delere co-  
geretur.

\*Dige-  
rat in-  
dex reis  
senten-  
tiã pro-  
nunciã-  
dam.  
Ad  
illud:  
Quod  
scripsi  
scripsi.  
9.  
Simon  
Cassia.  
Libr. 13.

**S**ixima verba: *Quod scripsi, scripsi, pro-  
fatur. Quod scripsi, sic scripsi, ut secun-  
dum presidentiam nostram mutare non li-  
ceat. Decet enim Præsides ita provide-  
re, quod dicitur, ne cogatur ex imperitia  
retractare, quod dixerit. Vnde quod scrip-  
si in tabula, prius scripsi in prudentia. Quod  
scripsi literis, prius scripsi in iudicio ratio-  
nis. Hac replicatio affirmationem, & im-  
pœnitentiam penitus habet, ut quod scrip-  
si, non pœnites me, quia scripsi.*

10.  
Christus  
calam  
mo, iam  
mente  
exarãtã  
sententiã  
scribit.  
Psal. 44

Ut igitur Præsides in consilio per-  
sistant, opere pretium est, prius apud  
intellectum sententiam effingere, ibi  
que non singulari litura coercere, ut  
minimè obliteranda producat. *Christus ore Vatis, Lingua mea cala-  
mus scribae velociter scribentis. Psal. 44.*  
Velociter? An non qui properè sen-  
tentiam profert, pœnitentiã obno-  
xius? Profectò D. Hierony. egregiè  
adnotauit. *Scriba iste Christus est, de quo*

Decet enim Regẽ cõsideratio, me-  
ditatio præueniens quãcũq; actionẽ.  
Vix Samuel Saulem Israelis Princi-  
pẽ inunxit, cũ inclamitat, *Cum abie-  
ris hodie à me, inuenies duos viros iux-  
tà sepulchrum Rachel in finibus Benia-  
min. 1. Regum 10. Vbi vertitur ab  
interpretibus in quæstionem. Rachel  
sepulta iuxtà Bethleem. Ge. 35. Beth-  
leem erat in sorte Iuda. Mich. 5. Er-  
go non potuit Saul illos homines &  
propè sepulchram Rachel, & in fi-  
nibus Benjamin simul inuenire. Po-  
tuit quidem, (literam expono) quia  
tribus Iuda & Benjamin erant con-  
fines. Ergo qui erant in finibus Ben-*

Hiero.

iamin nō procul abert à finib⁹ Iuda, in quibus erat sepulchrū Rachel. Spi- ritum autem si requiras, D. Greg. af- firmat Rachelem vitā contēplatiuā significare. Quē quidē meditatio tri- bui Iuda, Regali quidem, firmiter he- ret. Unde Rex missus ad homines al- loquendos, ad regimen hominū pro- curandum, simul immittitur ad Ra- chel, ad contemplationem, ad medi- tationem, quæ maxime decet Præsi- des, vt prius consideratione scribāt, quæcumque aut verbo aut calamo scripturi sine pœnitidine sunt.

Grego.

\*Vel v- nus ho- mo fide- liter sub- ditus Ie- sum Re- gē con- tituit.

OBSERVATIO II.

Nullum tā pusillū Regnū, cuius Iesus nō dignetur Rex appellari.

**Q**uodnam Regnū Iesu? D. Cyril. Titulus (ait) iste per precipuas lin- guas omnium linguarū Iesum futurum Prin- cipem p̄ adicabat. At D. Aug. tunc Iesū Regni maximē terminos coarctauit. Rex (inquit) est Iudæorū; sed Iudæorum circumcissione cordis spiritu, non littera. Parū igitur Iesu tunc Regnū dilata- batur, quia pauci circumcisso corde Iudæi. Vociteris itaque ò Dñe, Regu- lus Iudæorum, non Rex. Proh Domi- nici Regni nouitas! Potentissimus Imperator effulget, grege pusillo.

Ad Illud: Hic est Iesus Rex. 14. Cyril. Alex. August.

Pauci Abrahamæ filij Regnum Iesu.

Tres illi Magi Ierofolyam huiusce modi inclamatione dilturbauere, Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum. Mat. 2.

15. Pauci A- brahæ fi- lij Iesu Regnū. Mat. 2.

Quarē Regem natum in clamatatis? Quia non potest non mox natus Re- gia appellatione insigniri; ab egres- su enim ex vtero nos filios Abrahamę ve- rē subditos obtinet. Acutē D. Chry. Erant isti de filijs Abrahamę; cumque ideo Deum hominem Regem cognouerant.

Chryf. ser. 157.

16. Quid dico tres filij Abrahamę? Vnus

ptofecto ex sacro illo sāguine natus, Regnū Iesu. Pergit Regum Orienta- lium inclamatione. Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eū Mat. 2. Cur non dixere, Vidimus vnā ex Iesu stellis, quæ nos vsque ad Ierolo- lymam perduxit? Idem Chryf. egre- gie. Habere cepit stellam vnā, totam quæ fecit, habet, & continet creaturam. Nam Albert. Mag. Lib. 2. exhibitus Stellam hanc Deiparā interpretatur, cuius pulcherimam imaginē Sydas lucidissimum Magis referebat. En Regnum Iesu. Vnica Abre filia totus populus Saluatoris.

Vnus A- brahę fi- lius Reg- num de- su. Mat. 2.

Chryf. ser. 156.

Albert. Mistus est.

Haas apprimē. Cuius Principatus super humerum eius. Totus ne Principa- tus omnes subditi super humeros Sal- uatoris? Ita plane; quia totum Reg- num Iesu vnica ouicula. Non ne vi- diti Pastorem Regem nonaginta no- uem oues relinquentem, vnica er- roneam quantantem? Luc. 15. Super humeros attollit. En Rex, cuius Prin- cipatus super humerum eius. Ha. 9.

17. Vna ou- cula Im- perium Domini Ha. 9.

Quam appositē Sponsa, Dum esset Rex in accubitu suo. Cant. 1. D. Amel. Id est, Iesus in Cruce. Apud Crucem Rex? Vbinam Regnum? An non ibi Deipara? Ioānes? Bonus Latio? Proh Imperij potentissimi gloria! Verūm licet solus ibi adesset Latio pœnitēs, se se subditum recognosces Iesu, me- rito in clamauit, Memento mei Domi- ne, dum veneris in Regnum tuum. Luc. 23. Quid Regium vidisti? Me vidi sub- ditum Saluatoris, Pastoris, cuius Prin- cipatus ego ouicula est onea. Pascha- sus Latioem ait suffixum cum Ie- su, quia Rex est omnium ne solus leuare- tur in Cruce. Quasi vnus ille Iesum om- nium Regem esse ostentaret.

18. Iesus in Cruce Rex v- nius La- tronis. Cant. 1.

Luc. 23.

Ex cogitationem acuā. Porro ima- go quædam veri Iudæi, corde circū-

19. cissi

Vel ima  
gohomi  
nis sub  
dita Re  
gē cōsti  
tuit Ie  
sum.  
Isai. 1.  
Chryf.  
ser. 158.

cissi potēs Iesu Regnum, vnde Prin  
ceps à Regibus dignoscitur. In me  
dio duorū animalū agnoscēdū Iesū  
predixerat Propheta. Verū Isaias al  
terū ex hisce animantibus, curæ Iesu  
hæretem Iudæum asserit, interprete  
Chryso. *Agnouit bos possessorem suum.*  
Cap. 1. *Agnouit (ait Pater) Iudæus. Ma  
gi ergo Iesum Regē dignoscūt, quia  
eum à quodā animanti Iudæū referē  
te obsequio intuentur affectum. Ibi  
Regem Christum (inquit ille) appositū  
ante prophetica animalia intuentur, ad  
mirantur, agnoscunt. Agnosce, o fide  
lis, dignitatem tuam.*

\*Idē est  
Regē ef  
se ac  
pro sub  
ditismo  
rti addi  
ci debe  
re.  
Ad  
illud:  
Impo  
fuerūt  
causā  
scriptā  
Hic est  
Rex.

**OBSERVATIO. III.**  
Sufficiens causa mortis Iesu, Re  
gem esse.

**P**ROfectū mortis causa omninō  
sufficiens: Rex est, pro subditis vi  
tam impendit. Pascha. accipite pro  
fantem. *Eccē conductus est miser populus  
suerūt ad clamorem, & petitionem mortis Chri  
causā. Nēc tamen inueniunt causam, qua dig  
scriptā nē moriatur, nisi quod Rex esset. Rex est  
Hic est Ergo dignē moritur. Nihil enim tā  
Rex. Regnum, quam vitam pro salute offe  
re subditorum.*

Pascha.  
L. 12.  
21.  
Pilatus  
verē af  
firmavit  
Regem  
Iesū cū  
vidit  
pro po  
pulomo  
rientē.  
Ioa. 19.  
Pascha.  
cita.

Hinc Pilatus, qui de Regno Iesu  
addubitauit, imo habuit ludricum,  
cū primū vidit Iesum in Crucem  
actū, verū Regem professus est. Vnde  
iussit apponi. *Hic est Rex. Quod cū de  
Ieri Iudæi conarentur, adiicit, Quod  
scripsi, scripsi. Ioa. 19. Ad quē locū idē  
Pas. Quod scripsi, utique verū scripsi; nō  
solū quia ipse dixit, et vos dicitis; sed  
quia est verē Rex. Ecce ut cernitis fra  
tres occasione Christus annūciatur Rex.  
Id est, ex occasione moriendi. Nulla  
enim tā digna Regi ocūbendi occas  
fio, quā Regē constitui; nec vlla ratio  
adeo efficax, ut quis Rex habeatur,*

quā eū videre pro subditis occūbētē.

Se se Iesus apud tribunal cōstitutū  
Pastorē oues ab hædis segregantē ap  
pellarat, mox se se vocitat Regem, fa  
tus. *Tunc dicit Rex. Mat. 25. Cur tā ci  
tō metaphorā variavit? D. Hic. Iesum  
asserit bonū illū Pastorem, de quo a  
pud Ioannē, Bonus Pastor animam suā  
dat pro ouibus suis. Tūc ergo dicit Rex.  
Quid magis Regium, quam vitā pro  
ouibus tradidit? Bonus igitur hic  
Pastor Regia necessum est sibi adna  
ta appellatione condecorari.*

Hinc quē in Regē constitui, idē est  
ac vitā pro subditis tradere debere.  
Proximē ad memoriā adduxim⁹ Sa  
lē ex iusu Samuelis ad Rachelis sepul  
crū properatē. Quid est, quod vix in  
unctus in Regē Israel fuerat, & iā mi  
titur ad sepulturā? *Inuenies (ait Pro  
pheta) duos viros iuxta sepulchrum Ra  
chel. 1. Reg. 10. Ac si diceret, Rex esse  
& nō prius inuenies viros subditos,  
quā sepulchrū. Subditos suscipis gu  
bernādos? Mors tibi proculdubio eo  
rum causa, (si opus fuerit) subeunda.*

De Rege Tyri Propheta sic. *Forami  
na tua in die, qua conditus es, preparata  
sunt. Eze. 28. Vbi Paraphr. Chald. Nō  
considerasti cadauer tuum, quod factus sis  
concauitatibus. Cū primū effectus Rex  
fuiſti, foramina tibi, siue sepulchra  
preparata sunt. Illud enim ipsum Re  
gē constitui, tantundem ac si ca dauer  
appareres, pro adnata Regi necessita  
te moriendi pro subditis liberandis.*

Esau posteri, quorū alij Reges, alij  
Duces, alij alijs ministerijs additi  
fuere, recensentur. Potro id maximē  
ponderandum, quod solummodo  
mortes eorum, qui fuerunt Reges  
scribantur, minimē aliorū. Regnauit  
Bela, & mortuus est, Regnauit Io  
bab, & mortuus est. Regnauit Hnsam,

22.  
Pastor  
pro ouī  
bus mo  
riēs ne  
cessariō  
Rex ap  
pellatur  
Mat. 25.  
Hierō,

23.  
Idē est,  
Regem,  
esse, ac  
debere  
pro sub  
ditismo  
ri.

1. Re. 10

24.  
Rex quā  
si ca d  
uer vi  
uens.  
Eze. 28.  
Chald.

25.  
Nō tam  
prius Re  
gi quam  
mori  
pro sub  
ditis.  
Geag.

Corona  
Regia  
causa est  
mortis.  
Pascha.  
vobis.

*Et mortuus est. Regnavit Adad, & mortuus est. Regnavit Semla, & mortuus est. Regnavit Saul, & mortuus est. Regnavit Balanā, & mortuus est. Gene. 36.* Proh Deus immortalis! Soli ne Reges moriuntur? Profecto omnes alij moriuntur, vita cum terminatur. At Regibus vita ipsa mors est cum in fatalitatem, utilitatemque debeat impendi subditorum. Non itaque poterat à Regum appellatione mors separari, quia idem est, quem nasci, aut effici Regem, ac si cadaver nasceretur, seu efficeretur.

Causa igitur digna mortis Regiæ

ipsa corona. Unde appositè causa ipsa moriendi pro corona Regi Iesu appositae est adnotante Paschalis. *Scribitur causa Iesu super caput eius, & ponitur quasi corona; ut cunctis liqueat, quod ipse est verus Rex Iudaorum.* Rex est verus Iesus. Undenam dignouisti? Quia mortis causam pro diademate gemitat. Illud enim ipsū coronari, causa est moriendi. Regibus hinc imo Prælati liqueat adnatum suo muneri non solum semel mori pro subditis, sed quotidie, sed semper esse moriendum, (labores, curæ quid nisi mors) ut vita subditi perficiantur.

## SECTIO QUINTA.

Nuditas Iesu.

Ex Cap. 15. Marci.

TEXTVS.

Verf. 24. *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis.*

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ De Vestibus Iesu.

S. I. **P**endebat nudis in Cruce Iesus, ne quid haberet huius mundi, qui cœlesti peragebat sacrificium. Interea milites, qui crucifixerunt eum, quasi reuicturus non esset, missis sortibus, partiti sunt inter se se Domini vestes. Nam hoc erat veluti premiū scelerati ministerij.

2. **Q**uoties vestes habuerit? Euthymius præter tunicam, quæ erat primum, & internum loco subuculæ apud nos, alia duo habuisse Christum affirmat. Præter hæc erat pallium exterius. Communis hæc, & probalis sententiā; quia ex Scriptura nihil de hac re definitum habemus. Iesu tunicam fuisse laneam

omnes fatentur, & à Deipara cōtextā Euth. ex Patrum traditione testatur.

3. **O**biicis Dominum plures tunicas Discipulis habere prohibentē. Non obicit. Quia aliud est habere plures tunicas, aliud plura vestimenta. Non prohibuit Dominus plura vestimenta, sed vestes mutatorias; ut alijs reservatis, alię in usu haberentur. Hoc enim Discipulis mysterio vetuit singulari. Quod non huiusce loci.

¶ De Diuisione, & Sorte.

4. **D**iuiserunt vestimenta eius. Num vestium diuisio fuerit cū sectione, & scissione earūdem præter præcipuam tunicam? Aliqui (quos presso nomine refert Eut.) existimarūt præter tunicam habuisse Dñm quatuor vestes, diuisasque

uisasque dici; quia singulis quatuor militibus (ad numerat enim Ioanes milites quatuor) singule distributae sunt vestes. Non recipit Doctor, putans & pauciores vestes, & huiusmodi diuisionem sectionem fuisse. Cum enim duae esse praeter tunicam, quae erat interius indumentum, ut inter quatuor diuiderentur, eas scindere necessarium. Huic haereo sententiae propter D. Ciril. Chryf. & August. contestantes. Sed praecipue, quia aliter Ioannem explicare non possum fantem. *Fecerunt quatuor partes.* Et rursum de tunica. *Non scindamus eam,* sicut scilicet de vestibus effectum.

ta Dñica diuisione, quasi de Regijs vestibus aliquid habere volentes. Profecto tam accurata diuisione, & sortitio vestium, ut aequaliter distribuerentur. Hac opinione improbabile reddit D. Chryf. id effectum affirmans, ut Prophetia citata impleteretur, *Diuiserunt sibi vestimenta mea.* Nec hoc mihi probatur; nam David praedixit, quia id futurum agnouit (de more Prophetarum.) Sequor igitur D. Cyril. asserentem, id a militibus effectum, quia soliti danatorum vestes sibi ministri vendicari, uti apud nostrates. Colligo hinc non fuisse vestes Christi vilissimas, sed honestas; aliter milites non eas tam diligenter sibi adiscere curauissent.

Chryf.

Cyrl.

*Mittentes sortes super eis.* Quari-

5. **N**u fors super omnes vestes? August. Tra. 118 in Ioan. **P**sal. 27. **T**ur, An fors facta fuerit super omnes vestes, & non super tunicam solummodo? D. Augustin. arbitratur de sola tunica fuisse sortitos. Afferit prophetiam in probationem. *Diuiserunt* (ait Dauidico ore Iesus) *sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Exitimo tamen sortem etiam fuisse factam super vestimenta, quod noster Marcus aperte testatus est. *Diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quid quisque tolleret.* Nec D. Aug. laborantis ad suam sententiam allicere Marcum, mihi placet solutio.

6. **Q**uid ad Dauidem? Sortis quidem solius tunicae meminit, non quod negaret sorte etiam vestimenta esse distributa; sed quod significare vellet tunicam illam inconsutilem sola sorte alicui ex militibus contigisse, non sectione simul at vestimenta praeter sortem fuisse partita, & scissa. Mecum Ambrosius, & Theophylactus.

*Causa diuisionis vestium.*

7. **H**istorialem prius rimabor. Euth. per irrisionem ait milites vestimē

Iam mysticam huiusce diuisionis causam expendo. Cyril. adnotat, in hoc significari, quatuor orbis ad fidem reductis, Christi carnem indiuisibiliter, & impartibiliter in Eucharistia communicari. At D. Augustinus quatuor orbis partes, in quibus Ecclesia est, significasse hanc vestimentorum diuisionem asserit cum Cyrillo. Tunicam vero unitatem ipsius Ecclesiae, quae vna est ubiq; representaret docet.

8.

Causa mystica. Cyril.

August.

Unitas fidelium in indiuisa in inconsutili tunica fulgurabat.

(\*)

**D**iuiduntur vestimenta, tunica integra reseruatur. O tunica polymyta & in inconsutiles! Polymyta ob multorum ordinum, qui in ea sunt, multitudine distinctionem; inconsutiles vero propter indissolubilis charitatis indiuisam unitatem. En Ecclesia, en collegium Iesu, en communitas fidelis.

vnionis perturbatores. Ad illud:

Mittentes sortes.

9. Bernar.

10.

Tunica hec minimè scinditur. Unde vnionis perturbatoribus. Et cur vniones scissoribus conitur? Quia vn-

vntatis scissoribus.

vnitæ communitatis, quæ Petto ouium  
grex committitur, perturbatores ex  
quibus transeunt in hircos, queis qui-  
dem iudiciũ horribile præparatur.  
Pascha. *Ue his, (exclamat D. Palch.) qui hanc  
scindere conantur tunicam, qua desuper  
contexta est per totum, quod nec ipsi mili-  
tes considerantes opificum mirabile, fece-  
runt. Vti hedis inelamet, Discedite ma-  
ledicti. Sicut Pastor segregat oues ab hæ-  
dis. Mat. 25. Ue igitur his, qui hanc scin-  
dere conantur tunicam.* Oues enim hoc  
molientes conuertuntur in hircos tra-  
dendos tartaro, à morte de pascen-  
dos.

11. De hæreditatis diuisione quidam  
apud Dominum agebat, dicens: Do-  
mine, dic fratri meo, ut diuidat mecũ hæ-  
reditatem. Cui Dominus, *Quis me con-  
stituit iudicem aut diuisorem super vos?*  
Luc. 12. Vbi D. Petrus Damia. anam  
egregiæ præbet excogitationi. *Vis di-  
uidere? Non habebis Iesum Iudicem di-  
uisorem; sed potius Iudicem diuisionis  
cultorem. Quia quotiens grex Domi-  
nico hæreditas diuiditur oues, segre-  
gantur ab hædis, vnde mox Domi-  
nus iudicaturus adstat.*

#### ¶ De Iesu Nuditate.

12. Porro diuissio præmissa vestimen-  
torum Iesu, & tunicæ specialis  
sortitio ab Euangelistis assignata eo  
tendit, vt adstruatur Iesum nudum  
occubuisse. Quæritur igitur. Nũ Do-  
minus nudus Crucem conscenderit?  
D. Ambros. respondet. *Sic enim tegu-  
menta deposuit; & talis ascendit, quales  
nos, auctore Deo, natura formauit.* Simo  
de Calsio. *Eum (ait) expolauerunt om-  
nibus vestimentis suis, vt nuditas esset  
ad opprobrium; & faciliorem redderet ad  
tormentum.*

13. Alij vero non improbabiliter af-

firmant velum, quo verenda tegeren-  
tur, à circumstante quodam apposi-  
tum. At ea quæ non ex scriptura,  
aut Patrum approbata traditione  
adferuntur, pie plane credibilia sũt,  
sed nõ tamẽ omnino credenda. Nec  
ab impudentia & crudelitate hostiũ  
alienum non permisisse, vt velamen  
apponeretur, maximæ (auctore me)  
Saluatoris ignominie operan dan-  
tes. Confirmatur ex reuelatione B.  
Brigittæ Panegyri. 2. exhibenda.

### OBSERVATIO. I. MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Iesus Crucis addictus consequen-  
ter vestimenta deponit.

Nudatum ait Calsia Dominũ fuiss  
se, vt facilius redderetur ad termi-  
tum. Ego dixerim, vt aptus ad Cru-  
cis tormentum exhiberetur. Nec  
nim conueniunt Crux & indumenta.  
Nuditas namque, caluaria decet cru-  
cifixos. Vel potentissimum Impera-  
torẽ Crux cõuertit in Caluariã. Hera-  
clius ille Imperatorum decus haud  
potuit Crucis pondus nisi à vestimẽ-  
tis Regalibus exutus cõportare. Pro-  
fecto vbi Crux attollitur, ibi Caluaria  
locus.

Ad memoriam reuoca quæ de Cal-  
uaria monte tradidimus. Caluaria  
mons ille nomine in lignie batur, eo  
quod caluariã hominis imitatus nul-  
lo ornaretur nec arborum nec her-  
barum amictu, omninõ laborans ste-  
rilitate. Crux igitur sæper apud Cal-  
uariam cõmoratur. Crucifer est Om-  
nium igitur rerum patieris nuditatẽ.  
Hanc intimabat Iesu Crucem varu-  
lanti Simon de Calsia hæc eleganti

\*Crucis  
comes  
caluaria  
feu rem-  
poraliũ  
exigen-  
tia.

Ad  
illud:  
Diuise  
runt ve-  
stimẽta  
eius.

14.  
Calsi.  
lib. 13.

15.  
Comes  
Crucis  
steri-  
lis Cal-  
uariae lo-  
cus.



sententia. Domine, quo vadis, Crucis pondere pressus? Quo plantabis illam? Locus, quo duceris, saxosus est, quomodo plantabis? Aridus est, quomodo irrigabis? Terra sitiens est damnatorum, & intersectorum locus, nunquam virgulta fuerunt in ea. Quare igitur defers, Domine, hanc lignorum sarcinam? Nec enim Crux nisi apud Caluariam, apud omnium rerum exigentiam, & nuditatem.

Apposita quidem ad terram aridam & sitiens per gressus sufficiens.

16. Crucifera Sion caluaria indicatur. Ita. 3. Drogo de Sac. Pl.

Egregiam mox nuditatis huiusce modi à Cruce accipe confirmationem. Decaluet Dominus (inquit Isaias) verticem filiarum Sion. Cap. 3. Vbi accutè Drogo Oltien. Decaluet verticem filiarum Sion, & faciet ibi Caluaria locum, ubi figatur gloriosa Crux Christi. Nec enim figitur Crux nisi in Caluaria loco. Crux apud filias Sion? Caluaria igitur Cruci construetur, prorsus ipsæ ad Caluaria similitudinè denudabuntur. Adijcit scitè Vates. Dominus crinem carum nudabit, auferet ornamentum calceamentorum, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & inares, & annulos, & mutatoria, & palliola, & linteamina. In conspectu enim Crucis nullum ornamentum, omnium nuditas, si nunquam non Crux apud Caluaria locum commoratur.

17. Crucifer Iob omnibus expoliatur. Iob. 1. Strab.

Omnibus Iob abundabat naturæ fulcris, nullis non ornabatur fortunæ indumentis, quando Hostis tartareus sic in Altissimi conspectu. Exiende manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet. Iob. 1. Vbi Strabus per huiusmodi diuinæ manus extensionem Iesu Caucem, & passionem significari affirmat. Quasi diceret Sathan. Iobum Cruce pergrauari permittite. Quid plura? Profectò Rex ille Cruce Dominica, instar Heraclij, donatur, mox que omnibus oruatur & naturæ &

fortunæ operimentis, donec nudus ad communem matrem reuerti cogere retur. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Ibi.

Quosnam exittimas à flente Paulo inimicos Crucis Christi compellatos? Phil. 3. Qui simulantes se in Crucem actos, crucifixam vitam non habent. Equidè illa crucifixi vita est, quæ omnino à temporarijs oblectamentis nuda est, caluaria est, siue in Caluaria cõstituta. Ad hæc D. Chry. Erant nonnulli, qui Christianismum quidem simulabant, sed in delicijs vivebant. Crux propria animæ est nullam sibi oblectationem postulantis. Illi verò contrariam vitam rationem sequuntur. Quam obrem, tametsi dicant, se Christi esse, inimici tamen sunt Crucis. Alioquin si Crucem amarent, id quoque studerent, ut crucifixam vitam viderent. Crucifixam, id est, nudam omnino. Crucifigendum namque Iesum (ut cum Celsiano loquar) expolauerunt omnibus vestimentis suis.

18. Crucis inimici qui non denudantur. Phil. 3.

Chrysi.

OBSERVATIO II.

In Iesu ineffabilem Nuditatem Panegyricus.

Pondero iam non dignè ponderabilem Iesu nuditatem præmittendo datam in Commentario Simonis de Cal. sententiam. Eum expolauerunt omnibus vestimentis suis, ut nuditas esset ad opprobrium. Quam magnum opprobrium nuditatis? Me iudice, omnis Passionis corporales cruciatus quodammodo adæquavit, quorum nuditas grauius improprium.

19. Celsia. L. 23.

Totum Iesu corpus tibi sit spectaculum. A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Thr. 1. Spine, arundis, sputa, alapa, fel, colaphi, blasphemias, flagella, clauis, chlamys,

20. Aequa uit Nuditatis tota passionem. Thr. 1.

Euth.

mys, lancea facile æquantur à nuditate. Quid moror egregium Euthymij testimonium? Recensens ille totius Passionis tormenta, ait. *Considera totum Salvatoris corpus iniurijs affectum: Caput quidem per spineam coronam, & arundinis percussione; faciem per spura, maxillas autem per alapas, os vero per sel, & acetum; aures per blasphemias, collis per colaphos, dorsum, & pectus flagellis, & verberibus; manus autem, & pedes clavis, latera vero lancea, ceteras quoque partes chlamyde. Iam precor attendas. Et ut semel dicam totum corpus spectaculo est expositum. Ac si (expendo illud: Ut semel dicam) vna nuditatis expressio totius sit passionis recapitulatio.*

21.  
Iesu vulnera ad fuisse nuditatis testes.  
Zac. 3.  
Hieron.

Zacharias Iesu passionem exprimens, fatetur, *Super lapidem unum septem oculi sunt, ecce ego calami sculpturam eius.* Cap. 3. D. Hier. ad illud: *Calami sculpturam eius.* omnia Iesu vulnera asserit hisce verbis recenseri. Profecto si septem oculi, si hominum multitudinis oculi super nudum hunc Lapidem, quid mirum vulneribus diris excrutatum apparere? Unde Propheta quasi vnico verbo cupiens totius passionis Dominicæ seriem proponere, fatetur, *Super lapidem oculi*, id est, Iesus nudus apud columnam, apudque Crucem à circumstantibus adipicitur? Iam cæcili sculpturam eius, iam vniuersa perpeffus est.

22.  
Noe Nuditas tam Iesu Passio- nē præsignauit  
Gen. 9.  
Ruper.

Ohm Noe plantauit vineam, bibens vnaque vinum inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo. Gen. 9. Vbi Ruper. Passio Christi Noe nuditate significata est. Pulchre plane. Vna enim nuditas Salvatoris omnium opprobriorum, ac iniuriarum complexio est. Nudatus est, quia à sua carnis gente & à domesticis sanguinis sui, scilicet à Iudæis possessus

est mortem & crucem, & nudatus est. Hanc particulam preme. Ecce nuditas præmissa à Ruperto non pro nuditate ipsa assumitur, siquidem de nuditate egit sigillatim; sed vt totius passionis generatim exprimeret historiam, vltus est vocabulo nuditatis. Ac si vna Nuditas omnes virtualiter contineret iniurias, & Nuditas Passionis totius nomen adnatum esset. Ipsum est nomen eius.

Æquauit omnes passionis iniurias? Parum dixi. Ipsam mortem æquauit. Tantumdem enim fuit Iesu denudari, ac mori. Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus est. Gen. 9. Super quem locum idem Rupert. idem ait fuisse denudatum Noe, ac dormisse adfectum ebrietate. Quod si typum Patriarcha agebat Iesu, idem fuit Saluatori denudari, ac dormire, ac mori, somno nouissimo sopotato. Egrege Abbas, *Vinea illa Synagoga in amaritudinem vitis alienæ conuersa ipsum plantatorem amaro mortis poculo potauit, & inebriauit, ita vt obdormiret somno mortis nudatus.* Nudari etenim, & mori, idem pudentissimo Saluatori.

Adhuc crescit ponderatio. Totam Passionis seriem, vniuersas Iesu patientis acceptas iniurias non solū æquauit Nuditas, sed longo intervallo superare videtur. Ex ore Dauidico Dominus suæ Passionis adnuerat cruciatus. *Quoniam tribulatio proxima est. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Foderunt manus meas, & pedes meos, dirumerauerunt omnia ossa mea.* Psal. 21. Vbi Strab. Describitur (ait) Christi Passio. *Circumdederunt me Vituli Iudæi, & Tauri Principes Iudæorum.* Hieron. *Aperuerunt os suum, vt fere*

23.  
Nuditas ipsam mortem æquauit.  
Gen. 9.  
Ruper.

24.  
Totam passionem superauit.

Psal. 21.

fere volentes me deglutire, cum dicebant: *Crucifige, crucifige.* Calsiod. *Foderunt, id est, clavis fixerunt manus meas & pedes meos. Dinumerauerunt ossa mea, quia pendens extensus eram in ligno.* Iam exaggerat Vates ieiurias, *Ipsi vero consideratauerunt, & insperarunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea.* Ibid. Ac si diceret, *Ipse vero,* Paru erat quodammodo me omnia illa perpeſsum, si non ipsi me contempſissent denudatum, quando milites diuidendis meis operimentis operam dabant. Omnia illa subibam, ipsi vero me alio incredibili opprobrio affecerunt. *Inſpexerunt me.*

25. Nuditas quasi solus doctor Iesu. Profecto tam ingens nuditatis opprobrium Iesu, ut a primo conceptionis instanti, reliquos oblitus dolores, quasi non dolores, vnicam nuditatem & mente euoluerit, & eius recordatione discruciatuſ fuerit. *Quonia ego (ait) in flagella paratus sum.* Id est, nudatus hareo columnae. Hoc enim est ad flagella praeparari. *Et dolor meus in conspectu meo semper.* Psal. 37. Vbi duplex innuitur ponderatio. Vna, *Dolor meus,* ac si reliquae iniuriae haud fuissent quodammodo parituae dolore. Vnicus ne Iesu dolor nuditas? Respondeo ex Deiparae ad D. Brigittam reuelatione. *Ad columnam alligatus Filius meus, nihil omnino operimenti, sed sicut natus est, sic stabat, & patiebatur erubescenciam nuditatis suae.* Et non patiebatur flagellorum immanium vulnera? An non inaudito verberu numero quatiebatur? Non ne ex sanguis erat, iam pene laceratus, iam mundis ossibus inter contusas carnes albicantibus? Profecto inter dura tormenta solius

nuditatis verberere quodammodo adficietur. Altera vero. *In conspectu meo semper.* A primo conceptionis instanti ad hunc sibi quasi vnicum dolorem animum dicitur intendisse.

Quid si dolor hic in exanimae Saluatoris cadauer irruperit? Postquam Ioannes asseruit crura Iesu minime conſracta, sed latus vulneratum, addit. *Facta sunt enim haec, ut scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura, Videbunt in quem transfixerunt.* Cap. 9. Ex Doctoru sententia sic vetus nouo testamento cohaeret. *Non fregerunt eius crura, ut impleretur, quod scriptum est, Os non comminuetis ex eo.* At vnus militum lancea latus eius aperuit, ut impletetur alia Scriptura, *Videbunt in quem transfixerunt.* Iam exoritur difficultas. Si testimonio Zachariae vuluus lateris Dominici exprimebatur, aptius praedixisset Propheta, *Vulnerabunt lancea, quem transfixerunt, seu cruce suffigerunt?* Quid vulneri lanceae cu aspectu, au visione, ut visio vulnus significare queat? Quia tam ingens Saluatori nuditatis opprobrium, ut idem sit videri, dum nudus pendet e patibulo, ac immaniter lancea tranſuerberari.

Iam calleo, cur Ecclesia dirum lancee mucronem appellarit? *Mucrone dicitur lancea.* Profecto non potuit non dirus mucro existere, cuius vulnus vere fuit visionis metaphora figuratum. Et quod nam purissimo virginitu duci tam dirum opprobrium, quod a nuditate non vincatur?

26. Tantum de Iesu nudu videri, ac vulnerari.

27. Mucrone dicitur lancea. Mucrone qui dicitur.

## SECTIO SEXTA.

## Impius Latio.

Ex Capite 23. Lucai.

TEXTVS.

Verf. 39. *Vnus autem de his, qui pendebant, Latronibus, blasphæmabat eum, dicens, Si tu es Christus, saluum fac te metipsum, & nos.*

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

S. I.  
Euang.  
listaru  
dissidiu



*Vnus autem de his &c.* Locu difficilem & Matthæi, & Marc, lectio reddit. Hic, *Et qui cum eo crucifixi erant, conuertiabantur ei.* Cap. 15. ille, *Id ipsum autem & Latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei.* Cap. 26. Si Latrones, quomammodo Lucas vnū solummodo Latronem prorupisse asserit in blasphemias?

2. D. August. existimat bonum Latronem minime lesu improperijs adfecisse. Cui si obijciam Matthæu, & Marcum, respondet eos vsos numero plurali pro singulari. Quemadmodum si is, quem rusticus vnus irideret, diceret, Etiam rustici me irident? & vt lingua exponam maternā. *Vasta que tambien los rusticos hazen burla de mi.*

3. D. Ambros. cum formidine non omnino determinans sententiam, *Forcasse* (inquit) *& bonus Latio prius conuertiatus est; sed repente conuersus. Po- tuit etiam de vno pluraliter dici.*

4. Hieron. autem vero similis existimat vtrumque Latronem improperasse; deinde alterum credidisse. Eiusdem sententiæ Orig. Theophy. & Euthym. Profecto cum D. Ambrosio ego anceps hærens, vtramq; sententiam valde probabilem existimo.

## OBSERVATIO. I.

MORALIS PANEGYRICA  
CIRCA LITTERAM.

Nec arti furandi confidas post malum Latronem, qui vsque ad mortis angustias profers pœnitentiam.

PRæmitto D. Athana. sententiam. *Vides Latrones; sed non ambo in eisdem. Alter Regnum hereditauit; alter in gehennam dimissus est.* Proh Deus immortalis! Quando profusus lesu sãguis charitatis feruore ebullire conspicitur, clamoribus pijs (mellus quã sanguis Abelis) æthera permulcens, vnus è duobus tormentis tartareis ad dicitur! Profecto è differentibus ad mortis angustias pœnitentiam, vnus è mille liberatur.

Quid Latrone diligentius ad pecunias diripiendas aliorum? Quare igitur ò Latio, non equali diligentia de furanda tempelline salute curasti? Appositè D. Grego. Nazianz. *Absurdum fuerit, cum pecunias auidè praripias, sanitatem in longius differre, atque ex- terabere.*

Arte (inquis) furandi in vltima necessitate constitutus, mihi gratiã, & salutem acquiram. Meus socius furando & ad pœnitentiam, & ad paradisum recipitur. Hemorrhoida furto acqui-

\*Dicitur  
lima a-  
gonizã-  
ti pœni-  
tentia,  
licet mē-  
tis com-  
poti.

Ad  
illud:  
Vnus  
autē ex  
his blas-  
phema-  
bat.

6.  
Athana.  
de Pas.

7.  
Diligēs  
ad La-  
troci-  
niã, ne-  
gligens  
ad pœ-  
nitentiã.  
Nazian.  
Ora. in  
Baptif-  
ma.

8.  
Nō sape  
arte furã  
di tibi v-  
tendum.

acquirit sanitatem. Tunc igitur & ego præcipienda benedictioni operam dabo. Ad hæc scitè Nazian. Ne sanguinis defusio labores, Christum quem suffragante salutis causa,prehendere nequeas. Neque enim facta sapius circumferri Christus amari, tametsi clemens, & in re facillis sit.

9. Potro aduersum huiuscemodi latrocinium pugnat cœlestis Index, qui in morem Latronis venturus annunciat, ut artem arti opponendam significetur. Si sciret Pater familias, quæ hora subueniret, vigilaret & c. Luc. 12. Amò Latro, dignouisti, quam hora Iudex in morem Latronis aduentans tuæ furabitur salutis occasionem? Quis nobis præstabit fore (loquor cum Nazian.) ut vitæ finis curatione exspectet, ac non potius adhuc a alieno pressos, tribunal illud suscipias.

10. Supplex orabo mihi dari uti ficulne inducias. Quæ ad rem idem Gregorius. Tu quidem fortasse homo, & humane agricola, Dominum supplex rogas, ut ficulne adhuc parcat; nec eâ sterilitatis accussata adhuc succidat: verum tibi permittat, ut sterora undique in eam iniicias, hoc est, lacrymas, gemitus, vigilias, animæ & corporis maceratione, quæ ex peccati confessione existit? Sic Theologus sibilis Latronis confidentiam insectatur.

11. Non (mihi credite Latrones) apertum, nec arti latrocinandi, tempus vltima calamitas. An non Latro quietem captat, & silentium, ut diuitias diripiat? Quod nam ergo magis ineptum tempus ad latrocinium spirituale, quam mortis articulus, quando in medijs disturbance, & tumultus fluctibus æger agitur. Eleganter Nazian. Quandiu mentis compos es, ad donum accurre, quandiu nõ corpore &

animo eger es, quandiu non circum te lacryma discessus induces, atque uxor & filij discessum retrahentes, & extrema verba requirentes, quando lateri tuo non haberet imperitus medicus, horas tibi largiens, quarum potestas penes eum non est. Quid febrem, quæ te beneficio afficiat, expectas, ac non Deum? Quid tempus, ac non rationem? Quid vim potius, quam potestatem? Ergo non potero mentis tunc compos me ad meliorem recipere fugam. Poteris quidem, sed non te recipies; quia inter tot fluctus, inter tot mortis angustias constitutus, tam negligenter plerumque quæretur via vltimè inueniatur.

Abalon arboris ramis impeditis capillis, aditus Cruci misere perit. 2. Reg. 18. Potuit ne à morte liberari? Potuit plane; sed minimè liberatus est. Quare? Quia inter mortis angustias viam non inuenit, rem nõ attingit. Accipite Abulensem illustratorem. Potuisset ille tenere equum, ne introisset subter quercum ramosam. Et postquam introiit, & alligati sunt capilli eius, poterat ipse, tenens mulam, solvere illos, & fugere. Et dato, quod mansisset pendens, poterat capillos amputare. Vel si non habeat gladium, poterat manibus tenes arborem, illos solvere, vel rumpere. Sed nihil horum fecit. Quare? Ipse autem Abalon iam moriturus, non attendebat, quod ad libertatem suam facere posset. Poterat quidem, sed angustijs actus, pœnitentiæ scopum non attingebat. Vereor ne tibi pœnitentiam differenti, in ægritudinis cruce actio inlat Latronis huiusce, liberationis via non aperiat.

## OBSERVATIO II.

Miserrimus Latro qui è cruce deturbatur in tartarum.

12. Abalonis exemplum. 2. Re. 18. Abul. q. 12.

\*Duplex infernus peccator.

Ad Illud: Unus autè ex his.

I I. Ineptum tempus mortis vel Latrocinio. Nazian. vbi sup.

12. **H**Vgo Viā. *In cruce sinistri Latronis penna pro culpa, & post damnatio.* Proh Latronis miser! Viuis illigat<sup>9</sup> cruci, ad tartara moriens deturbaris. Mors interminabilis. Gen. 4. Alcu.
13. **M**iserabilis planè exitus Pharaonis, qui post tot plagarum cruciatus, magis obduratus descendit in abyssum, quasi lapis. Huius pedes qui inflictiis cruciatibus obdurescunt. *Ab increpatione tua (ait Vates) Deus Iacob, dormitauerunt, qui ascenderunt equos.* 16. Statio æterna. Dan. 7. Richar. l. 3. de eru. ho. p. 1. c. 7.
14. **P**salm. 75. *Qui ascenderunt equos.* Id est, (interprete Rufino) qui in crucem acti sunt. *Dormitauerunt, siue obdurerunt. Ecce (ait) Deus Iacob plagis inflictiis, increpat peccatores, intonat iras suas. Inter tanta tonitrua adhuc dormunt, adhuc vitam æsterem nolunt damnare. Duritia cordis obdormitio ista est. Descendent hi in profundum quasi lapis.* Proh viuis plagarum mortu addictus! Proh mortuus interminabili morte cruciandus!
15. **P**raecedenti columnæ nubis, dux etiam ignis columna progredientibus Israelitis succedebat. *Exo. 11. D. Zeno spirituali accomodās sensui locum, vitam inibi prauorum exprimi contemplatur. In columna (ait) nubis, ut ostenderet cæcæ; in columna ignis, ut moneret arsurum. Inter nubis mysticæ tanta suppliciorum tonitrua, adhuc cæcus: Te miserum hic igne laborum exactum flamma gehennalis expectat.*
16. **D**elinquenti Cain Deus signum apposuit, ne ab hominibus seu animalibus occideretur. *Gen. 4. Num pietate cœlesti à morte eripitur? Profectò impenitentis describitur, miseria, Alcuino auctore. Interminabilis vitæ quodammodo addicitur cruciatui, à quo tremoris laboribus lanato labores non recedunt, dum moritur; sed continuantur horribilius, dum damnatur.*
17. **D**e primo illo Regno Daniel, *Leonia, & ala habet aquila.* Vbi Richar. Victor. Latrocinantium aspicit imaginem. Quid enim luna quid aquila velocius ad raptum? Vis ostendā huiusmodi peccatoris interminabilem & hic & in futuro damnationem? *Aspiciebam, (ait Proh.) donec auulsa sunt ale eius. & sublata est à terra, & pedibus quasi homo stetit. Cap. 7. Tunc cum per acra fertur, ut diripiat, alas subleuantes non habet, sed pedibus stat. Quia laboriosum plane vitijs indulgere. Num cum è terra demum sufferratur, requiescet. Eterna temporariæ stationi succedit statio. Belle Richar. Non iacet, sed stat, ut nunquam requiescat, sine intermissione laborat, pedes sine incessu fatigat. Quia quasi cruci suffusus, in morem viuit Latronis, & impenitens moritur, Ut nunquam requiescat. Merito aquilæ sapientis penæ homini huiusmodi aptius leane præciduntur. Quid enim magis stultum, quam hic & in gehenna interminabili flamma distorqueri?*

## SECTIO SEPTIMA.

Bonus Latio.

Ex Capite 23. Luca:

TEXTVS.

Verf. 42. *Et dicebat ad Iesum, Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum.*

Verf. 43.

Verf. 43. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONE S.

¶ Latronis conuersio.

S. I.  
Bonila  
tronis  
prolo-  
quium.



Et iterum alter Latronum socium increpabat, dicens: Tu si moriturus homines non vereris, certe Deum timere debes, qui insultas morituro; præsertim cum sis illi supplicij socius; vel hoc solum debebat te à conuictijs cohibere, etiam si socius esset criminis. Nunc alia est illius, alia nostra conditio. Nos pro malefactis poenas damus, ille innoxius occumbit. Hoc testimonium Iesu iuffixi, ut nullibi non linguæ de illius innocentia conticerent.

2. Domine, memento mei, cum veneris in Regnum tuum. Iudæi Regnum Christi irridebant, Titulus illorū voces, licet non plenariè, confirmabat, solus Latro eum verè Regem profitebatur. Domine, hi Regno tuo illudunt, ludicum existimantes, te Regem credo pro populo tuo occumbentem. Cum in Regnum perrexeris, ad illud me ducito. Intellexit Latro, (inquit Amb.) quod pro alienis peccatis has plagas Christus susceperet; & sciuit, quod illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera; sed Latronis. Profitebatur præterea Dominum Regem Messiam immissum ad Iudæos, & in Regnum hoc postulat introduci. Confitebatur denique animi immortalitatem, dum post mortem petit in Regnum Messie adduci. Nec non Christi credit Resurrectionem, postquam vidit imperaturum.

3. Quæris, vndenam conuersio huiusmodi habuerit exortum? Respondeo. Ex omnipotenti Deo, Latrone cooperante. D. Leo. Indè oriebatur hoc

donum, vnde accepit fides ipsa responsum. Augutt. & Greg. contestantur. Omnipotentia equidem documentum admiranda conuersio Latronis, & inter prodigia omnipotentia effectus adnumeranda. Non minus fuit (inquit Chrysoft.) in Cruce Latronem conuerti, & paradysum intrare, quàm petras collidi.

Enim vero D. Hieron. Latronem vult ad conuersionem excitatum ijs prodigijs, quæ in morte Iesu contingere. Sole (inquit) fugiente, terra commota, saxisque disruptis, & ingruentibus tenebris, vnus Latro credidit in Iesum, & priorem negationem sequenti confessione emendauit. Chryf. & Orig. adhærescunt. Ego autem cum D. Leone existimo Latronis conuersionem præuenisse prodigia.

Crediderim profecto allecū fuisse Latronem ad poenitentiam cum probabiliter ex Deiparæ intercessionem, tum ex orationis illius Dominice auditione: Pater ignosce illis. Noster Salmerò refert ex D. Petro Dom. idcirco bonum Latronem resipuisse, quia B. Virgo inter Crucem Filij & crucem Latronis posita, Iesum pro Latrone deprecata est. Nec abs re quod ex D. Anselmo Dionysius Catthusa scribit Deiparam cum Iesu & D. Iosepho fugientem in Aegyptum & in Latrones incidisse, & à bono hoc Latrone de eorum fuisse manibus liberatam. Vnde Deipara antiquum obsequium nouo hoc beneficio compensauit. Quis Deiparæ non debeat à Domino salute donari, quæ nostris tantillis illigatur obsequijs?

Alterum equidem motiuum de exorante pro hostibus Iesu sic confirmat

D. Leo.  
ser. 2. de  
Pass.

4.  
Num ex  
citatus  
prodigijs,  
conuersus  
Hiero.]

Chryf.  
Orig.

5.  
Et Deiparæ  
intercessionem  
allectus  
Latro.

Salmer.  
tom. 10.  
tra. 40.

Cartuse

6.

firmat

Oratio  
Iesu pro  
inimicis  
eum al-  
lexit.

firmat Euthymius, *Alter Latro pœnitentia ductus est, audito, quod etiam pro his, qui ipsum crucifigebant, intercessisset, veluti scripsit Lucas. Vnde Lucas mox adijcit post illa verba: Iesus dicebat: Pater, dimitte illis. Unus autem ex his, qui pendebant Latronibus. Christi etenim exoratio pro inimicis eum ad Regiæ dignitatis cognitionem adduxit. Proprio id Panegyrico illustrabo.*

¶ *Dominica ad Latronem responsio.*

7.  
Quid;  
Hodie?

Ambr.  
Psal. 37.

**E**T dixit illi Iesus; Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Quam felix semper adiungi Iesu, qui nusquam non seruat, si modo adsit Evangelica fiducia, *Hodie mecum eris. D. Ambr. particulam illam. Hodie ponderans, ait. Latro adhuc rogabat Dominum, ut meminisset sui, cum venisset in Regnum: & Dominus, cum non dum venisset, ei iam Regnum caeleste tribuebat. Quam velox misericordia!*

8.  
Quid  
signifi-  
cet hoc  
loco Pa-  
radisus?  
Bonau.  
cap. 85.  
Medit.

In Paradiso. Rogas, quid significet hoc loco Paradisus? Promissum Latroni Paradisum terrestrem, è quo Adâ fuerat exturbatus, docent Iust. Euth. & Nizeph. D. Bonaue. à Christo existimat Patres ex limbo educos, simulque Latronem, & in Paradisum terrestrem inductos. D. Aug. Paradisum Latroni promissum sinum explicat Abrahæ.

August.  
Epi. 57.  
ad Dar.

Nos autem exponimus cum recentioribus Paradisum in presenti beatificam visionem. Vbi illa ipsa die Latro cum Iesu commoratus est. Confirmando ex D. August. visionem Dei Paradisum appellansem, imo *Paradisum Paradisorum.*

9.  
Beatifica  
visio  
Paradi-  
sus.  
August.  
L. 12. de  
Gen. ad  
lit. c. 28.  
& 34.

## OBSERVATIO. I

## MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

\*Dilig-  
ti latro-  
cinio Sa-  
lutē ac-  
quirere  
procu-  
ra.

Arte furandi bonus Latro Regnum cœlorum acquisiuit.

(★)

Ad  
illud:  
Et dice

**R**egnum cœlorum (inquit Iesus) vimbat ad patitur, & violenti rapiunt illud. Iesum.

Mat. 11. Quare opus, latrocinio nos Regnum cœlorum acquirere? Ut exponam, præmitto determinatas iam prædestinatorum sedes, queis occupatis, nulli ultra ad beatitudinem patebit aditus. Occasio igitur (sic facileat) insidijs captanda salutis, & ubi nactus fueris opportunitatem; rapere cura beatitudinem. Sic bonus Latro arte furanni rapuit Paradisum. Sedulius cecinit.

10.

Sedul.  
L. 3.

*Abstulit iste suis cœlorum Regna rapinis.*

Testor Adulteram ad Iesum adlatam, clamantibus hostibus, *Hac Mulier modo deprehensa est in adulterio. Iesus autem digito scribebat in terra.* Ioan.

11.

8. Quid scriberet? Aug. *Illos in terra scribendos significabat. Beda, illum se monstravit, qui quondam legem in lapide scripsit.* Aptius autem cum Simone de Calsia argumento, existimo se Iesum ostendere eum, qui Agnus sine macula & librum mystice aperit, & salvandos scribit. Nacta igitur Adultera occasionem salutis, proculdubio doluit, de peccato pœnituit, nec coram Iudice abnegavit Vndè recedentibus cæteris, *remansit solus Iesus, & mulier in medio stans, quasi in libro vitali constituta.*

Adultera  
Regnum ex  
pianit.  
Pharif.  
Ioan. 8.  
August.  
Beda.

Quid memorem avarum Zacheum, qui præcurrens ascendit in arborem, ut Iesum videret, hospitio que exciperet perambulante Iericho. Lu. 19.

12.  
Zachæ-  
us fura-  
tus est  
salutem  
Epulo:  
Vbi ni,



**Chryf.** Vbi Chrysoftomus, Zachæus (inquit) *in his moras non traxit. Quid o Zachæe, gressibus vteris crebrioribus? Ut Diuitis epulonis Dominum commorantem in Lazaro repellentis amissam se dem obtineam vere Abrahamæ filius. Ideo in his moras non traho, ne alius diripiat coronam meam. Nam Virtur e raptò, non hospes ab hospite tutus. Iam clamat Iesus, Hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahamæ.* Beda, *Non quia de eius stirpe, genitus; sed quia eius est fidem imitatus. Auarus itaque epulo & titulo filij Abrahamæ priuatur, postquam inclamarat, Pater Abraham; & excluditur à salute, quam diligens alter Diues furripere festinat, ad Abrahami filiationem, & sinum aduocatus.*

**13.** Sed & Publicanus à longe stans in-  
Publica nus eri-  
puit sa-  
lutem  
Phari-  
sæo.  
Luc. 18  
August. ser. 36.  
de rem.  
Sed & Publicanus à longe stans in-  
sidias equidem collocabat Phariseo.  
Vidit illum ob superbiam exciden-  
tem, dum inquit, *Non sum sicut cæ-  
ri homines, &c. Curat humilitate ex-  
hibita præripere salutem, Domine, (ait) propitius esto mihi peccato i. Quid igitur miraris, (ait D. Augustinus) si ignosuit Deus, quando ipse agnoscit. De longinquo stabat, Deo tamen appropin-  
quabat. Vnde post huiusmodi adhi-  
bitam diligentiam, Dominus incla-  
mat, Amen dico vobis, descendit hic ius-  
tificatus ab illo. Id est, loco illius, qua-  
si e manu præripens Pharisei salutem.*

**14.** Magdalena denique scortatrix  
Magda lena ab-  
stulit  
gratiam  
Phari-  
sæo.  
alterius Pharisei præripuit salutem,  
quam illi Dominus discumbens of-  
ferebat. *Stans retro. Quasi ex specula  
attentè considerat Pharisei actio-  
nes. Quod cum vidisset inurbane Ie-  
sum à Phariseo exceptum, quidquid  
ille aut ablutionis, aut osculi, aut  
unctionis detraxit, illa diligenter im-  
pendit. Luc. 7. Quid plura? Adhibi-*

ta diligentia rapuit salutem oblatam  
Phariseo. Ad id quidem accesserat  
Mulier ore D. Paulini profata, *Cum  
vel indigni domum Pharisei audiam  
Dominum venisse, contendam præripere  
hospitis gratiam, præripere, si possem Reg-  
num cælorum.*

Regnum itaque cælorum vimpati-  
tur, & violenti rapiunt illud. Adhibe  
igitur diligentiam, ne Latro, Adulce-  
ra, Auarus Zachæus, Publicanus, aut  
scortatrix Magdalena salutem, sedē-  
que præcipiat; vnde cum fatuis Vir-  
ginibus, ianna clausa, deturberis à Pa-  
radiso. Pulchrè admodum D. Grego-  
rius Nazianzenus totam illustrat pa-  
negyrim. *Quo circa (inquit) vobis pro-  
uidendum est, ne ad gratiam cunctanter  
accedatis, verum summam celeritatem,  
adhibeatis; ne Latro vobis anteuertat  
ne Adultera vos prætereat, ne Auarus  
superiore conditione sit, ne Publicanus, ne  
scortator, (dixerim scortatrix) ne de-  
nique quisquam ex his, qui per vim in Reg-  
num irruunt, illudque rapiunt.*

OBSERVATIO. II.

Latro Iesum Regem esse cogno-  
uit, quia cum pro inimicis exo-  
rantem audiuit.

**I**nnumus ex Euthymio Iatronem  
vel apud Crucem Iesum Regem  
dignouisse, quia audiuit eum pro ini-  
micis preces ad Patrem effundentē.

David, *Speciosus forma præ filiis ho-  
minum. Psalmo 44. Vbi D. Augusti.  
tantundem ait Iesum omnium pulcher-  
rimum vocitari, ac Regem præ fili-  
is hominum, siue ut præsit homini-  
bus. Diffusa est gratia in labijs tuis.  
Labia tua o Domine, te Regem inun-  
ctum manifestant. A Patre enim ve-  
niam inimicis efflagitas. Ignosce illis.*

Gg Hinc Domine

197  
Omnia  
hæc a Na-  
zianze-  
no con-  
firmantur.

Nazian.  
Ora. 40

\*Inimicis bene-  
facere  
Regia  
virtus.

Ad  
illud:  
Cæcitas  
neq. is  
in Reg  
nibus  
1179.

20.  
Euthy.

21.  
Cæcitas

Indæo-  
rum Ie-  
sum Re-  
gem nō  
dignos-  
cētium.

August.  
serm. 50  
de verb.

Hinc Domine

Hinc elucet quam post hac specia-  
 tim, sulte Iudæi in clamitabāt. Si Rex  
 Israel est, descendat de cruce. Vt Regem  
 omnium pulcherrimum cognosca-  
 tis, sufficit eius labia veniam hostibus  
 inclamasse. Regium etenim est par-  
 cere inimicis. In hoc maxime (inquit  
 Pater) innotuit Iudæorum cecitas, dum  
 ipsum pulcherrimum, id est, Regem, pro  
 inimicis orantem non cognoverunt.

22.  
 Step-  
 hano-  
 rās  
 pro in-  
 micis  
 Regiam  
 acquirit  
 coronā.  
 Acto. 1.  
 Euseb.

Stephanus, cuius nomen idem ac  
 corona, pro lapidantibus exoravit, le-  
 su personam referens. Quid tunc? E-  
 gregiè Eusebius Emil. Deum pro im-  
 pijs Deo plenus exorat, & coronam suam  
 multiplicat. Quonam modo multipli-  
 cat coronam? Iam ille nominis coro-  
 na stipabatur, iam Martyrij cum co-  
 rona ornabat. Multiplicat coronam,  
 dum pro inimicis orando specialem  
 Regiam coronam acquirit. Huiusce-  
 modi etenim virtuti Regia corona  
 necessario respondet.

23.  
 Dexte-  
 ra David  
 hosti  
 parcens  
 Regio  
 diade-  
 mat e co-  
 ronatur  
 1. Re. 24  
 Chryl.

Olim David inimico Sauli peper-  
 cit, quando brachium elevatum, ne il-  
 le percuteretur, retardavit charitas,  
 sicut cœlestis vox dexteram Abraha-  
 mi. 1. Regum 24. Ad quem locum D.  
 Chrysoft. Egressus est igitur David dex-  
 teram illam simul cum capite coronatam  
 gestans. Cur simul cum capite? Quia  
 sicut Davidis capiti Regiū diademā  
 debebatur, sic dexterę parcenti Sau-  
 li Regia simul debebatur corona; vti  
 bis David Rex & Samuelis oleo, &  
 inimici venia inungeretur.

24.  
 Cæcus  
 postulat  
 benefi-  
 cio affi-  
 ci a Re-  
 ge Iesu.  
 Luc. 18.  
 Tertul.  
 L. 4. in  
 Marc.

Cæcus inclamitarat, Iesu fili David mi-  
 serere mei. Luc. 18. Ad quem locum  
 Tertulian. Si aliquando Davidem in re-  
 cuperatione Sionis offenderant cæci resi-  
 stentes, quo minus admitteretur: ideo  
 Christus ex diverso Cæco subvenit, ut hinc  
 se ostenderet non esse filium David, &  
 ex animi diversitate bonus cæcis, quos il-

le iusserat occidi. Quare igitur Cæcus  
 Iesum filium Davidis appellat, si Pa-  
 trem relaturus eum, percutere debe-  
 ret, non sanitate donare? Quia Iesum  
 Regis Davidis memoriās filium, eum  
 quali cogit Regiē dignitatis vi ad be-  
 nignitatem inclinari, licet ex alio ca-  
 pite iusta indignatione afficeretur  
 proprietate hæc Regia aduersus quā-  
 tūvis maximum iracundiā prævalēte.

Hostibus parcis? Necessariò te Re-  
 gia stipabit. corona. Postquam David  
 Sauli pepererat inimico, sic ille in-  
 clamitat, Ecce agnosco, quod regnans reg-  
 nabis quod Regnum Israel constituetur in  
 manu tua. 1. Reg. 24. Illud pende, Ag-  
 nosco, quod regnans, regnabis. Iā regnos  
 in præsentia, dum me hostem tibi in-  
 fensum potis vulnerate, liberum di-  
 misisti. Regnabis & postea, Itachiti-  
 co imperio potitus. Regnans regnabis.

25.  
 David  
 regnans  
 facoreg-  
 navit.  
 1. Re. 24

\*Boni  
 aut ma-  
 li locij  
 condu-  
 cunt ad  
 virtutē,  
 vel vi-  
 tium.  
 Ad  
 illud:  
 Men ē  
 to mei  
 Domi-  
 ne. &c.  
 26.  
 Pascha.

OBSERVATIO III.

Bonus Latro tenēs dexteram con-  
 fitetur, dum alter apud sini-  
 stram perit obduratus.

Paschalius à sinistri Latronis pla-  
 ga omne malum pandi fateretur,  
 quia sinistra illa, vbi hædi constitu-  
 untur, sicuti apud Latronis boni dex-  
 teram iusti omnes commorantur.  
 Quid mirum impium Latronem mi-  
 nimè se ad bonam recipere frugem,  
 si socius hæret reprobis? Bonus au-  
 tem Latro dexterę, vbi omnes electi,  
 beneficio fuit ad pœnitentiam exci-  
 tatus. Prohi loci ad bonum, & ad ma-  
 lum aptitudo! Ore duorum hoc ver-  
 bum stabit.

Apud Cayphæ domum & apud  
 Iesum Petrum contemplos commo-  
 rantem. In Iesu conspectu confesso  
 illustris inclamat, Tu es Christus fili Dei  
 vivi. Apud Cayphā autē mutatur in  
 hono-

42.  
 Petrus  
 in domo  
 Cayphæ  
 Latro, la-  
 tro a-  
 pud Ie-  
 sum Pe-  
 trus.

honoris Dominici Latronem. *N*on tamen post delictum resipuit, *noui hominem*: Porro Latro inter pra uos habitans actionibus Christum denegat, *Factis autem negant*. At coram Iesu, Dominum confitetur, Petrus confessor effectus. Perpulchrè Drogo. *In te (inquit) beatissime confessor, de totius mundi sterilitate fidei reliquias colligit Christus. Tu fugientibus Discipulis, & Petro negante, socius, & comes Passionis eius fieri gauissus es. Tu Petrus in Cruce fuisti. & Petrus in domo Cayphae Latro. Tam diu Petrus Latro fuit, quandiu intus latitans Christum foris negauit.*

Drogo de sacr. Pas.

27. Iudas apud seculos Diabolus, Diabolus apud Iesum Iudas confessor.

Idem iudicium de Diabolo & Proditore. Iudas non ne idem ac Confessor? Diabolus autem quid niù Proditor? Apud Iesum Iudas confessor, Diabolus, dum à Iesu elongatur, Proditor est. Commutantur vices. Postmodum apud Iudæorum concilium Iudas recedens à Christo Diabolus Proditor efficitur, dicente Domino, *Vnus vestrum Diabolus*. Diabolus autem in contemptu Domini Iudas existit, dum abstractus à sepulchro Iesum filiù Altissimi, inuitus scilicet, confitetur.

OBSERVATIO VI.

Latro infimi gradus à Deo adsumitur, vt Latro supremi ordinis magis taxetur, ac discerpatur.

\* Religiosum seu clericum peccatores mundiales confundunt delinquentem. Ad illud: *Hodie mecum eris in paradiso.*

28.

Princeps generis humani supremo gradu constitutus ob latrocinium excidit; & assumit Deus Latronem ordinis inferioris primi Parentis celsum locum occupaturum. O quoties delinquentem Religiosum Deus excelsu gradu excidere permittit, & in tantæ ingratitude vindictam secularem adsumit eiusdem delicti reum, vt qui minus strictis legibus teneba-

surrexit: adit inderisum illius qui strictioribus vinculis illigatus iugum proiecit!

Angeli superbiæ flagitio se se excelso throno collocati contaminauerunt. Paulo post in humili seculari loco constitutus homo superbiæ reus inuentus est. Quare Angelico simili scelere homo fragilis deperite permittitur? Plures à Patribus causæ adnotantur. Vnâ ego illâ memorabo in presenti, non quidem præcipuâ rationem. Vt scilicet Deus vindictam de Angelica turba à coelo ablegata sumeret. Cœlesti culmini herentes superbiæ affectu vltius auolare curastis: Ego alium superbum ordinis inferioris ad vestram desertam dignitatem assumam, qui non tam strictis legibus illigatus deliquit. Vt æternû sit vobis in iubilium. Alcuinus, *Quanto sublimior Angelus in gloria (seu in pulchritudine, in gradu,) tanto maior in ruina. Homo vero quanto fragilior in natura, tanto facilius ad veniam*. Quali diceret, Plus exacerbatus Deus ex delicto Angelorû, quia in sublimi throno constituti, superbiere; quam ex hominis culpa infimo loco commorantis. Vnde hunc adsumit superbientem, vt illius superbi deerberet ausus.

29. Angelus superbus cecidit, homo superbus assurgit. Gen. 30.

Adulteri Pharisei (appellati enim à Domino: *Generatio mala & adultera*.) Mulierem adulterantem ex plebe ad Saluatorem adduxere. Qui e quidem digito illorum criminis scribat in terra. Ioannis 8. Sic enim exponit Hugo Cardinal. Recessere omnes, & seniores, qui maiores in culpa properantes ablegati sunt. *Primi fuerunt (ait Pater) in fuga, qui primi fuerunt in culpa*. Non quod senio-

Alcuin. 94. Mulier adultera ex infima plebe adsumitur ad superioris gradus aduersionem. Ioan. 8.

res magis adulteri; sed quod in celsiori gradu positi arctioribus legibus tenebantur. *Remansit* itaque *solus Iesus & mulier stans. Relicti sunt* (adicit) *duo, miseria, & misericordia.* Quia quando foemina fragilior in natura, inferior in gradu tanto efficacius Iesu misericordiam ad se alliciebat: seuerius que Dominus in Proceres illos vindicabat, adulteram inferioris gradus assumens, ut celsioris gradus adulterantium sedem occuparet.

31. Pro Iuda latro cinante inferioris gradus latro adsumitur

Quod si ex auaritia etiam exemplum adsumendum sit, casum praesentem expendo. Apud Diabolum inferioris ordinis Latro commorabatur. Iudas Iesu Socius in supremo gradu constitutus se se latrocinio ma-

culauit. Nam *fur erat, & oculos habes* &c. Deturbatur Latro Iudas ab Apostolico fastigio, cuius mox Christus ausum impropere ex infima seculari plebe eleuans Latronem. Appositè ad hæc D. Ambrosius. *Tripartitas Draco, quod Apostolum subtraxeras Christo. Plus amisisti, quam sustulisti, qui Latronem vides in Paradisum esse translatum. Minister tuus eo peruenit, unde iste deiectus est.* Quid mirum si, eodem auctore, *Confitetur Latro, quem Discipulus abrogauit, Latro honorificat patientem, quem Iudas prodidit osculante.* O Iacri ministri, Ecclesie Proceres, caute, ne Diaboli minister ordinis inferioris adsumatur, ut vestro in throno collocetur.

Ambrosius.  
Plal. 39.

## SECTIO OCTAUA.

Sitis Iesu.

Ex Cap. 19. Iohannis.

TEXTVS.

Vers. 28. *Ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio.*

Vers. 29. *Ille autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt oribus eius.*

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Quanam hic scriptura esset consummanda?*

§. I.  
Scriptura hæc  
ex Pl. 68



*V* *t consummaretur scriptura.*

Iam omnia, quæ à Iudæis vnus passurus erat, ferè esse completa dignoscens Iesus, nec aliud deesse præter vnum, quod in scriptura prædictum erat, etiam hoc adimpleri cupiens, inclamauit: *Sitis.* Conueniunt omnes illam scripturam apud Psalmum 68. *existere, Dederunt in escam meam*

*fel, & in siti mea potauerunt me aceto:* Iohannes ait Christum clamasse, *Sitis,* ut impleretur scriptura. Scriptura autem non prædixit eum, *Sitis,* dicitur, sed aceto potandum, cum sitiret. Propterea sane sitim manifestauit, dicens: *Sitis,* ut scriptura impleretur, nempe eum aceto potandum. Nec enim illi aceto potassent, nisi eius verbo Iesum sitire cognoscerent.

Sed quoniam modo ad sitim Dominicam aptantur illa verba: *Dederunt* Exponitur Car men. August.

2.

*runt in escam meam fel?* Augustinus metaphoricè exponit, ut fel sint dolores omnes à Iesu tolerati. Sed, rati Patris venia, non placet expositio. Cum enim hæc simul sint copulata: fel & acetum: acetum autem ad literam intelligendum sit, etiam illud litera-liter eadem ratione videtur explicandum. Nec quidem aptè esca metaphorica, & potus materialis coniunguntur.

3.  
Aucto-  
ris ten-  
sus.  
Euth.

Sentio cum Euthym. de priori potatione (quam inferius expèdam) vini videlicet cum felle mixti, locum intelligendum: *Dederunt in escam meam fel.* Sed quonammodo etca dicitur, cum potus fuerit, & ab Evangelista bibi dictus sit? Facilis solutio. An nō quidam poculi simul & esca? *Lac vobis potum dedi.* 1. Cor. 5. En lac potus, & bibitur. *Lac comedebatis.* Eze. 34. Ecce lac simul cedit in cibum. David igitur memorans mixturam ex vino & myrrha, seu felle, & acetum, ut hæc duo distingueret, ne quis ad vnicam potationem referret: ideo vnum escam, alterum potum appellavit.

1. Cor. 5  
Eze. 34.

¶ *Quenam sitis Iesu?*

4.  
Bis po-  
ratus le-  
sus.

*Dixit: Sitis.* Bis Dominus potatus semel antè crucifixionem, post suffixionem iterum. Primo oblatus ei potus ex vino myrrhato, seu felle admixto. Torquendis enim, uti membra obstupescerent, minusque doloribus afficerentur, hoc vini genus solitum propinari. Quod Dominus cum gustasset, noluit haurire. Nec enim cupiebat sensum dolorum imminui. Postea verò aceto potatus est.

5.  
Vera si-  
tis Iesu.  
Cyril.  
L. 13. c. ti  
adnotat  
Cyrillus)

Num verè Christus sitiebat? Ita plane, & maxima siti equidem vexabatur. Caro enim illa sacratissima (v. L. 13. c. ti adnotat Cyrilus) ingentibus do-

loribus exiccata, humido etiam naturali effusione sanguinis consumpto, siti discruciabatur. Quid doloribus ad sitim potentius excitandam, qui naturalem calorem exagitant, & humidum consumunt internum?

Non quidem abnegabo alia gratiori siti simul vexatum Salvatorem, qua hominum salute, animisque expleti cupiebat. Laurentius Iustinian. *Quod Christus Samaritana dixerat, Mulier, da mihi bibere: hoc in Cruce omnibus ait, Sitis. Sitis hæc de ardore dilectionis, de amoris fonte, de latitudine nascitur charitatis; sitiebat nos, & dare se nobis desiderabat.*

6.  
Mystica  
Iesu si-  
tis.  
Iustin.  
de ago.

Num biberit acetum Iesus? Ioannes, *Cum accepisset Iesus acetum.* An gustando, vel in viscera traiciendo? Antonius, *Cum accepisset, acetum, non quidem bibendo, sed gustando.* Eum sequitur Titelman. Verum mihi videtur vinum myrrhatum degustatum non biviisse, hausisse tamen veresimilius acetum. Sic Caietanus, & alij D. Ambrosium secuti profantem. *Acetum bibitur, vinum cum felle non bibitur.*

7.  
An bibe-  
rit a-  
cetum?  
Anton.  
1. p. Tra-  
de Pas.  
Aucto-  
ris mēs.  
Ambr.  
ad 23.  
Luc.

¶ *Quorsum apud Calvaria montem acetum, calamus, & spongia?*

*Illi, spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius.* Vas adesse plenum aceto asserit Evangelista. Cur acetum spongia, hyssopus & arundo in montem adlata? Mos fuit ut hæc in locum crucifixorum adferrentur. Theophylactus. *Aceto Christum potant, id quod damnatis faciiebant.* Quibus in Cruce constitutis nō poterat militum manu vas ipsum porrigi. Vnde ab inferiori loco spongiā plenam aceto calamo lōgo ligatā

8.  
Cur ini-  
bi vos  
plenum  
aceto?

Theop.

ori illorum milites sagendam supponebant.

9. Quare reis aut in scemo di poculum? Tolet. Caieta. Ianse. Theop. Moata.

Sed quare huiusmodi poculum crucifixis solum ministrari? Pretermissis varijs Doctorum opinionibus, quas apud Barradinum nostram leges: existimo cum Toleto dari crucifixis acetum, ut citius occumberet. Acetum enim valde officit vulneratis. Erigitur causa, qua myrham vinum crucifigendis propinabant, ut minus doloribus exaceraretur. Aceto etiam potabant crucifixos, ut citius a tormento illo per mortem liberarentur. Mecum sentiunt Caietanus, Iansen. Theophy. & Montanus fatus. *Dabant Christo bibere acetum, ut citius inderficerent. Nam acetum nervis laesit vehementer nocet, & dolorem primum, deinde stuporem lathalem offert.*

10. Exponitur Lucas.

Solus Lucas exponendus relinquatur. *Undebant autem & milites accedentes, & acetum offerentes.* Respondeo Christo non solum datum acetum, ut citius moreretur, sicuti reliquis crucifixis; sed ut simul illuderent; cum enim sitire se manifestaret, loco potus acetum, quod lathale tunc poculum, obtulerunt.

11. Obiectioni sic fatis. Lyra.

Rogas quare Dominus hauserit acetum, si mortem stimulans, dolorem corripiebat? Lyranus docet non esse probabile eos citius mori, qui bibunt acetum. Unde existimo vulgari errore apud Iudaeos solitos crucifixos aceto potari ad mortis properationem; sicut apud nostrates non dissimiles huic errores circa moribundos percipere. Iesus igitur illorum gerens morem dignoscens aceti proprietates, ebivit, ut non solum non cessarent tormenta; sed aceti amaritudo tot doloribus adijceretur.

*Illi spongiam &c.* Quod vnus accurrens praestitit, ut Matthaeus scribit, multi fecisse dicuntur a Ioanne. Circa spongiam autem. insurgit difficultas. Matthaeus spongiam (ait) arundini impositam, Marcus circumpositam calamo, Ioannes autem hyssopo afferit circumpositam. D. Cyril. respondet totum verum. Nam varij milites acetum obtulere, vnus spongiam calamo, seu arundini, alter ligno hyssopi circum posuit. Theophylatus & Euthymius vnicum militem constituentes aceti propinatore arundinem interpretantur fuisse virgam hyssopi. Facilis concordia nisi obtaret hyssopum humilem herbam, nec calamos duros producentem, ut videre est apud Dioscor. & Plinium. In terra promissionis hyssopus magnus? Non difficile crederem nisi Salomone *Super lignis a cedro, qua est in Libano, & que ad hyssopum, qua egreditur de pariete,* disputaret. 3. Regum 4. Alij aptius spongiam dicunt hyssopo loco sili calamo fuisse circum ligata. Nec omnino quiesco, cum tam nimiam particularum descriptionem non sine speciali causa apud Evangelistas legamus. Expono igitur sic locum. Miles spongiam implevit aceto, & ne imbibitus liquor elaberetur, hyssopum herbam humilem & ob amaritudinem fatis funestam, & crucifixis accommodatam circumposuit, ita ut spongiam completeretur hyssopus, & inuolueret.

12. Circa spongia & hyssopo puqua- rto. Cyril. citat. Theop. Euchy. Diosc. L. 3 c. 28 Plin. L. 26. c. 4. 3. Re. 24. Aucto- tis mes. Peccatis lesu poenitentes potamus oportet. Ad illuda Sitis. D. Aug.

(.)  
OBSERVATIO I.  
MORALIS PANEGYRICA  
CIRCA LITTERAM.  
Mystica Sitis Saluatoris.

13.  
August.  
ad Psal.  
61.  
**D.** Augu. Sitis Saluatoris expē-  
dens, ait, *In cruce positus, Sitis di-*  
*xit, quamvis illi non hoc dederunt, quod*  
*siciebat. Ipsos enim ille siciebat; ac illi a-*  
*cetum dederunt, non vinum novum. No-*  
*uo vino Iesus, peccatis videlicet lu-*  
*dæorum, ac gentilium cupiebat im-*  
*pleri.*

14.  
Sponsa  
conver-  
sione lu-  
dæorum  
& Gen-  
tilium  
Christi  
epotat.  
Cant. 8.  
Appon.  
Rupert.  
Sapientior sponsa sitientem dig-  
noscentem Dominum, in clamavit, *Appre-*  
*hendam te, & ducam in domum matris*  
*meæ, ibi dabo tibi poculum ex vino condi-*  
*to, & mustum malorum granatorum*  
*meorum.* Cantic. 8. Vbi Apponius Sy-  
nagogæ conversionem contempla-  
tur, Rupertus autem Gentium cre-  
dulitatem. Hic vinum conditum ex-  
ponit Eucharistiam, ille autem con-  
fessionem intelligit. Promittitque  
Ecclesia fore, quando Iudæi, & Gen-  
tiles criminū confessione, & debita  
ad Eucharistiam dispositione, potius  
*malorum* seu criminum quam *grana-*  
*torum* multo sitim Saluatoris extin-  
guant.

15.  
Sitis  
crucifi-  
xores.  
Psal. 61.  
August.  
Mirum equidem Iesum sitire suos  
crucifixores, vulneratores, derisso-  
res. Sed tamen sitis Iesu Domini  
instar sitis defatigati excursu, qui  
vel aqua turbida gaudet refrigera-  
ri. Appositè David. *Cucurri insiti.*  
Psal. 61. Sitis Iesu currentis. Aqua  
ei turbida refrigerium. D. Augusti-  
nus. *Cogitauerunt repellere honorem meū,*  
*cucurri insiti, retribuebant mala pro bo-*  
*nis, illi interficiebant, illi repellebant; ego*  
*eos siciebam.*

16.  
Fatiga-  
tus ex i-  
tinere  
cupit vel  
amaro  
potu e-  
xatiari.  
Abstractus aliquādo a Discipulis  
suis. *Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic*  
*supra fontem. Accedit peccatrix, à qua*  
*Dominus aquam efflagitat, Mulier,*  
*da mihi bibere.* Ioann. 4. Non postu-  
lo aqua putei solum exatiari, sed tuis  
potari criminibus, tuam sitio ò foe-

mina credulitatem. Augustinus, *Si-*  
*tio, mulier, da mihi bibere. Samaritana*  
*illa ad puteum sitientem Dominum sen-*  
*sit, & à sitiente satiata est. Sensit prior*  
*illa sitientem, ut biberet ille credentem.*  
An non aqua turbida est? Ita plane.  
Sed Iesu itinere defatigato omne dul-  
ce poculum.

Propterea David sitim exprimes  
Iesu, ait. *De torrente in via bibet.* Plal.  
109. Ad quem locum D. Hierony-  
mus. *Torrentis nunquam habet mundam*  
*aquam, sed semper turbidam.* En homi-  
num peccata, quæ quidem pleno ca-  
lice Deus Saluatori propinat apud  
hortum, omnemque crimum torren-  
tem turbidum apponit, ut calice illo  
hauriat, & bibat. At Iesus licet po-  
culi amaritudinem dignouerit, tran-  
sireque à se efflagitarit: totum tamē  
torrentem epotauit, quia nulla aqua  
turbida defatigato viatori. *In via bi-*  
*bet.* Opportune Hieronymus adij-  
cit. *Tulit calicem, & impleuit de torren-*  
*te mundi. Et quoniam turbida aqua di-*  
*xit: Si possibile est, transcat calix à me.*  
*Sed propterea bibit de torrente, quia in via*  
*erat.*

Vituli caput in pulueres redac-  
tum datur Israelitis in potum. Augu-  
stino authore. Caput illud omnium  
massa peccatorum. Aqua admiscen-  
tur hi pulueres, Christo que Iesu ce-  
dunt in potum. Quid hoc poculo  
amarius, & abominabilius? Sed quid  
Dominica siti ardentius, dum cur-  
rit, dum fatigatur? Pulchre August.  
*Caput vituli corpus est impiorum in simi-*  
*litudinem vituli manducantis fenum.*  
*Moses in aqua sparsit. Ideo in aqua*  
*sparsum est, ut Christo in potum dare-*  
*tur; hoc usque in sinem sicut iste, currit,*  
*& sitit.*

Quis nisi è cursu fatigatus Do-  
minus

Ioan. 4.  
August.  
citat.

17.  
Bibit de  
turbido  
peccato-  
rum tor-  
rente.  
Psa. 109  
Hiero.

18.  
Vituli  
pulue-  
res epo-  
tauit.

August.  
vbi.

19.

David Iesu Do-  
mino a-  
quã pe-  
riculo-  
rum li-  
bavit.  
2. Reg. 23.

minus tam turbidam epotaret aquã?  
Olim David ex bello fatigatus, aquã  
experijt è cisterna Bethlehem, quam  
cum fortes illi detulissent, profudit.  
*Libavit eam Domino, inclamitans, Nũ  
sanguinem hominum istorum, & anima-  
rum periculum bibam?* 2. Reg. 23. Sangu-  
guine, siue sanguinibus, animarum-  
que periculis, id est, peccatis non ho-  
mo, licet è bello fatigatus, potatur.  
Domino plus de fatigato huiusmodi  
poculum iucundũ. Appositè igitur  
David Domino hunc calicem propi-  
navit.

20. Enim vero nunquam Dominus si-  
ne siti, quia nunquam eius curio ter-  
minatur. *Currit, & sicit,* (inquit Aug.)  
*& nunquã erit sine siti.* Et adiecit, *Quid  
tibi desit? corpus Christi impletur de te,  
quod pradietum est: Adorabunt eum om-  
nes Reges terra, omnes gentes seruient ei.  
Quid ergo sitis? Tantis populis non satia-  
ris?* Minime equidem. Quia semper  
currrens, nunquam non siti huiusce-  
modi pergrauatur.

21. Tam ardens equidem sitis Iesu,  
vt crudelitatis arguatur quicumque  
eum sitientem non potauerit. Detur  
bathus in tartara reprobos Iesus in-  
clamabit, *Discedite maledicti in ignem*

*eternum. Sitiui enim & non dedistis mihi  
bibere.* Mat. 25. Ac si diceret, Ideo dã-  
namini, quia me sitientem vestris cri-  
minibus non epotastis. Egregie Ori-  
genes adhortans peccatores ad pœ-  
nitentiam, ait, *Potemus Iesum nostris  
videlicet peccatis. Vt dicat de nobis be-  
ne potantibus: id est, vsque ad fatieta-  
tem (neque enim vlla gutta exitialis  
Babylonici calicis relinquenda) Siti-  
ui, & dedistis mihi potum.*

Mat. 25.  
Orige-  
Hom.  
35. in  
Mat.

Semper etenim sitio mundi iusti-  
tiam. Dixit aliquando Dominus, *Bea-  
ti, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Mat.  
5. Cum misericordia beatitudo, cũ  
pace, cum puritate, apte quidem, sed  
quid beatitudini cum siti? Profecto  
Iesus beatitudinem cum iustitiã siti  
copulauit, vt innuat se etiam apud su-  
peros commorantem nunquam à no-  
strã iustitiã siti liberari. Quia nun-  
quam erit sine siti, qui nunquam non  
errabundam ouem Pastor requirer,  
nunquam non Gigas viam percur-  
ret, nunquam non Sol exoriens mun-  
dum illuminabit. Si semper currit,  
quid mirum si semper spiritali hac  
siti adficiatur? *Currit, & sicit, & nun-  
quam erit sine siti.*  
(. .)

22.  
Euã in  
Beatu-  
dine cõ-  
titutus  
siti no-  
stram iu-  
sticiam.  
Mat. 5.

Quã iu-  
ste dam-  
natur,  
qui hu-  
iusmo-  
di cali-  
ce Iesu  
non po-  
tat!

SECTIO NONA.

Mors Iesu.

Ex Cap. 27. Matthai.

TEXTVS.

Verf. 50. Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum.

COMMENTARIJ, ET ILLUSTRATIONES.

Clamor morientis Iesu.



IS Dominum in extremo  
spiritu voce magna cla-  
masse Euangelistã testan-  
tur, semel cũ dixit; *Deus*

*meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?  
iterum cum ait, Pater in manus tuas  
commendo spiritum meum.* Clamor hu-  
iuscemodi cordis quidem è magno  
feruore & desiderio habens exortũ.

S. I.  
Bis cla-  
mauit  
Iesu.

Clam-



2. *Clamans voce magna.* Cur Christus moriens inclamarit? Theophyl. *Clamat magna voce Dominus, ut sciamus verum esse quod dixit, Ego potestatem habeo, ut ponam animam meam.* Ambrosio. voce ait magna clamasse, ut profiteretur, se usque ad mortem pro peccatis nostris descendisse. Athanasius. Ut suam potentiam declararet.

3. Exultimo eo tendisse magnam Iesu vocem, ut peccatorum induratum conuersioni operam daret. Unde D. Chrysost. adnotat in hunc scopum vocis iaculum ducentem Iesum terminatis tenebris, inclamasse. *Propterea (ait) in fine clamat tenebrarum; ut intelligerent a tunc ipsum vivere, & ab eo tenebras factas fuisse; ut meliores hac ratione fierent.* Fierent quidem meliores ex obiectu Dominicæ potentia. Ideo voce magna clamat, ut intelligerent, non virtutis, & naturalis roboris defectu mori; sed sponte animam offerre.

4. Per miraculum etenim affirmo vocem magnam Dominum emisisse. *Abul.* exultimat per miraculum vires leu. su conseruatas usque ad nouissimum halitum. *Tunc mortuus est Christus, cum voluit.* D. Thomas, *Christi voluntate natura corporalis conseruata est in suo vigore usque ad extremum.* Attamen meæ propositioni insisto, verosimilius existimans naturæ humanæ Iesu non fuisse inter tot cruciatus, & dolores conseruatas per miraculum vires; sed debilitatas adeo cruciatus, ut non posset clamorē ante mortem sine miraculo emittē, quem equidem emisit excitato miraculo.

5. *Obijcies.* Fuit igitur mors Christi violenta, non voluntaria, Domini ca repugnante sententia: *Nemo tollit animam meam à me; sed ego pono eam.*

Respondeo violentam fuisse, hoc est, vi vulnerum, & passionis illatā. Fuit simul voluntaria, quia cum facillimò negotio mortem omniaque vulnera impedire valeret, id minimè præstitit.

¶ *Capitis inclinatio, & Spiritus recessus.*

**C**lamans voce magna, emisit spiritum. Postquam inclamans, dixit, *Pater, in manus tuas &c.* caput inclinavit, & spiritum emisit, ut Ioannes aduertit. *Inclinato capite, tradidit spiritum.*

6. Clamor Iesu.

Quare caput inclinat? Plura Patres, & verè & pulchrè. Theophyl. *Manifestatur, quod ipse fuerit Dominus mortis.* Origen. *Quasi supra Patris gremium caput repausans, exiit.* D. Athanasius. *Mors metuens, appropinquare non audebat; ideo Christus, inclinato capite, vocauit eam.* Hugo Card. *Inclinat caput ad crucifixores, ad peccatores, ut ostēdat eis paratam indulgentiam. Vel ut ostēdat, quod porrecta. aures habet, & inclinatas ad audiendum preces humilium. Vel quasi supponens humerum, ad portandū nos, & onera nostra.*

7. Quare caput inclinac. Orig. Tra. 35. in Mat.

Ego autem huiusmodi inclinatio ne capitis Iesum arbitror adoratio- nem indicasse, prætendisseque gratiarum actionem pro cruciatibus tolleratis; sed præcipuè humilem ostēdisse obedientiam usque ad obitum, iuxta illud: *Factus obediens usque ad mortem.* Hugo Card. *Inclinato capite tradidit spiritum. Quasi diceret, Inclino caput, quia per obedientiam morior.*

8. Aucto- ris sententia.

Moyles olim occubuit, iubente Domino. 34. Iubente Domino moriens Moyles valde illustis, licet placido obitu discessit? Quid ergo illustrius Iesu, qui ad Patris præceptum non

9. Sic Moy- sis obi- tus.

Bernard.  
serm. de  
Pas.

placido, sed crudeli discessum cursum terminavit? D. Bernard. ad hæc. *Inclinato capite Christus factus obediens usque ad mortem, tradidit spiritum. Mortuus est Moyses, iubente Domino: sic Christus mortuus est, iubente Patre Sed Moyses placida morte obiit: ac Christus acerbissimam subiit.*

10.  
Pulchra  
Cassia ex  
clamatio  
ad ob  
eum.  
Cassia.  
L. 13.

Non possum me continere, quin ingeniosam de pio Simonis Cassia affectu exhibeam sententiam. Obijebat Pater Iesum expirantem, & inclamabat. *O animata infirmitas, qua moriendo reanimavit mortuos! O beata imbecillitas, qua præter usum beatificavit & miserias! O carentia humane potentia, qua omnis supernaturalis potentia, atque virtutis copiam fecit. O debilitas derelicta, qua per dispendium mortis omnibus æternæ vitæ divitiarum dereliquit. O effectio egens, qua cunctis abstulit egestatem! O iactura gravis, qua sic subvenit omnibus iacturis! O lauescens lux ex pallore, sedentibus in tenebris interlucens! O mors mortem vincens, facta omnibus vita vinens. O palmaris pallor, per quem palmes pallens æterno vigore viget! O qualitas inuisa, quantitas infinita, per quam qualificatur inequalis, & parvus summa quantitate refulget, O oratio sic rauceus, qua peccato rauceus tribuit iura loquendi. O sapientia stulta, qua per stultitiam, credentes voluit salvos fieri! O Titam æterna patens eclypsim ad horam, ut dies æternus nobis illucescat! O vox alta moriens, qua omnem revocavit errantem, instruxit ignarum! Hactenus ille.*

\*Influs  
elevat  
vocem  
mortu-  
rus, pec-  
cator  
obmut-  
tescit.  
Ad  
illud:

OBSERVATIO. I.  
MORALIS PANEGYRICA  
CIRCA LITTERAM.

Christus innocentissimus exal-

tata voce expirat, nos exilii nocentes.

Clam. i  
voce  
magna.

11.  
Hieron.

D. Hiero. *Nos cum ima voce, vel sine voce morimur, qui de terra sumus; Christus cum exaltata voce expiravit, qui de caelo descendit. Solus cœlestibus moribus imbutus quasi tuba vocem exaltat iam iam migraturus.*

Crucifixum contemplere obsecro Absalonem. *Illo suspenso inter caelum, & terram, mulus, cui infederat pertransiit. 2. Reg. 18. Vbi D. Chrylottom. Pro ligno arbor extitit, pro milite autem adduxit cum malus. Profecto Vidit hoc quispiam & nuntiavit Ioab. Videtur tragedia hæc, nullus dicitur vocem Absalonis audisse. Quare o Princeps, non clamoribus vteris ingentibus, ut decet casu ramis implicatum? Profecto apposite respondet Pater a conscientia flagellari tunc temporis Absalonem. Qui semper dilexit flagitijs maculari, in novissima necessitate constitutus quonam modo vocem ad caelum, ad terram exaltaret?*

12.  
Nocens  
Absalo  
non cla-  
mat mo-  
ribus  
2. Re. 18.  
Chryso.

Proditor ille flagitiosus laqueo se suspendit. Act. 1. Beda accommodatè, *Ut guttur, (inquit) per quod vox proditoris exierat, laquei nodus necaret. Mortis articulo iuste qui de terra fuit Iudas, vocem priuatur, vocemque minime profundit.*

13.  
Necpro-  
ditor.  
Acto. 1.  
Beda.

Quam fecus Susana! *Condemnauerunt eam ad mortem, exclamavit autem voce magna. Dan. 13. Quonam tendit vocis exaltatio huiusmodi? Respondet Lyra. Exclamavit ex consuetudine puera. Et quando iustus in discrimine constitutus novissimo non vocem exaltat?*

14.  
Moribus  
da inno-  
cens su-  
sana vo-  
ce exal-  
tat.  
Dan. 13.  
Lyra.

Cur existimas Iobum scidisse vestimenta? *Orige. ait ad strandum sibi sepulturam vestimenta Regalia scissa*

15.  
Influs &  
pauis  
confide-  
re clami-  
tant mo-  
rituri.  
prole-  
Iob. 1.

proiecisse. Mox longos attexit sermo-  
nes, queis, vel in Domini conspectu  
suam iustitiam commendat. Moribū  
dus corā Domino loqueris? Imo quia  
iam iam cōficior, vberes parturio ser-  
mones. Nam sicut qui de terra est si-  
ne voce moritur, qui de cœlo, exalta-  
ta voce debet expirare. Contestatus  
David, ait. *In diebus meis inuocabo, cir-  
cundederunt me dolores mortis.* Psa. 114.  
Aliter, *Dolores parturientis.* Ingemui,  
inclamaui, auxi vocem vehementer.

Psal. 114

Glos.

Glosia de clamante tunc, cum diem  
obiit sum, locū interpretatur. Vnde  
nam vocem exaltas o David? Pau-  
lo ante præmiserat. *Dilexi, quoniam*  
*&c.* Qui pœnituit post transgressio-  
nem, qui dilexit, in vltimo articulo  
constitutus, apte vocem cōtendit, vt  
efflagitet subueniri, vt concinat vi-  
ctoriam.

16.

Innocēs  
Abel e-  
tiā stran-  
gulatus  
clamat.

Non equidem inde vocem non e-  
missit moribundus Iudas, quia stran-  
gulatus interiit, sed quia ex innocen-  
tiæ defectu vocem amisit. Nā si præ-  
celsisset Innocētia nec crudelis funis  
vocis exaltationē impediret. Testor  
Abelē innocentia fulgidum, cuius  
sanguis tam excelsum clamorē imini-  
tebat. *Vox (inquit Deus) sanguinis  
fratris tui Abel clamat ad me de terra.*

Gen. 4.

Gen. 4. In cuius expositionem requi-  
ro, quoniam mortis genere Abel de  
medio fuerit sublatus: Singulatē pro-  
fert ex quibusdam Abulensis senten-  
tiam ab interpretibus communiter  
reiectam, in hæc verba, *Aliqui (ait)  
volunt, quod Cain strangulauerit Abel  
stringendo guttura, ligando aliquo reſte vel  
instrumento. Quæ oppinio, si sequēda  
esset, nescio quoniam modo verba illa  
possint accommodari: Vox sanguinis cla-  
mat ad me? Nisi liceat (date mihi hæc  
veniam) affirmare voces illas emissas*

ab ipso Abelis spiritu è corpore exe-  
unte. Proh morientis clamor inaudi-  
tus! Stricta strangulati guttura tam  
eleuatum emittunt clamorem? Quan-  
do non innocens voce expirat exalta-  
ta? Quando non vel in venis residēs  
iustus sanguis proclamatur? Ad hæc sci-  
te D. Paschalius. *Propterea festinemus  
& nos vitam nostrā seruare, vt & nos  
in exitu nostro possimus admodum voce  
magna clamare.*

Paschal.  
Luc. 12.

## OBSERVATIO II.

Auxit Iesus vocem migraturus,  
docens nos moribundos eleua-  
tiori adfectu Deum exora-  
re debere.

Simon de Cassia. *Clamans voce mag-  
na, Pater, in manus tuas comendo spi-  
ritum meum. Vox est morientis hominis,  
& transmigrantis de mundo.* Nūquam  
eleuatiore voce ad orandum eges,  
quam in nouissimā occasione con-  
stitutus. Eleuata vox, magnus clamor  
vox morientis est hominis. Qui valēs  
cœlesti obsequio studuisti, adhuc fer-  
uentiori affectu tuę salutis da operam  
migraturus.

\* Mori-  
turo te,  
exeres-  
cat de-  
uotio-  
nis affe-  
ctis.

Ad

Iud:

Cla-

mas vo-

ce mag-

na emi-

sit spiri-

tum.

17.

Cassia:

L. 13.

18.

Magis

diligat,

quinox

est mi-

gratu-

rus

Psal. 114

Strab.

19.

Tēpore

mortis

hostis

validior

Luc. 4.

Athān.

Ora

de

Quid David? *Dilexi, quoniam, exaudiet  
Dñs verba orationis meæ, &c.* Ac li di-  
ceret, Ardentiori charitate & ami-  
cos, & hostes diligo in finem, celsiori  
siue adfectu pro me exorare procu-  
ro. Quare? *Circundederunt me dolores  
mortis.* Psalm. 114. Vbi apte Strabus:  
*Ideo dilexi, ideo inuocabo, hæc sunt causæ  
diligendi, hæc clamare faciunt, quoniam  
circundederunt me dolores mortis.*

Quod si causā requiras. Cum va-  
lidiori tunc hoste valdo dec-  
randū. Apud desertum Diabolus à Domi-  
no deuictus recessit ab illo vsque ad tē-  
pus. Luc. 4. Vbi Athan. *Tunc Diabolus*

de

cum pudore reiectus, observandum sibi per suadebat tempus mortis, certus omnino posse se per mortem, qua omnes in servitutem redegerat, etiam hunc tentationibus subiger. Scriptum est enim apud Lucam, quod cum consummasset Diabolus omnem tentationem, abscessit ab eo in tempus idoneum. Si tempus Diabolo idoneum mortis occasio, quia tunc hostis validior, validioribus proculdubio viribus indigemus.

furos ex Ægypto mundiali, siue morturos sancto intercessore maxime indigere ad felicem professionis processum. Ioannes Climacus oportune. Quicumque ex Ægypto egredi cupimus, prorsus Moyse aliquo ad Deum, ac post Deum mediatore nobis opus est.

Exo. 3.  
Clima. 1. grad. scalar.

Quis non in admirationem rapiatur, sibi obijciens Absalonem misere deperire? Quare o milites David parentis, Regis imperio non obsequimini? Cur miserandum adolescentem temporali & æterno affici excidio permittitis? An non Regijs iussionibus tenebamini Absalonis procurare salutem? D. Chrysostom. egre gie. Qui Patrem ei reconciliauit, is ipsu interfecit. Ac si diceret, Non miru Absalonem, etiam Rege eius saluti stude, perijisse, si Ioab iam ab intercessione supersedit.

23.  
Abialo sine intercessore perit. 2. Re. 18

Chryl. in Plal. 7.

Dominus Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non pravelebunt. D. Ambr. Si Apostolo, & Martyri Petro Infernalis porta non pravelet; quisquis sociatur Martyri, tartaro non tenetur. Martyres enim Inferni porta non possidet, quoniam eos Paradisi Regna suscipiunt. Cerueus igitur quantumvis rabida fame prematur, haud poterit fidelem animam deglutire, si Diuo intercessore agglutinatur; quia scilicet Sancti cibus minime mortis.

24.  
Potentissima tunc tartari porta ad hunc adferendos. Mat. 16. Ambr.

\* Sancto ru inter celsio specia- rim in mortis iustitia illustratur.

OBSERVATIO. III.

Docet Iesus, moribundum ad potentem intercessorem confugere.

Ad illa verba: Inclinato capite, tradidit spiritum. Sic Hugo Cardin. Inclina Inclinato capite ex parte Matris sue. Quato capi si diceret, Per ipsam veniam petite. En te & ego moriturus, Matrem designo; vt 20. doceam fideles, quonam modo in no uissima necessitate constituti confugiāt ad intercessorem, aduersus que portæ inferi nequeant pravealere.

Ad illud: Hugo. 20.

Dominus exitio horridibili Sodomā deleturus, Angelos immittit, qui Loth sanctissimum eduxerunt, & posuerunt extra Civitatem. Post hæc Igitur Dominus pluit super Sodomā, & Gommorrham sulphur, & ignem. Gen. 19. illud: Igitur, pondera. Ac si consequens esset Civitates miseras deleri, iusto foras extracto. D. Ephr. Post Iusti ab his abscessum, Omnipotens manus suas posuit super eos, pluit ignem, & sulphur, & perdidit omnes.

21. Sodomā sine intercessore perire. Ge. 19.

Ephr. de mal. cou. vit.

An non potuisset Dominus ex Ægypto aduocare Hebræos sine Moyse ministerio? Potuisset equidem. Cur igitur Moysen immisit, qui in manu potenti, & brachio excelso populū a servitute abstraheret? Vt ostēdat, egres-

22. Ægypto ex fideles Moyse indi- gressio

OBSERVATIO. IV.

Inclinat caput, vt peccatores alliciat.

Inclinat caput (ait Hugo Cardin.) ad crucifixores, ad peccatores, vt ostendat eis paratam veniam. Nec enim suffixo Domino subest, qua possit prodire seueritas, totus etenim Dominus

\* Testu suffixi benignitas erga peccatores. Ad illud: Emisit spiritu. Hugo.

nus crucifixus est.

26. **E**leone **s**uffixo **m**el. **A**mbro. Samson olim dilacerauit Leonē, quā sibi adum in frustra discerneret. Iud. 14. D. Amb. in leone occisso à Nazareo Christum Dñm à Iudæis occisso recognoscit. Hunc Leonem (ait) Samson quasi Iudæus occidit, & in eo mel in figura redimenda hereditatis inuenit. Quid nō melle diffuēs in emortuo Leone:

27. **H**aud a **p**ud **s**uffixo **m**el. **O**rige. Est ne apud suffixū Iesum aliquod seueritati ostium? Orig. Omnia passus est Christus, ut nos erueret. Ac si diceret. Omnia corporis membra distorta queri passus est, ut nihil non crucifixum peccatoribus ostenderetur, nec haberet zelus vindictę vndenam posset exoriri. E capite seueritas prodire potest? Inclinator spinis, vulneratur, calligant oculi, lingua felle abluatur, genę alapis purpurantur. E collo? Colaphis percutitur. E dorso, è pectore? Flagellis afficitur, aratur, læcea transfigitur. E manibus, è pedibus? Clauis illigantur. E cæteris mēbris? Et purpura, & nuditate lacerantur omnia, ut loquat cum Euthy. Ergo nullum vindictę patet ostiū. Eleganter ad hæc Guarricus. *Toto corpore crucifixus est. Vnde queso virtus ei esse potest ad resistendum illi charitati, quę veluti victum, & captum per omnia genera infirmitatum usque ad mortē, mortem autem Crucis perduxit?*

28. **P**otētia **D**eiquo **d**amno **d**o **s**uffi **x**a in **l**e **f**u, ne **v**ulne **r**et. **G**uar. **c**ita. Erat quando Deus vtraque manu inferens plagas, ne omnino deleret peccatores, quærebat qui intercessionem institutum impetum illigaret. Inuenit Moyse, inuenit Prophetas. At ne indigeret retardatore, se se Diuinitas quodāmodo suffixit in Christo. Belle Guar. *Cum iratus est manus que ad feriendum extendit, querit, ut ipse conficetur, Virum similem Moyse, qui*

*resistat sibi, & si non inuenerit, conquertur. Non est qui consurgat, & teneat me. Absit iam ut fortis aduersum vos sit, qui pro vobis infirmari usque ad mortē, voluit. Iam non fortis ut mors, sed fortior quam mors dilectio; cum virtute dilectionis infirmata sit Dei fortitudo, cuius tamen infirmitas fortior inuēta est omni fortissimo, cuius mors probata est, esse mors tua ò mors. Quid excogitatus?*

Quem igitur vel suffixores timeamus? Num Patrem eternū, qui in mortis filij charissimi vindictam in nos animaduertet? Proh Iesu charitas in clamantis, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Matth. 27. Per pulchre D. Bernard. *Dicere ne audebimus, quod aliquando fuerit etiam sine Patre? Nemo id præsumeret, si non prior ipse dixisset, Deus meus, ut quia dereliquisti me. Habemus itaque Christum ex Patre nascentem, cum Patre sedentem, pro Patre stantem, sub Patre pendentem, sine Patre quodammodo morientem. Nam qui firmiter hęlerat Patri, ut inuunt illa verba: *Pater ignosce illis: appropinquante recessu, parumper se se quodāmodo dimouit à Patre fatus, *Ut quid dereliquisti me?* Vt scilicet à metu depectus Patris apud proprium tribunal Filij mortem, peccatores omnino liberaret.**

Litigatrix, inquis superest Mater occissi. Iam illa gladio doloris trans fossa quodammodo occubuit, orbatusque Matre Iesus obiit, non adest qui iudicio conflictari possit. Eo tenet sententiā Iosephi apud Pilatum fantis ex Epiphaniij ore. *Pro mortuo illo tuo interpello, qui ab his vulneratus est, quos ille paternę sanauerat, & ipsa etiam Matre quodammodo orbatus est. Quid instituto accommodatus?*

29. **Q**uodā **m**odo **P**ater **n**ō **a**dest **q**ui **o**b **f**ilij **n**ecē **e**xci **t**er **l**itē. **M**at. 27. **B**ernard.

30. **E**t **M**at **r**e **q**uo **d**am **m**o **d**o **o**rba **t**us **e**st, **n**e **i**psa **e**xpo **s**tu **l**er **a**n **t**e **i**udicē. **E**pipha **n**ie **P**af **ch**e.



## LIBER OCTAVVS.

CHRISTIPATIENTIS FVNERA.  
COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES IN CAP.27. Matth. & 19. Ioan. Obseruationes morales panegyricæ circa  
litteram in Iesum patientem.

*Consummato opere Redemptionis patiens Iesus inclamauit, Consummatum est. Tanto operatori diebus laboris transactis, requies Sabbati consecratur. Requieuit die septimo, Gen. 2. Ad qua lunil. Per requie (ait) diei septimi præsignabatur magnus dies ille Sabbati, in quo Dominus in Sepulchro erat requieturus, completis in die sexto omnibus operibus suis, quibus mundum, quem sexto die perfecerat, iam perditum restaurabat. Vnde in sexta die dixit, Consummatum est. Sic ille.*

## MATTHAEVS. IOANNES.

Ex cap. 27. Mat. Vers. 51. *Ecce Velum Templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, & terra mota est, & petra scissa sunt, & numenta aperta sunt.*

Ex cap. 19. Ioan. Vers. 33. *Ad Iesum autem cum venissent milites cruris fragio operam nauantes, & viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.*

Vers. 34. *Sed vnus militum lancea latus eius aperuit; & continuo exiit sanguis, & aqua.*

Ex cap. 27. Mat. Vers. 59. *Et accepto corpore, Ioseph, inuoluit illud in sindone munda.*

Vers. 60. *Et posuit illud in monumento suo nouo, quod scierat in petra; & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti.*

## PARAPHRASIS.

51. Protinus omnia testata sunt mortis Dominicæ efficaciam. Velo sacro scisso, Gentilis à Iudæo fecernitur; terra concissa est, petra scissa sunt Iudæis exprobrantes cordis inuincibilem duriciam; monumenta aperta sunt deuotam a ortem inuenciam.

33. Adeuntibus præterea Iudæis Pilatum, ut fractis cruribus, cadauera de medio tollerentur, ne imminens festum funestarent: frangentibusque militibus crura Latronum, quos viuentes repererant, cum ventum esset ad Iesum, quoniam viderunt illum iam exanimem, superuacuum putantes, illius parce cruribus decreuere.

34. Sed adstabat inter milites quidam, qui quocertior esset mortis Iesu, lancea perforat latus eius. Ad protinus ex vulnere sanguis & aqua profuit, vber adhuc ablutio delictorum.

59. Cum autem immineret nox, diues Decurio Arimathiensis, nomine Ioseph petitum, ac donatum corpus Iesu conditum aromatis sindoni munda dedit.

60. Ac in monumento nouo reposuit, quod solido exciderat in saxo: aduolutoque saxo ingenti tanti custodem thesauri, ad ostium monumenti, abiit. Actum hoc consilio cœlesti, ne aut quis furtim tolleret, aut ne Iudæi feris immaniores sauirent in cadauer.

## SECTIO PRIMA:

## Creaturarum motio.

Ex Cap. 27. Matthæi.

TEXTVS.

Verf. 51. *Ecce velum Templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum, & terra mota est, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt.*

## COMMENTARIJ, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Veli disruptio.*

§ 1.



Contestauere creaturæ Conditoris abscellum. Ab hora, qua maximè affolet feruere Sol, tenebræ subito obortæ per totam Ierosolymitanam Regionem. Sol enim detestans tantam hominum impietatem, adduxit faciem suam Iesu morituro, qui lux erat totius vniuersi. Terra concussa est, saxa dissillierunt: nulla naturæ parte non in horrescente ad tam immane fœcinus. Quin & velum tēpli nullo mouente in duas est partes dissectum.

2.

Quod -  
nā tēpli  
velum  
disrup-  
tum?

Hiero-  
q. 8. ad  
Hedib.

D. Leo.  
fer. 10  
de Pas.  
Carth.

*Ecce velum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum.* Suppono duplex templi velum extitisse, vnum in ostio Tabernaculi, alterum in ostio exterioris domus constitutum; & requiro, Quodnam ex illis sit in morte Dominica scissum? D. Hieronymus. *Quod in Tabernaculo, & in templo foris positum fuerat, & appellabatur exterius. At D. Leo. Velum, cuius obiectu includebantur Sancta sanctorum à summo usque ad ima disruptum est.*

Sequitur Dionisium Carth. vtrumque conicissum velum adfirmantem. *Ecce velum templi, id est, quod velabat. Veli nomine vtrumque complexus, vel memorans nobilius, id est, interior, quod per excellentiam velum templi adnominabatur, nec tamē negat alterum esse disruptum.*

Quod si mysterium enodare velim huius disruptionis, repudiatio Iudeorum innuitur. *Repudiatos (D. Leo.) vos à Iudæi, debuistis agnoscere, & omne in Sacerdotij perdidisse.* Deinde à Synagoga Ecclesiæ transmigratio figuratur. *Adeo (inquit D. Leo.) tunc à lege ad Euangelium, à Synagoga ad Ecclesiam, à multis sacrificijs ad vnā hostiā, quæ Deus est, eius aē est facta translatio.* Præterea lignatur aperta iam adesse mysteria, quæ sub typorum velamine latitabant. *Amb. Synagoga velamen auferitur, ut religionis interna mysteria reuelata mentis cernamus obtutu.* Nec non Iudaici sceleris velum detestator apparet. *Theoph. Sicut erat mos Iudæis, in blasphemijs cōtra Deum scindere vestes: ita nunc quoque diuinum Tēplum, quasi agre ferens Christi mortem, disruptit vestem suam, hoc est, velum.* Per Christum denique innuebatur aperta viā in cœlum, quæ antea erat omnino clausa. *Euthymius. Scissum velum significauit diuisum esse iam medium parietem inter cœlum & terram, qui inter Deum erat & homines, & factum esse cœlum hominibus peruium.* Sancta quidem Sanctorum cœlum significabat. *Heb. 9.*

3.  
Scissi  
vel lami-  
nis my-  
steria.  
D. Leo.  
cir.

D. Leo.  
ferm. 17

Amb.  
in Luc.

viā ad  
cœlum  
patere  
per Ie-  
sum.  
Euthy.

Terra concitata.

4.

**T**erra mota est. Nūc tota orbis terra concitata? Origenes negat. Baronius & alij adfirmant. Quod Phlegontis cōprobatur testimonio. *Quar*

to anno

An tota  
orbis ter-  
ra com-  
mota?  
Orige.  
Phleg.  
L. 14.

to anno 202. olympiadis dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versas, ut stelle visæ sint, terraque motus in Bithynia, Nicæna urbis multas ades subuertit.

**3.** *Petra scisse sunt.* Id est, saxa, magnæ que rupes dissihiere. Num ex terræ cômotione? Adfirmat Baronius. Ego autem peculiare miraculum extitisse reor, neque ex vi commotæ terræ exortum. D. Hieronymus in Euãgelio Nazareorum legit asserit super liminare templi infinitæ magnitudinis fractum, diuisum. Nec non legit petram, seu rupem montis Caluarie, in qua fixæ tres cruce adeo scissam, vt diuisio interiecta fuisset inter crucem Iesu & Latronis impœnitentis.

**6.** *Monumenta aperta sunt.* In morte ne Christi, an in resurrectione? Videtur non aperta in morte, quia corpora surrexere, quæ non decebat ad vitam reuocari, nisi prius mortuorum Primogenito e sequelchro profiliente. Affirmo tamen in morte Dominica referata sepulchra, non tamen mox corpora Sanctorum surrexisse, sed Dominicæ resurrectionis instantia. D. Hieronymus. *Cum monumenta aperta sunt, non antea sancti resurrexerunt, quam Dominus resurgeret, vt esset primogenitus mortuorum.*

**7.** Num ij sancti, qui resurrexerunt, rursus obierint? D. Augustinus. Euthy. Theophylactus & alij affirmant obijisse. Epiphanius autem, Ambrosius, Hieronymus, Remigius & alij ad vitam immortalem resurrexisse profantur. Nô leuia fundamenta vtrâque sententiam probabilem reddunt. Ast ego crediderim iterum obijisse, si huiusce resurrectionis finem spectem. Nam sancti hi ideo resurrexere, vt enunciarent, ac probarent sua resur-

rectione Saluatoris resurgentis triumphantum. Vnde debuerit ex his, qui noti Iudæis proximèque obijissent, existere. At hi non videntur ad immortalem vitam adsumendos, relicto Baptista, cuius hodie caput adoramus, & alijs antiquissimis Diuis. Postquam igitur suo sunt munere functi, ad sepulchrum rursus rediere cadauera, animæque ad superos auolauerunt. Confirmo ex D. Brigittæ reuelatione. *Anima Sanctorum* (inquit Deipara) *qui surrexerunt, ascenderunt cum filio meo. sed corpora expectant resurrectionem.* Et alibi, *Scias quod nullum corpus humanum in cælo est, nisi corpus gloriosum filij mei, & corpus meum.* Id quod firmiter semper adfirmabo.

Brig. l. 6. c. 94.  
Brig. l. 7. c. 16.

**¶ Ceterarum creaturarum commotio.**

**8.** **Q**uin & reliquæ creaturæ rationis participes mirum in modum occumbente Domino, doluere. Refert Salmeron noiter omnium hominum corda subitum inuasisse doloré, atque illum quidem vehementem, etiam si causam ignorarent, vt motiente capite, tota membra contabescerent.

Homi. nu luc. tus.  
Salme.

Quid de Angelorum cœlicolarum attexam comparsione? D. Bernardus, & Augustinus cõtestantur amare fleuisse. Audi ex ore Deiparæ ad Brigittam. *Congregati Angeli etiam quasi turbati videbantur, cum viderent Deum in humanitate pati in terra.* Sed quomodo immortales & gloriosi Cœlicolæ disturbari potuerit? Gaudet quidem de fructibus passionis, sed quasi de pœna eius quodammodo (ait Deipara) seu metaphorice contristantur.

9.  
Metaphor. cus Cœlicolarum dolor.  
Brig. cit.

De Spiritibus denique sanctorum apud Abrahami sinum decubantium adijcit Deipara. *Ills autem, qui erant*

10.  
Spiritu comorâtes in limbo dolent  
Brig. cit.  
ibid.

Nū sancti tunc resurgentes rursus obierint?

33011A  
33011 B  
33011 C  
33011 D  
33011 E  
33011 F  
33011 G  
33011 H  
33011 I  
33011 J  
33011 K  
33011 L  
33011 M  
33011 N  
33011 O  
33011 P  
33011 Q  
33011 R  
33011 S  
33011 T  
33011 U  
33011 V  
33011 W  
33011 X  
33011 Y  
33011 Z



in sinu Abrine, multum turbabantur, in tantum, quod maluissent in aeternum esse in inferno, quam talem penam videre esse in Domino suo.

sum horribilibus delictis in cadauer seuiendo implicari faciatis.

Ne fociu tibi Iudgum harere per mittas, te fortalsè adlaturu ad vetera, scripturarū abusū testimonijs. Diabolus Iesu apud desertū, Si Filius Dei es, mitte te deorsū. Scriptū est enim quod Angelis suis mandauit de te, ut custodiāt te.

14. Contra hæreticorum fideles cōtuberna les.

Luc. 4. Nec Dñs permisit ulterius progredi Zabolū, sed consummata omnitentatione, ablegatus est. Vade retro Satthana. Mat. 4. Quare ad vteriores tentationes progredi eū Dñs nō permisit? Quia vbi deprauatus focius testimonijs vtitur scripturæ ad errorem suum persuadendum, scissura necessaria est. Apprimè D. Idor. Neque vetus ille rebellis, propterea quod oracula diuina memoria tenebat, cum tentaret, ob eorum cognitionem laudem merebatur: tueri contra abijciendus, ac detestandus erat.

Idor

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Mythicam Creaturarum commotionem illustro.

11. Theop. Theoph. ad hæc. Non est mortuus Christus, sicut cōmunis homo, sed cum magna potestate. Velū templi diruptum, terra mota, petra scissæ, aperta monumenta, vt magna nobis mysteria portenderentur; neque enim excitatur miracula a Deo, nisi nostræ infirmitas vtilitati.

Caput primum.

¶ Velum scinditur, vt à Iudæis fidelibus ex gentibus diuisionem ostendet.

\* Ne te magnis inimicis peccatoribus. Ad illud: Velum templi scissum est. 12. Calsia. L. 13.

12. Ielus igitur moriens cū magna potestate, eā exerit in primis in Veli scissione. Pars veli Iudæos, pars gentiles significat Simon. de Cals. adnotante. Pars vna Iudæorum est, quoniā adhuc est velamen in cordibus ipsorū; altera infidelium, qui idololatria velamē super se habet. Scissura necessaria est. Ac si diceret. Nō bene cōueniunt, nec in vna sede morantur Christianus ex gentibus cū Iudæo. Necessaria est scissura, ne Christianus ex gentibus contaminari queat.

Quando Iudaica lex suo vigore pollebat, Iudæi quidem à gentibus diuidebantur, ne idololatriæ ritibus Moyli affectu contaminarentur, præsertim cum gentiles legis suæ præcepta euulgabaat. Isaias ad suos. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. Cap. 48. Vbi D. Amb. Chaldæi sunt, qui siderum cursus vana studio superstitionis explorant, & impia serunt gentilitatis error es. Ab his fuge, ne te capiant, ne te gaudeo incedant. Id quod dictū existimet sibi Christianus ex gentibus. Ab omni Iudæo sibi cauere curet, sed speciatim ab impia dogmata ferente.

15. Iudæis prohibetur omnimoda gentilitas conforio. Isai. 48. Ambros

Caput secundum.

¶ Terra tremet, delicti Iudæorum pondus immensum non sustinens.

\* Peccati pondus. Ad illud:

16. Quare terra tremore cōcutitur? Simon de Cals. Tremet terra, ferre mota nō valens, quod plebs Iudaica sustinebat. Namis periclitabatur contereri, & miserunt Calsia.

13. Deicidæ Iudæi Gētilis milites, imo Pilatū Præsidē ad immane flagitium traxere. Vnde Pilatus proprio periculo sapiēs, rogantibus Iudæis crucifixi Dñi custodiri cadauer, respōdit. Habetis custodiam, ite custodite. Matt. 27. Et cur eos tā propere à se discutit? Vnico verbo Damas. Horrui Pilatus cōmertiū Det interfectorū. Abite, ne me rur-

Damas. Orat de ab. sac.

*rant vasa, quæ erant in navi, in mare, ut alleviaretur ab eis. 10a. 1. Equidem potentissimi maris dorsum non poterat lonæ peccati sarcinam sustinere. D. Chrysostomus, Nautæ non dum agnita causa naufragij, navem aliquantulum rerum in iactatione sublevari arbitrabantur, & nihilominus nauigium turbabant; apud se enim peri. ubi sarcinam retinebant, & magis, magisque Prophetæ corpore gravabantur, non corporis magnitudine sed peccati. Mirum esset, si labilis aqua ferre quiret, quod stabilis terra nequibat sustinere. Profecto omnium creaturarum materialium fortissimum coelum, de cuius soliditate, & crassitie plura Philosophi. Id quod sub immenso peccati pondere ingemuit, excidente Angelo spiritu leuissimo.*

Ioan. 1.  
Chryf.

17.  
Iudæica  
pate de-  
misso  
ambu-  
lant ob  
peccati  
pondus.  
3. Re. 21.  
Chryfo.  
Hom. 32  
ad pop.

Dicitote mihi, miseri Iudæi, non ne capite demisso ambulatis? omnibus inuisi, opprobrium hominû, defectio plebis? Quid illud portedit nisi frontem vestram ab immenso peccati onere de primi? Post peccatum ambulavit Achab demisso capite. 3. Reg. 21. D. Chryfost. illam capitis demissionem delicti ponderi attribuit, factus, Graue, & onerosum est peccatû, & omni plumbo ponderosius: sic & Achab postquam hoc sensit, deorsum inclinatus ambulabat. Quodnâ Achabi flagitiû? Non ne Nabothi iustum occidere, & vineam iniuste possidere? Sic Iudæi, Hærede occisso, Dominicæ vineæ conati sunt effici possessores. Queis hereditas ablata, ipsiq; tanti flagitij pondere pressi in morem Achabi, demisso capite huc illuc diuagantur.

\*Nūquā non veritas pro dit in luce. Ad illud

Caput tertium.

Petra scinduntur, ut obmutescentibus hominibus, fiant veritatis præcones.

**Q**Vorsum scissarum petrarum miraculum excitatur? Cassia appositè. Vbi homines in hac iniustitia pro veritate tacent, saxa scissa loquuntur, & provocant dura hominum corda, ut scindantur, & recogitent eum, qui talem pro omnibus sustinuit passionem. De primere conaris veritatem in iudicio, ut innocens pereat? Petræ scinduntur ad veritatis manifestationem, inanimata dabant voces suas.

Petra scissa sunt. 18. Cassia cita.

Deus olim Pones (ait) in rationalium iudicij doctrinam, & veritatem. Exo. 28. Duodecim lapides in eodem iudicij rationali appolitos legimus. Non opus in ore Sacerdotis veritatem relidere, ut euulgari possit: appositè in rationali iudicij lapidibus insculpitur, quemadmodum nomina filiorû Israel. Lapidem enim ipsi coram iudice in clamitabant, ut veritatem manifestare queant.

19. Veritas semper tandem clamitabit. Exo. 28.

Fuit quando Petrus, petra scilicet rogatus à puella, Dñm abnegavit, lingua obmutescente. Totum iam tenatû de Decidio libere accusavit. Act. 4. Loquitur petra, quod fragilis reticet homo. Quod mirus miraculum (pulchre clamat Chryl.) illo quis quæreret, cum is, qui ante etiâ abrecta puella minas ferre non potuit, nunc aduersus Iudæorum populam insurgit. Petra quippe coram tenatu loquitur, quâdo fragilis apud Cayphâ homo deprimit veritatem.

20. Petra Petri inclinat veritatem. Acto. 4.

Ingrederè (inquit Moyfi Deus) & loquere ad Pharaonem. Moyses autè. Quomodo audiet me Pharaon. præsertim cum in-circuncissus sim labijs. Exo. 6. Sixtiana. Cum mutus sim. Mutum o Domine, seligis ad veritatis manifestationem cora tribunali, vbi Rex ipse accusad' est? Quid si Moyses reticeat? An non puluis terræ percuss', lapides è cælo excidetes vocè prolaturæ sūt, ad verita-

21. In animata apud Pharaonem veritatē promulgant. Exo. 6. Sixtiana.

tis manifestationem? Hæc equidem veritatis vis reticente homine in iudicio, vel petrarum clamoribus manifestari.

stum mors habebat, dolebat, & affligebatur, quousque cum enomuit. Id circo inquit Apostolus: Soluens dolores mortis. Nec enim aliqua mulieri, cum parit, ita dolet, ut illa cum corpus Dominicum comprehendisset, distrahebatur, lacerabatur.

Chryf. Ho. 24. in 1. ad Cor.

Caput quartum.

\*Mortis infirma iacula. Ad illud: Monumenta sunt.

¶ Monumenta referantur, ut innuant mortem à Dominica morte interemptam.

**C**Asia perficiens argumentum. Monumenta aperta sunt, & apparebant illa iam resoluta cadauera, consumpta in pulueres, discopaginata in osibus, & plura scatenia veribus, & patebant oculis intuentium. Sic que steterunt ab illa mortis hora. Ut scilicet innueretur mortem Dominicam morti prorsus exitialem extitisse.

Ubi ò mors, (inquit Dominus) stimulus tuus? 1. Cor. 15. Apis in mortem mors letum circumdedit, vulnerate que lapidem intendens, aculeo est expoliata. Id quod expendens D. Athanasius, fatur. Quemadmodum infestum animalculum, cui nomen Vespa, cum impetit petram, non eam laedit incursum, sed potius perdit aculeum: sic & mors vehementer falsa est incurrens vitam, qua est Christus Iesus. Non enim potuit eum tenere mors, sed ipsa potius aculeum perdidit adeo, ut quos prius tenebat aculeus, nunc exultent, ac dicat; Vbi tuus mors, aculeus?

257. Mortis aculeus hebetatur, Iesu moriente. 1. Cor. 15. Athanasius de Pas.

23. Iesus moritur ut deneret mortem. 2. Par. 18. Beda. Ambro. Rex ille Israeliticus Achab mortem Domini figuravit. Rex Israel stabat in carru suo contra Syrios usque ad vesperam, & mortuus est occidente sole. 2. Paral. 18. illud: Contra Syrios, adnotata. Id est, expendente Beda, Contra Humectam, seu humo reconditam. Obbeunte enim Domino, humecti resurgunt, morte Syria, siue Humecta pereunte. Appositè Ambrosius currum Iesu morientis asserit Crucem. Currum suum triumphator ascendit. Solet precedere pompa victoris: at vero currum Domini triumphalem præt bona pompa resurgentium defunctorum.

Omnibus itaq; mors non modo non exitialis, sed in cibum cedit, & potum. In cibum quidem, Cypria profante. Mors rapuit quidem corpus Iesu, inò sentiens in eo hamum Diuinitatis inclusum; sed ubi (in morem piscis) deuorauit, haesit continuo, & disruptis claustris uelut de profundo tracta traditur, ut esca ceteris fiat. Dulcè similiter mors à Domino preparatur in potum. Cum pro omnibus gustaret mortem. Heb. 2. Dominus (ait Chry.) quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis, ut ficialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam habens necessitatem. Iam igitur poteris ò fidelis, bibere calicem, quem ego biui. O Pater, transfert calicem istum à me, ab eis bibatur (loquor cum Hil.) sine sensu doloris, sine metu mortis.

26. Mors à Iesu in cibum, iucundum que nobis præparatur in potum: Cypria. Symb. Ob Iesu mortem mors non bis cedit in potum. Heb. 2. Chryf. Hom. 4. in ep. ad Hebra

24. Mories Dominus mortis soluit dolores Act. 2. Petrus inquit Iudæis, Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni. Act. 2. Aliter, Doloribus mortis. Resurgente Iesu, dolores mortis soluntur, quia moriente Domino, vehementer coepit discrucari. Chrysoft. Cū Chri-

SECTIO SECVNDA.

Lancea.

Hb 2

Ex Capite

Ex Cap. 19. Ioannis.

## TEXTVS.

Verf. 33. Ad Iesum autem cum venissent, & viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura.

Verf. 34. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit; & continuo exiit sanguis, & aqua.

## COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Dominici lateris reseratio.*

5.1. **P** Ræceperat Dominus Deus. 27. vt cadauera confixorum eodem die deponerentur. Id quod in presenti præstandum erat citius ob imminuentem Sabbati solemnitatem. Quãdo enim crucifixus fuit Dominus, erat Parasceue, seu sexta feria. Quod si depositio differretur, toto Sabbato corpora mansissent apud paribula contra legis præscriptum. Nec enim Sabbatum seruili opere erat violandum. Rogant igitur Iudæi Pilatum, vt crucifixis crura frangeretur, morsque illis acceleraretur, vt antè occasum deponi quirent. Iam enim dies declinabat.

2. **A** dnuat eorum præcibus Præses. Veniunt milites iussa Pilati executuri; inuentosque duos latrones viuentes eos crurifragio adficiunt; Dominum autem iam mortuum comperientes, ab eius crurium fractione abstinere. Non enim crura frangebantur, nisi vt citius suffixi morerentur, vti docet Cyril.

3. **R**ogas cur noluerit Dominus eius crura cõfringi? Respondeo cum Origene. Integrum corpus manere voluit, significans cito resurrecturum. Id quod à D. Cypriano adprobatur. Non autè probo quod adijcit Orig. mortem Iesum accelerasse, & ante tempus naturale mortu esse, vti vul-

nus ofsium euitaret.

*Ad Iesum autem, cum venissent &c. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Cur lancea vulneratur? Cum crurium fractio eo tederet, vt citius reus moreretur, Iesu mortuo parcere decreuerunt. At vnus militum dubitans, nõ verè mortuus esset, lanceæ vulnere & documentum assumit, & officium crurifragij expleuit, vt D. Cyr. placet, cuius iam data verba Lib. 1. rursus proprio in Panegy. exhibebo.

Veru ad Iudæorũ gratiam conciliandam id effectum sentit Chrys. Id equidem scio diuina prouidentia permisso, vt Dñica morte nullus vnquam quitet addubitare; vt quãto manifestior esset mors, tanto certiores de Resurrectione redderemur.

Sed quare nõ sibi viuo, sed mortuo latus Dñs aperiri permisit, & voluit? Vt nos instrueret. Nã aqua & sanguis quæ ex eius latere fluxere, sacramenta significabãt, quæ quidè efficaciam, & dilatationẽ ex morte, & post mortẽ Dñicã acceperunt. Deinde, vt mortis eius effectus ostenderetur. Apertio enim illa lateris ianuã Regni cœlestis per Iesu mortẽ reseratã indicabat.

*Latus eius.* Quodnam? Dextrum ne, an sinistrum? D. Bern. dextrum adficiat reseratũ. Dñs (inquit) dextrũ sibi latus passus est propter me fodi. Eiusdem sententiæ Innocent. Bonau. Ludol. Brig. Nazi, & alij. Obijcies, Miles cor

4. Cur vulneratur?

Cyri. L. 12. c. 39.

5. Diuina prouidentia id.

6. Cur viuo latus nõ vulnerari voluit? Ioan. 10.

7. Quodnã latus aperitur? Bern. serm. 7. in Psal. Qui hab.

Domi.

Dominicum hasta petebat. Ergo latus sinistrum vulneravit. Verū per dexteri lateris ostium vulnus ad cor vsque transmeare curabat.

8. Num transfixum cor? Affirmat D.

Brigitta hisce verbis. *In corde punctus erat tā amare, & immisericorditer, quod pungens non desistit, donec lancea attigit costam, & amba cordis partes essent in lancea.* D. Vincentius contestatur. Nec aliud significare reor Cyprian. fantem. *Christus emisit quidquid resederat in corde sanguinis.* Gabriel denique asserit hastam infixam sub costis dextri lateris vsque ad cordis ipsius transfixionem.

9. Unus militum. Quis? Vsuarius, A-

do, & Beda scribunt hunc militem Longinum appellatum. De quo D. Isidorus, *Longinus latus Salvatoris aperuit, & gutta sanguinis Christi, cum esset altero oculo privatus, illuminatus est extra, & intus lumine fidei, & per Apostolos baptizatus, & post longum tempus in exilio, Episcopatus honorem, & Martyrii coronam meruit.* Apud Salmeronem quidem legi, sed de more recognoscere proprio in fonte conatus, non inveni. Profecto opinio hæc de Longino cruore sacro delinito vidente, roborari solet ex illis verbis Ioannis: *Et qui vidit, testimonium perhibuit.* Hoc est, miles cæcus, qui vidit, sanguine Dominico inunctis oculis, testatus est. At non ad militem, sed ad Ioannem videntem verba hæc referenda affirmo. Vnde non ob Evangelistæ sententiam fides abhibenda opinioni, sed ob Petrum Comest. Nazianzenum, & alios gravitate cōspicuos Doctores adfirmantes. Licet (ingenuè fateor) dubius hæreo.

Petrus Comes c. 139. Nazian. Trag.

¶ Sanguinis, & aquæ profluxio.

ET continuo exiit sanguis, & aqua.

Latus Iesu perfossus incunctanter fons sanguinis & aquæ efficitur.

Non equidem aqua sanguine permixta profluxit. Sic etenim discerni oculis non potuisset. Ioannes autem significat se oculis corporeis aquam & sanguinem vidisse fluentem. Et qui vidit, testimonium perhibuit.

Quinam (requiris) liquor prior irupit? Aquam fluxiorem effluxisse priorem Chrysostr. asserit. Cui si obijciam prius sanguinem ab Evangelista recenseri; respondere posset, priorem locum obtinuisse ob dignitatem, non quod prior profluxisset.

Attamen ex antiquo id codice adducit. Simon de Cassia & Salmeron, post sanguinem prodixisse aquam adfirmant.

Ego autem existimo aquam simul & sanguinem diversis vijs, & separatim cursu defluxisse. Sentio cum Cypriano fante. *De latere tuo, Domine, fons egreditur in vitam æternam proficiens, & de eadem, consubstantialique origine diversis limatibus aqua & sanguis emanant.*

Num aqua vera? Cauere oportet errorem ab Innocentio damnatum, quem nostri temporis hæretici suscitaverunt, nempe non veram aquam, sed humorem slegmaticum fuisse, qui vna cum sanguine de latere Dominico fluxit. Vera etenim aqua extitit, quæ aqua appellatur à Ioanne, & aqua ex visu comprobata est.

Constat hinc aquam excitato miraculo fluxisse. D. Thomas, *Fuit aqua pura miraculosè egrediens à corpore mortuo, sicut & sanguis ad comprobendam veritatem Dominici corporis contra Manichæorum errorem.*

10. Non solum sanguine permixta aqua fluxit.

11. Nū prior aqua profluxerit, an sanguis? Chrysostr. Ho. ad Neoph.

Cassia. Salm.

12. Auctoris sententia. Cypriano. Tra. de Pal.

13. Vera aqua effluxit. Innocentius in quadam de celi. Mis.

14. Miraculo Iosephæ aqua profluxit, & sanguis. D. Tho. 3. p. q. 66 a. 4. ad 3.

Uti scilicet per aquam, quæ est unum elementorum, ostenderetur corpus Christi vere fuisse compositum ex quatuor elementis: per sanguinem vero ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus. Similiter sanguinem miraculose profluxisse affirmandum est. Theoph. Sanguinem ex mortuo corpore prodijisse, est admirabile.

¶ Profluentis sanguinis & aqua mysterium.

14. Latus aperitur ad exitum mylteriorum.

**C**ontinuo exiit sanguis, & aqua. Hæc camera calu genæ videbantur, videlicet, quod pro cruribus frangendis latus Iesu perforatum sit, diuini plane consilij effecta sunt dispensatione. Mylteria namque è reposito fonte prodire. Vnde militem apperuisse latus Saluatoris Ioannes affirmat, non percussisse: quasi qui ostium panderet ad egressum.

156. Effluxit Ecclesia.

E latere itaque Christi Ecclesiam in primis efformatam recognosco, quemadmodum ex latere Adami dormientis Eua efformata est. Clemens V. *Emisso spiritu, Christus sustinuit lancea perforari latus suum; ut exinde profluentibus undis aqua & sanguinis formaretur unica, immaculata, ac Virgo sancta mater Ecclesia, coniux Christi: sicut de latere primi hominis soporati Eua sibi in coniugium est formata.*

Clemens de sum. Tri. & fid. cat.

16. Aqua in ablutionem, sanguis in supplicium. Cyril. Cat. 13.

Deinde sanguis Iudæis in supplicium, aqua Gætilibus in ablutionem propinatur. Pulchre id exprimit Cyril. Ierosol. *Erant hæc duo de latere, iudicanti aqua, clamantibus vero sanguis. Aquam iudici suo Pilati gentili dedit ex latere, ut ablueretur. Iudæis autem insidiatoribus ex sanguine damnationem.* Id quod ad incredulos & fideles extendit Rufinus fatus, *Produxit aquam, qua credentes diluat; prouexit etiam sanguinem, qui condemnet incredulos.*

Rufin. Symb.

Tertio sanguine Martyres, aqua vero baptizando fideles potati sunt. Ierosol. D. Hier. *Latus Christi percutitur lancea, & Baptismi, atque Martyrij pariter sacramenta fundantur.* Contestantur Tertal. Rufinas, & Cyr. Ierosol.

17. Aqua Baptismi, sanguis Martyris. Hieron. Epist. 83.

Quarto sunt qui aqua nos Baptismatis regenerari, sanguine que Eucharistico nutrirî contempletur. D. Chrysoit. *Non casu, & simpliciter hæc fontes scaturiunt; sed quoniam ex ambabus Ecclesia constituta est. Sciunt hoc initiati per aquam regenerati, sanguine nutriti.* Cyril. Alex. contestatur.

18. Baptismus, & Eucharistia. Chrysol. 10a. 19.

Quinto, aquarum effusione ex fonte sanguine reliqua sacramenta profertur. Vnde illud Cypri. *De latere tuo fons egreditur, in vitam æternam proficiens. Sacramenta in perpetuum duratura, & fontis illius ubertas perenni lapsu uniuersam Ecclesiam rigat, & facundat.* Et adijcit. *Ex hoc fonte non solum ablutionis prima undas haurimus, sed & compunctionis, & lacrymarum perennes effluunt riuus, misericordiarum suauitas, & totius pietatis affectus.*

19. Omnia sacramenta effluunt.

Lacrymarum effluunt.

Sexto, ipso vulnere lateris innuitur Adæ vulnus esse sanatum. Accipe ex Eurh. *Foditur lancea in latere Saluator, quia peccato vulneratum est latus Adæ. Sive ut Euan, lateris sui vulnere a plaga lateris sanaret.* Hinc latere dextero vulneratur Iesus, quia ex eodem digniori Adami latere Euan ex ædificatâ reor. Licet enim Petera & alij afferat ex latere sinistro pro laplam communem Matrem, quod ibi cordis domicilium, sedes utique amoris, non virget ratio; quia cor in medio pectoris residere ex anothomiæ peritis comprobatur.

20. Vulneratum latus Adæ sanatur è vulnere Iesu. Eurh.

Aqua denique profluxit in lacrum; sanguis in potum. Nam prius diluimur, (ait Chrysol.) & postea mysterio de-

21. Chrysol. dicatur.

Qua de  
rehabili-  
le Cham  
ta eius  
typus  
tionis

non re-  
uereri.  
Gen. 9

Ruper.

*dicamur.* Nanna olim forma orbicu-  
lari effluxit, ut innueretur sanguinis  
Eucharistici velocitas ad hominū de-  
currentis refectionem, de more for-  
mae orbicularis. At (auctore Caieta.)  
prius ros in terrae irrigationem spar-  
gitur. Prius enim aqua diluendus a-  
nimus, quam salutaris poculo facietur,  
quasi, in hoc aquae velocissimo san-  
guine cedenti.

reuerentia vulneravit. Rupertus la-  
tē probat huiusmodi Patriarchae  
nuditatem mortis Dominicae typum  
exitisse. Euigilat Noe, filiumque  
horribili afficit maledictione. *Male-*  
*dictus Chanaan, seruus seruorum erit.*  
Genet. 9. Ut non solus Cham puni-  
retur, sed supplicium deriuaretur in  
posteris. Et quidem vel typum Ie-  
su mortui non reuereri, tam acris est  
addictum calamitati.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGYRICA  
CIRCA LITTERAM.

Milites in fideles mortuum Ie-  
sum vulnerare non audent.

**O** Quam reuerendus mortuus Iesus,  
quam vel ab impijs hominibus  
venerandus! Milites gentiles seuire  
non audent in Iesum mortuum. Id  
quod D. Cyrillus Alexand. pulchre  
confirmat. *Iudaeorum obsequentes vo-*  
*luntati milites, Iesum inclinatione capi-*  
*tis expirasse putantes, crura eius non fran-*  
*gunt. Si milites Iudaeorum voluntati*  
*obsequuntur, quae quidem dira, ac*  
*immanis omnino in Iesum quare e-*  
*ius crura non frangunt, ad gratiam*  
*captandam Iudaeorum? Ea est equi-*  
*dem vis Dominicae mortis, ut vel pro-*  
*phani militis vel gentilis homuncio*  
*nis crudeles illiget ausus.*

23. Aliter idem Pater argumentum  
illustrat. *Militem vnus subditans for-*  
*tassis, an mortuus esset, lancea latus eius*  
*compungit.* En mortis Dominicae effi-  
catia. Dum reputant eum mortuum,  
nullus audet attingere cadauer: dum  
autem venit eis in mentem fortasse  
adhuc viuum existere, rursus cor-  
pus vulnere afficitur.

24. Cham dormientis Noe, & Chri-  
sti mortem figurantis nuditatem ir-

Profecto e Cham Maurorum &  
gentilium turba traxit canum nomi-  
ne ad significari. Vidisti canes apud  
Diuitis Epulonis aedes in conspectu  
vulnerati Lazari procumbentes, &  
vlcera lambentes? *Sed & canes ve-*  
*niebant, & lambebant vlcera eius.* Lu.  
16. Tam potens mortis Iesu vmbra-  
culum, ut & canes, Mauri, gentiles  
tam venerabile vmbra culum reue-  
reantur. D. Ambrosius, *Lazaro simi-*  
*lem illumputo, qui casus a Iudaeis, ad vo-*  
*cationem gentium vlcera sui corporis lam-*  
*benda quibusdam velut canibus offere-*  
*bat. Quia scriptum est: Conuertentur ad*  
*vesperam, & famem patientur ut ca-*  
*nes.* Psalm. 58.

O quam immane facinus iilorum,  
qui, quando Iesus in monumento re-  
conditur, quando Dominicus occu-  
bitus celebratur, sub Christianae pie-  
tatis praetextu templa inuilit, ut libi-  
dinosis colloquijs requirat oportu-  
nitatem. Vae tibi ab incredulis mili-  
tibus superato. D. Fulgentius, *Cum*  
*increduli milites idetrahere ausi non fue-*  
*runt morienti, quidam nunc sub Christia-*  
*ni nominis furo non metuumt dene-*  
*gare regnantem.*

(. .)

OBSERVATIO II.

Caieta.

Contra  
eos, qui  
sacra

Hebdo  
madae

sub pre-  
textu de

uortio-  
nis de-

linquit.

Ad  
illud:

Ad le-

sum au-

tem cu-

venis-

sec, &

vidis-

set mor-

tuum,

&c.

22.

Cytil.

Sub du-

bitas le-

sum no-

esse mor-

tuū, tras

fixit.

Cytil.

25.

Canes

ipfi

Chage-

nus Ie-

su mor-

tuum ve-

neratur.

Luc. 16.

Lu.

16.

Ambr.

26.

Vae qui

riduo

mortis

Domini

caetate

biunt.

Fulgen.

L. 3. ad

Traf.

c. 1.

\*Fide-  
les a vul-  
nere li-  
beratur  
protegē  
te patre  
Iesu.

Ad  
illud:  
Sed  
nus  
litum  
Ec.

27.  
Pieri.  
L. 34.  
Virg.  
Alne  
Exo 13.

28.  
Vulne-  
ratum la-  
tus dex-  
tri Iesu  
ne filij  
fauciarē  
tur.

Gen. 2.  
29.  
Refera-  
rū latus,  
nō per-  
cussū ne  
Eua per-  
cutere-  
tur.

Auguſt.  
apud  
Tho.

Non permittit Iesus sua ossa vul-  
nerari, ne filij percuterentur.

**M**ysticam in hunc locum referua-  
ui causa, cur noluerit Iesus cru-  
ra conringi? In oisibus etenim suc-  
celsio, & propagatio filiorum ab an-  
tiquis collocatur, si danda Pleno Va-  
let, fides, & Poete præcinenti ex per-  
Iona Didonis.

Exoriare aliquis nostris ex ossib? ultor,  
Qui fasce Daraanos, ferroque sequa-  
re colunos.

Os itaque (ait olim Dominus) non cō-  
minuetur ex eo. Pater vulneretur, filij  
autē ab omni sunt vulnere immunes.

Eit communior Patrum opinio a  
sinistro & cam latere collam extrac-  
tam, uti mulier filia tunc Hominis, v-  
xor futura, coalesceret. Hoc (inquit)  
nunc os ex ossibus meis. Gene. 2. Nunc  
filia mea, os meum, postmodum au-  
tem vxor. Jam mysterium vulnerati  
lateris dextri Saluatoris referatur.  
Haud percutitur latus sinistrū, quia  
ibi filij, Ecclesiæ nimirū fluxuræ suc-  
cessio commorabatur.

Quod si ex aliorum non improba-  
bili opinione Eua formata ex lateris  
dextri costa. Ne equidem vulnera-  
rentur filij, ait Evangelista, *Vnus mi-  
litum lancea latus eius aperuit. Non di-  
xit vulneravit, percutit. Quare: Quia  
inibi filiorum vita residebat. Apposi-  
tè D. Augustinus, Vigilanti verbo E-*

uangelista *refusus est, ut non diceret: Latus  
eius percussit, aut vulneravit; sed Ape-  
ruit. Ut ibi quodammodo vita ostiū pan-  
deretur. Vnde viuentes filij sine ma-  
ter Ecclesiā deberet exoriri.*

D. Bernardi sententia sub alio præ-  
textu bis supra data, rursus venit ad  
trutinam. Ad illa verba: *Deus meus,*  
*et quid dicitur quisi me: Habemus (n-  
quit) Christum ex Patre nascentem, in  
Patre cubantem, cum Patre sedentem,  
pro Parte stantem, sub Patre pendentem,  
sine Patre quodammodo morientem. Cur  
moritur quodammodo sine Patre? Ut Pa-  
ter ad adoptiuos filios Iesu paternū  
transferret affectum. Id quod ē pati-  
bulo pendēs significauit, dum inquit  
Dei paræ. *Mulier, ecce filius tuus.* Ioa.  
19. Sine matre monos, ut te ad filio-  
rum procuracionem adducam. Sic ex  
ponit Ghillelmus Par. verba illa  
Iponi: *Auerte oculos tuos à me, quia ip-  
si me auolare fecerunt. Cāt. 8. Ac si dice-  
ret. Affectus ille, qui mihi filio tuo de-  
beatur, meos trāsferatur ad filios.**

Ponderanda amplius sedat illa  
sententia ē Cruce pendentis Saluato-  
ris. Matri ait, *Mulier ecce filius tuus.* Cur  
neque Patri, neque Matri carnis suæ  
curam commendat? Hugo Viet. *Qua-  
si quis quæreret quid de carne fieri vellent:  
respondet se carnis curam non habere. Ac  
si diceret. De ossium curā indemnita-  
te, filiorum commoditatem, salutem-  
que procuro. Ecce filius.*

30.  
Ioco se-  
lus quo  
dammo-  
do sine  
Patre  
moritur  
Bernar.

Ioa. 19.

Ghille.  
apud  
Dei Riū

31.  
De ossi-  
bus, nō  
de carne  
curat.  
Ioa. 19.

SECTIO TERTIA.

Sepultura.

Ex Cap. 27. Matthæi.

TEXTVS.

Vers. 59. *Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda.*  
Vers. 60. *Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra, & adoluit  
saxum magnum ab ostio monumenti.*



COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Ministri funeris Iesu.*



S. I.  
Ioseph  
ab Arimathæa.  
Decurio, Di-  
nes.

Abul.  
1. Reg.

Hiero.

Hiero.

2.

3.

Nū Fœ-  
minæ se-  
pulturæ  
cura-  
runt  
Baron.

Vratū funus à duobus mag-  
næ authoritatis viris Iosepho,  
& Nicodemo. Ioseph quidem diuitijs abundans,  
ex Ciuitate Arimathæa, Christi Discipulos, si occultus ob formidine Iu-  
deorū. Decurio quidem, vir bonus  
& iustus, vti ex singulis Euangelistis  
deducere licet. Quid Arimathæa? Ex  
Bede & Abulentis sententia Rama-  
tha est, Samuelis patria, virginti ab Ie-  
rosolymis milliarijs disita. Quid  
nomen Decurio? Haud hic adsignifi-  
care existimo decem militum Præsi-  
dem, sed senatorem, & Consiliarium.  
Hiero. *In Marco Ioseph iste Consiliarius  
appellatus est. Et de ipso quidam putant  
Psalmum primum esse compositum: Bea-  
tus vir, qui nō abiit in consilio impiorum.*  
Cognuit plane Iosepho primus Psal-  
mus; cum enim Cōsiliarius esset, nō  
cōsilio rapitur Iudeorum. Vnde Lu-  
cas. *Hic non consenserat consilio, & ac-  
tibus Iudeorū.* Cur diues dicitur à Mat-  
thæo. Respondet Hiero. Vt ostende-  
ret causam, quare à Pilato corpus po-  
tuerit impetrare. *Pauperis enim (ait)  
non erat, ad Pilatum Præsidentem Romanæ  
potestatis accedere, & crucifixi corpus im-  
petrare.*

Venit autem (ait Ioannes) & Nico-  
demus. Princeps hic Iudeorum ille e-  
quidem, qui ad Iesum nocte accessit,  
qui quæ à Christo in Israel Magister  
appellatur. Ioannem etiam sepelien-  
do corpori operam dedisse quis est,  
qui abneget?

Num Fœminæ piæ, Magdalena sci-  
licet, Maria Iacobi, & Salome fune-  
ri præstitere ministerium? Ex Rab.  
Iacob, & Rab. Moysè refert Baronius  
viros virorum, fœminas autē fœmi-

narum cadauera curare consueuisse.  
Oculos in primis clauderant defun-  
ctorū, stringebant mox fascia, tonde-  
bant capillos, corpus diluebant, inū-  
gebant vnguentis, obuoluebant lin-  
teis, in sepulchro locabant. Quod si  
viri cadauera soli viri curabant, per-  
spiciūm Magdalenam reliquasq; fœ-  
minas plangere quidem potuisse, &  
de osculati corpus, funeri autem nul-  
lum præterea obsequium præstitisse.  
Id quod Marcus significat factus, *Ma-  
ria Magdalene & Maria Iacob aspicie-  
bant, vbi poneretur.* Non ergo pone-  
bant ipsæ cadauer; sed aspiciebant,  
vbi reponeretur funus secutæ; quia  
id post Sabbatum decreuerant vn-  
guentis delinire.

Nihilominus existimarem, Deipa-  
ram corpus curasse sacratissimū. Nec  
consentaneum matres à filiorum fu-  
nere curando lege, aut consuecudi-  
ne ablegatas. Sed Metaph. sic. *Virgo  
in deponendo Christo ex Cruce maternis  
manibus inferuuit; & clauos, qui extra-  
hebantur, in sinu suo accepit, & membra  
illius amplexa est. Et Iosepho in manus  
tradens sudarium, ait. Tibi cura sit, vt se-  
pultura tradens, hoc eū honeste componas,  
myrtha condias, & ei iusta facias.* Vbi  
videtur innuere Virginem Iosepho  
curā corporis commisisse. Equidem  
laudabilius Deiparā se omnino aut  
legi, aut consuetudini accommodasse.

4.  
Nū Dei  
para.  
Metaph.  
15. Aug.

¶ *Funeris preparatio.*

**S**indone munda. Marcus emptā tunc  
si donem testatur. *Mercatus sindo-  
nē.* Erat itaque linteum mūdum, & no-  
uum. *Hinc (ait Beda) Ecclesia nos obti-  
nuit, vt sacrificium altaris non in serico,  
neque in panno tincto; sed in lino terreno  
celebretur: sicut corpus est Domini in sin-  
done*

5.  
Sindon  
munda,  
& noua.  
Beda.

*dona munda sepulchrum.*

6. Vnguentum.

Porro Nicodemus quasi centum myrrhæ & aloes attulit libras, ad cõdiendum cadauer; non dum enim resurrectionis fide omnino fulciebatur. Quæris, cuiusmodi libræ? Nam si mensurales, multis satis fuere corporibus inungendis. Putant nonnulli fuisse libras hæc non mensurales, sed nummarias, queis vnguentum comparatum. Exillimo mensurales libras exitisse. Diues etenim Nicodemus, & Iudæorum Princeps munificum se erga Dñm voluit exhibere, eius corpus, totumque sepulchrum magna copia vnguenti perfundendo.

7. Sepulchrum, Ioseph.

*In monumento suo nouo.* Hortum habebat Ioseph iuxta Caluarię montem, vbi rupes, in qua sibi iuxta Iudæorum morem sepulchrum exciderat. De quo Lib. 10. Sermo redibit.

*¶ Corpus Iesu petitur, deponitur, sepelitur.*

Petit Ioseph corpus, audacter.

8. Ioseph equidem petit corpus Iesu. Neq; poterat sepelire cadauer absque Præsidis copia. Audacter hoc fecisse Marcus affirmat. Audacter introiit ad Pilatum, & petit corpus Iesu. Audax equidem, qui Pilato, tot que Iesu hostibus factorem se Crucifixi ostentabat. Quam quidem audaciam Deiparæ animo concepisse Iosephum testatur Metaphras. Alij à Cruce constantiam exortam apposite deprecant.

Metaph. 15. Aug.

9. Iosephi constantia. Victor. Anti. in Mar. Turon. L. 1. c. 21

Celebrant Patres Iosephi constantiam. Victor Antioch. *Ex hoc facto summam Iosephi constantiam, & fortitudinem expectare licet. Propter amorem Christi periculum mortis suscepit, & uniuersorum se odio tradidit.* Gregor. Turon. à Sacerdotibus ait comprehensum, sed mirabiliter à Iesu resurrectionis die liberatum. *Apprehensus Ioseph in cella*

*includitur, & ab ipsis Sacerdotum Principibus custoditur. Sed resurgente Domino nocte, parietes de cellula in qua Ioseph tenebatur, suspenduntur in sublimem: ipse vero de custodia, absolvente Angelo, liberatur, parietibus restitutus in locum suum. Christianus Diu. contestatur.*

Pilatus itaque Centurione accersito, de morte Dominica periculo factus, *iusit tradi corpus.* Marcus verbo donandi usus est. *Donauit corpus Ioseph.* Non igitur vendidit, sed gratis dedit. Licet Theoph. verisimile adferat pretio redemisse Iosephum Donnicum corpus. Hæc Græco vocabulo datum corpus sine auri, alius vè æris cõmutatione significanti.

10. Ioseph dona-tur corpore. Theop.

Miratum affirmat Marcus Præsidentem de obitu Saluatoris. *Pilatus mirabatur, si iam obisset.* Vndenam admiratio hæc? Mirationem inde ortam exillimo, quia de Christo non vulgarem conceperat opinionem, signis que precedentibus adhuc ad augmentiora suspicanda eleuatus fuerat. *Pilatus (inquit Euthy.) sperabat Christum tarde moriturum, tanquam diuinum quendam hominem, qui ceteros excederet.*

11. Vndenam miratus Præsidentem

*Et accepto corpore Ioseph.* Quonammodo Ioseph Christum à Cruce deposuerit, prostrata ne humi cruce, an stante, & erecta? non constat. Si pietatibus fides adhibenda, erecta indicatur cruce deposuisse. Probabilius autem Crux prostrata Dominica: Baro-

12. Corporis depositio.

Baron.

nium etenim sequor ex Rab. Iacob, & Rab. Moyse affirmantem ea, que dånatorum corpori inhæssent, vna cum eis sepeliri consueuisse, eo quod legis essent maledictioni subiecta. *Inuoluit illud in sindone munda.* Ioseph itaque & Nicodemus corpus è cruce vel depositum, vel abstractum vnguentis ex more Iudæorum perfundere.

13. Corpus inungitur, obvoluitur.

fudere.

thy. fudere. Euthy. Corpus in altari accipien-  
tes adoramētis illud ungamus suauibus,  
videlicet virtutum operibus. Sindone  
Hieron. obuoluitur corpus. D. Hieron. Spiri-  
tualiter facit, qui pura mente suscipit.

14. Et posuit illud in monumento suo. Cur  
Cur in alieno in sepulchro reconditur cor-  
pus Iesu? August. Ideo in aliena sepul-  
tura ponitur, quia pro aliorū moriebatur  
salute. Ut quid illi propria sepultura, qui  
in se propriam mortem non habebat? Ut  
quid tumulus in terris, cuius sedes mane-  
bat in cælis? Ut quid illi sepultura, qui tri-  
dus tantum temporis spatium non tam in se-  
pulchro mortuus iacuit, quam velut in le-  
cto quieuit?

15. Nouo. Quare nouum sepulchrū?  
Quare Iuxta literam bene Chrysostr. Quare res  
sepul- diuinitus fuit dispensata, ne aliū, no christi-  
chriū no stum surrexisse suspitio fieret iuxta spi-  
uum? ritum August. Sicut in Maria Virgi-  
nis uterō nemo ante illum, nemo post il-  
lum conceptus est: in hoc monumento ne-  
mo ante illud, nemo post illum sepultus  
est. Amat Dominicū corpus solitu-  
dinem, non admittit cadauerum alio-  
rum societatem.

16. Quod exciderat in petra. Quare in  
Cur in sepulchro ex rupe fabricato collo-  
petra catus sit Dominus? Respondet Hie-  
excissū? ron. Ne si ex multis lapidibus edificatū  
esset, iussus tumuli fundamentis, abla-  
tus furto diceretur.

17. Et aduoluit saxum magnum ad ostiū  
Cur sa- monumenti, et abiit. In custodiam sci-  
xum ad licet corporis. Magnus autem lapis  
uolui- admouetur. Ut non posset (cum Inter-  
tur? li loquor) aperiri sepulchrū sine auxilio  
multorum. Nam si paruus esset, (inquit  
Auga.) poterant dicere, se dormientibus  
sublatum.

\*Eucha-  
ristiæ ex-  
cipiendæ  
norma.  
Ad  
illud:  
Et ac-

Mystica sepultura Iesu.  
Eusebius Emil. Docet nos Ioseph qua

liter Christi corpus suscipere debeamus. cepto  
Plures diximus cōuenisse, ut agerēt corpo-  
iuxta Saluatori. Iosephum, Nicode- re.  
mum, Ioannem è viris, è fœmnis au- 18.  
tem Deiparam, Magdalenam, Mariā  
Iacobi, Mariam Salome. Omnes su-  
premum Iesu diem concelebrant.

Ioseph quidem, cui ex sententia  
Hieron. David primum Psalmum de  
dicauit. Beatus vir, qui non abiit in con-  
silio impiorum. O quam aptè ad Domi-  
nicam sepulturam adest bonus con-  
siliarius. Hic panis vitæ & intellectus.  
Videat Consiliarius, quinam dignè  
funeri Saluatoris iuxta persoluit? Nu-  
sindon muda, nū libra iuxta myrrhæ,  
& aloes, contritionis scilicet, & de-  
uotionis. An excissum sit sepulchrū  
in petra proposito stabilis, vel in are-  
na mobili?

Nicodemus adest. Qui quidem  
attulit quasi centum libras myrrhæ, &  
aloes. Hinc aditote mercatores. Hu-  
matis Iesum, dum iustitiæ iura serua-  
tis: Magdalena olim peccatrix sepi-  
lendo myrrhæ Saluatori operam de-  
dit. Maria ergo accepit libram unguen-  
ti Ad quem locum D. August. Que  
cumque anima fidelis vis esse, eam Ma-  
ria unge pedes Domini pretioso ungue-  
to. Unguentum istud iustitia fuit. Ideo  
libra fuit.

Ioannes virgo lectulum offert ip- 21.  
se valulus. Lectulus noster floridus. Car. Puritas  
i. Lectulus (ait Honor.) bona conscien- ad cōmu-  
tia. Ipsa est Domus Dei, in qua Christus nionem  
habitat, ut sponsus in thalamo. Dies e- dispositio.  
nim Iesu desponsationis hodierna. Cant. i.  
Hic puritatis flores vernant, eodem Honor:  
attestante Doctore. Angelica hæc pu-  
ritas corporis virginei vaiula.

Magdalena profecto mūdā syn- 22.  
donem exhibebit. Quonāmodo que Inuita-  
erat in ciuitate peccatrix mundæ sin- tur pec-  
donis sanus. cator ad

cepto  
corpo-  
re.  
18.  
19.  
Bonnm  
adea-  
mus cō  
siliariū.

20.  
Seruet  
iustitiæ  
iura cō-  
munica-  
tur.  
Mat. 26.

August.  
Tra. 50.  
in Ioan.

21.  
Puritas  
ad cōmu-  
nionem  
dispositio.  
Cant. i.  
Honor:

22.  
Inuita-  
tur pec-  
cator ad  
sanus.

A. 3.

Hilar.

Orig.

23.

Virgini  
tas aptu  
exhibet  
Iesu sur  
recturo  
sepul-  
chrum.  
Cant. 1.  
Guil.

donis faciet copiam? Sindonem ani-  
mantibus plenam ostensam Petro vi-  
disti? Apposita hæc Dominico cor-  
pori linteamina. D. Hilar. pulchri è. *Io-  
seph in munda sindone corpus inuoluit. Et  
quidem in hoc eodem linteo reperimus de  
caelo ad Petrum uniuersorum animantium  
genera submissa.* Ad sint lacrymæ, que  
is conscientia mundetur, nec obsta-  
culum adijcietur, quia peccatis innu-  
meris maculatus fuisti, quominus præ-  
beas mundum corpori sacratissimo  
linTEAM. Hinc apprimè Orig. *Puto  
magis munditiã sindon illa habebat, ex quo  
inuolutum est corpus Christi, quam prius.  
Corpus enim Iesu, quasi corpus Iesu, mun-  
dat omnia quaecumque tangit.*

Deipata profecto sepulchrũ Fi-  
lio præparabit. Nec enim nisi in tha-  
lamo puro requiescit. *Lectulus (ait il-  
la) noster floridus.* Can. 1. Vbi Guillel.  
Par. *Vereta sol iustitie eclipsi in mortis  
patiendo pro hominibus niger apparebis ho-  
minibus, & quasi lumen extinctum abs-  
conderis sub modio, poneris in monumen-  
to Verum qua utilitas in sanguine tuo, si  
descendas in corruptionem? Ergo die ter-  
tia reflorescet caro tua. Quare: Quia erit  
lectulus noster floridus.*

24.  
Lachry-  
mis ex  
cipienda  
Lucha-  
tia.  
Cant. 2.  
Alcui.  
Cyril.

Vidua denique Salome & Iaco-  
bi gemitibus funus Dñi honorat. De-  
bitum expiranti obsequiũ Saluatori.  
*Emissa ille voce magna, emisit spiritũ.  
Tũc nos adfert ad lacrymas. Vox tur-  
turis audita est in terra nostra.* Canti. 2.  
Alcui. & Cyril. de Iesu proclamante,  
& gemente locũ expendunt. At alijs  
viduas omnes animas mittentes eiu-  
latus introducũt. Si sponsus turturis  
in morè discedit, ad illius gemitum  
nouissimũ omnes vidua turtures, om-  
nes iustæ animæ gemant necesse est.  
Proh vnice sponsi clamor tot exci-  
tans gemitus! Apposite D. Ber. *Si mul-*

Bernar.  
ter. 59.

tigentes, quid sibi vult vnus expres-  
sio? Vox turturis, inquit, non turturum.  
Respondet. *Ipse Sponsus indicatur ge-  
mens, quia gementes facit.* Quãdo cum  
lacrymis & valido clamore expirat  
turtur sponsus, quid non animæ vi-  
duæ turturum in morem rapiantur  
ingemitum?

OBSERVATIO I.  
MORALIS PANEGRICA  
CIRCA LITTERAM.  
Diues laudabilibus diuitijs lo-  
seph Dominico corpori or-  
nando dat operam.

**D**iuitem eũ Euangelista testatur. *cepto  
Et ipse diues.* Orig. tradit causã, corpore  
cur diues appelletur. *Qui petit corpus  
Iesu à Pilato, non qualiscumque aliquis  
erat, sed laudabilibus diuitijs diues. O-  
quam laudabiles diuitiæ, qui human-  
do Dominico corpori impediuntur!  
Magdalena vnguenti præciosissima  
adferens coniuantem Iesum in uerge  
re curauit. Mat. 26. Vbi Caieta. affir-  
mat voluisse anticipata deuotione  
Dñicum funus celebrare. Quia futu-  
rũ erat, vt aliquo accidenti obstacu-  
lo, postmodũ non exequeretur. Re-  
probant adstantes, siue vnice Iudas  
prodigenti animi sumptũ. *Vt quis  
perditio hæc? Poterat unguentum istud  
venundari plusquam trecentis denarijs,  
& dari pauperibus. Quid molesti estis  
(respondet Dominus) huic mulieri? Nõ  
ne bonum opus operata est in me? Lauda-  
bile omnino opus condemnatis? Vn-  
de nam huiusmodi laudabilis insũp-  
tio diuitiarum? Ad sepeliendum me se-  
cit. Quidquid meo corpori honoran-  
do post meum obitum exhibetur ad  
modum laudabile.**

Erat quando Iobum sanctissimũ  
mirabar

\*Diui-  
tia lau-  
dabili-  
ter Eu-  
charisti-  
ce men-  
se ornã-  
de impè-  
duntur.  
Ad  
illud:  
Et ac-

cepto  
25.  
Orige.  
26.  
Laudabi-  
lis Mag-  
dalena,  
qui se-  
peliendo  
Iesu vn-  
guenta cõ-  
secrauit  
Mat. 26.  
Caiet.

27.

Ad illud: Et accepto

Lauda-  
biter  
hinc ve-  
fimenta  
Regalia  
scidit.  
Iob. 1.

mirabar vestimentorum Regalium  
scillorum, deturpatorem, prodigum  
que proiecitor. *Scidit vestimenta sua.*

to, taxantur auari Iudices,  
aut Sacerdotes.

Cap. 1. Et equidem verebar, ne mi-  
nus laudabilis à queisdam habere-  
tur, quod adseruatis augustis vestimē-  
tis, non curaret tam strictē, pauperiei  
subuenire. At postquam ( plures  
inter causas à me excogitatas ) apud  
Orige. Orig. legi eū & se vestimentis exue-  
re, & ad terram proijcere, vt effice-  
ret suā *pratosam sepulturam*, summis  
laudibus Regem sapientissimum ef-  
fero. An non ille typum gerebat Sal-  
uatoris? Quando igitur Saluator ad  
māternam humi sinum properat se-  
peliendus, laudabiliter Regalia indū-  
menta Principes monumento Domi-  
nico consecrant.

NVM pretio exhibito corpus à Pi-  
lato acceperit? Theo. propterea  
diuitē appellatū ab Euangelista exi-  
stimat, quia habuit vnde posset au-  
rum Præsidentem adire ex diuitiarū au-  
dacia. *Audacter introiuit ad Pilatum.*  
*Verum (ait) cum Ioseph diues esset, ve-  
risimile est, quod Pilato aurum dederit.*  
Et Strab. ad illa verba. *Et ipse diues.*  
*Quia (inquit) ad Præsidentē nisi diues ac-  
cedere non poterat; non quod diuitias cō-  
mendet Euangelista.*

corpore  
Theop:

Strab:

Mirabar aliquandō Apostolos de-  
litescere, quando Dominica sepultu-  
ra à milite procurabatur. Cur o Pe-  
tre, in præteritæ formidinis vindictā  
non audacter properas ad Pilatum?  
Non equidem deficiebat pœnitenti  
Apostolo animus; sed audacia adesse  
non poterat. Quare? Strab. *Ad Pra-  
sidentē nisi diues accedere non poterat.* Chri-  
stianus D. uith. appositē plañe. *Paupē*  
*res non erāt ausi accedere ad potentē Præ-  
fectum; quia non curabat de hoc, quod Sa-  
lomō dixit, Qui despicit pauperē, peccat.*  
*Nostri enim, quibus præceptum est pau-  
peres colligere, ipsi despiciunt eos, quanto  
magis ille Paganus. Illud expēde: Pau-  
peres non erāt ausi.* Audacia enim à pau-  
peritate omnino ablegatus. Diues au-  
dacter introiuit. Haud hoc indecus  
Petri, reliquorumque it Apostolo-  
rū a Decurione superari. Quia auda-  
tia illa magis diuitiarum, quam ani-  
mi existeret effectus.

30.  
Apostō-  
lis nō de-  
fecit ani-  
mus; sed  
audacia;  
quæ se-  
quitur  
diuites.

Druth:

28.  
Aurum  
Magorū  
mysticē  
sepelien-  
do Do-  
mino  
laudabi-  
liter cō-  
secratur  
Mat. 2.

Nato Iesu, Reges ab Oriēte pro-  
perant adoraturi, *aperitis que thesau-  
rie suis, obtulerunt ei aurum, thus, & myr-  
ram.* Matt. 2. Requiritur Doctores,  
quonammodo post Magorum disces-  
sum Deipara expēderit diuitias, quæ  
post paruū dierum interstitium mu-  
nus templo exhibet pauperis? *Par-  
turturum, aut duos pullos collumbarum.*  
Ego equidem ad mystica me ex mu-  
nere mystico recipio. An nō in myr-  
ra Dominica sepultura figuratur? Sic  
omnes fere Interpretes. Vbi ergo  
Dominicæ sepulturæ typus apparet,  
pulchrē diuitiarum disparet fulgor,  
quasi inibi impensæ laudabiliter in-  
nuātur. Tūc laudabiliter maximē fa-  
cis sumptus, quando altari sacratissi-  
mo, quando Eucharisticę mensæ mu-  
nera consecras.

OBSERVATIO. II.

\* Dede-  
det Iudi-  
ces, & Sa-  
cerdo-  
res au-  
ritia. Di-  
ues om-  
nia au-  
det.

Ex corpore Dominico aut præ-  
tio redempto aut gratis exhibi-

31.  
Vbi au-  
rum pro-  
fanus Iu-  
dex mi-  
telcit.

Proh os inexorabile secularis præ-  
sidis! Quenam vis te cōmutauit? Pau-  
peri durum, diuiti blādum? Enim ve-  
ro diuitiē plerumque os valent com-  
mutare. Phison fluuius *circuit omnem  
terram Heuilath, ubi nascitur aurum.*  
Gen. 2.

Ambr. Mal. 1.

Gen. 2. D. Ambr. interprete, Phison idem est, ac *Oris commutatio*. Qui originem trahit à terra, vbi nascitur aurum, qui diues adfert munera, quid non os Præsidis commutabit? Si pauperi durus, diuiti blandus resalutabit. Egregiè Pater, *Merito osibi commutatur, vbi est aurum bonum.*

monumentum, quod nullum ample-  
xum fuerit cadauer. Duplex particu-  
la ponderanda est. Et *Non dum*, &  
*Quisquam*. Illud profecto: *Non dum*  
innuit postea positum in monumen-  
to illo aliquod corpus. Illud autem,  
*Quisquam* licet de quoquam ex mor-  
tuis interpretari debeat, spirituales  
præterea sensum admittens, non so-  
lum de cadauere, sed de homine vi-  
uente, tamen cum Iesu commoriente  
expono. Iesu itaque cadauer in illo  
sepulchro primum repositum est. At  
post sepulturam Iesu omnes fideles  
humantur, viuique apud Iesum mor-  
tuum reponuntur spiritualiter viuifi-  
candi. Confirmo ex Origen. fante.

34.  
Luc. 23.

32.  
Exem-  
plū Præ-  
fidis se-  
cularis.

Haud sic ore commobetur Ioseph  
Præses Ægypti, durius pecuniam ad-  
ferentibus loquebatur, mysticūque  
Domini corpus fratribus exhibito,  
pecuniam simul tradidit. Ge. 3. Nec  
enim pecunia accipiendus ille, qui  
(vti ait Bernard.) *totus mihi datus, co-  
tus in meos usus expensus.*

Bernar.

33.  
Quā Ie-  
su Sacer-  
dotū a-  
uaritia  
deressa  
bilis?  
Ioan. 3.

Nihil profecto tam excitat vindi-  
ctam, quam apud templum immiseri  
cordes Sacerdotes, iudices quidem,  
sed simul iniustos mercatores reside-  
re, qui iustitiā vendant, accepto præ-  
tio exhibeant absolutionem, corpus  
que tradant Saluatoris. Quenam cul-  
pa Dominum mitem admodum ex-  
citauit, vt facto flagello de funiculis  
tēpli prophanatores percuteret, de-  
turbaret? Iudices mercatores nō per-  
mittit Iesus apud tēplum cōmorari.

August.  
ferm. 35.  
ad Fra-  
in her.

*Expelluntur (Amb.) mali mercatores,  
falsi iudices de domo Domini.* Mysticè  
Sacerdotes carpit nostrates, eos fal-  
sos iudices, veros appellans mercato-  
res, qui pecuniæ commutatione cor-  
pus & sanguinem Dominicum tra-  
dunt, rei effecti corporis, & sangui-  
nis Domini.

\* Ex  
mortifi-  
catione  
vita.

Ad  
illud:  
Et po-  
sunt il-  
lud il-  
lud in  
monu-  
mento.

OBSERVATIO III.

Cum Iesu sepeliamur viuentes,  
vt vita donemur stabili-  
ori.

**A**dditur alibi, *In quo non dū quis-  
quam positus fuerat. Tam nouum*

*In quo nō dum quisquam positus fuerat.  
Plane si nunquam aliquis positus fuerat  
ibi; postea autem positi sunt. Nam quod  
dicit: In quo nondum aliquis positus fue-  
rat, caute considerantibus, verbum hoc sig-  
nificatur. Dicimus ergo, quod forte nō sim-  
pliciter intelligere debemus hunc locum,  
quia dixit: Consepulti sumus (Christo).*

Orige.

Olim Abraham ad sepeliendam  
Saram speluncam duplicem enixè  
postulauit. *Vt sepeliam (inquit) mor-  
tuum meum.* Gen. 23. Vbi D. Grego.  
contemplatur Christi Domini cor-  
pus humatum apud duplicem spelū-  
cam. (Nam monumentum Domini  
duplex, vti lib. 10. videbimus.) Iam  
requiro, Cur duplex spelunca a Pa-  
triarcha sanctissimo procuratur? An  
non vt cum Christo mortuo viuus  
ipse fidelis Pater sepeliretur? Ita pla-  
ne. Hac enim adijcit Gregor. *Mor-  
tui enim estis, & vita vestra abscondi-  
ta est cum Christo. Vita vestra.* Viuitis  
enim dum mortuo Domino agglu-  
tinamini.

35.  
Duplex  
Ipelūca  
Abrahā,  
quia &  
Iesu, &  
nobis  
quari-  
mū. mo-  
numen-  
tum.  
Gen. 23.  
Grego.  
apud D.  
Tho.

Porro Lyranus Abrahamum exi-  
stimat sepulchrū illud procurauisse,  
quia

36.

Mortuo Adamo quia ibi Adami repositum erat cada-  
 vero, viuer. Vt viuas, consepeliri cura cum  
 ua exur vero Protoplatto. *Immisit Deus sopo-*  
 git Ec- *rem in Adam. Gen. 2. Augusti. Deus*  
 clesia. *Gene. 2. Pater per crucis lignum mortem in Chri-*  
 Augutt. *stum. In sepulchro requieuit capiens*  
 Augutt. somnum. Tunc equidem, ipso dormie-  
 te, sic illi *Mulier, id est, Ecclesia. En mor-*  
 tuo Iesu viuens Ecclesia consepulta  
 spirituali vita donatur.

37. Nunquam, o fidelis, magis vera vi-  
 ta donatus, quam dum Iesu mortuo

consepeliris. Vidisti Isaacum sub gla-  
 dio paterno minimè læsum, sed mira-  
 biliter à vulnere liberatum? Genes.  
 22. Quænam vis te o Adolescens, à  
 mortis vulneribus eripuit, stabilique  
 vita donauit? D. Augustinus, *Audite*  
*aliud Sacramentum. Ibi immolatus est I-*  
*saac, ubi Adam primus fuerit sepultus.*  
 An nõ Adam Christi simulacrũ? Plu-  
 ribus passim Doctores ostendunt. Isaac  
 igitur cõgrue vita stabili donatur a-  
 pud mysticum sepulchrũ Saluatoris isa-

Viuu-  
 delis ita  
 bilius  
 cum le-  
 su con-  
 sepul-  
 tus.  
 Gen. 22.  
 Augutt.  
 serm. 7.  
 de Iep.





LIBER NONVS.

DEIPARENTIS COMPASSIO.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES IN CAP.

19. Ioan. Observationes morales panegyricæ in Iesum patientem.

**EM** Aud ò Domine, & uulās tibi soli Crucem exhibis; portas & Matri in  
**HS** palmam utique conscensurā. Profecto Quid quid crudelitatis (ut  
**ES** cū Ansel. loquar) inflictū est corporibus Martyrū leue fuit, aut po-  
 tius nihil in comparatione tuæ passionis. Et utique, pia Domina,  
 non crediderim te potuisse tanti cruciatus, quin vitam amitteres, sustine-  
 re, nisi ille spiritus vitæ spiritus consolationis, spiritus scilicet dulcissimi  
 Filij tui te confortaret, te consolaretur. *Quam exitiale vulnus, quando corpus  
 Deipara, ne exanimaretur, tam duplici discedentis Elia spiritu roboratur!*

IOANNES 19.

PARAPHRASIS.

Verf. 25. Stabat autem iuxta Crucem Iesu mater eius, &c.

25. Quid ad hæc Deipara? Porro amor illam e-  
 git in crucem. At ipso amore superstes, ut  
 in medio ingrati populi digne Iesu obitum  
 lamentaretur.

SECTIO PRIMA;

Virginis Martyrium.

Ex Cap. 19. Ioannis.

TEXTVS.

Verf. 25. Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

Stabat autem iuxta Crucem.



S. I.  
 Cōstā.  
 amor  
 Deipa-  
 re in Ie-  
 su.

Ostantissimū Deipare erga Iesum amorem plenum fi-  
 de & fortitudine conside-  
 rationi oportet obijcias.

Non timuit, non erubuit inter effe-  
 ratos hostes Crucifixi agnita Mater  
 assistere, omnibusque ad stare conspi-  
 cūo in vertice Caluarij. Quanto do-  
 lore cor Virginis premeretur, & ve-  
 lut conteretur, dum Filium vnigeni-  
 tū, innocentissimū, (vti ponderat To-

letus) & dilectissimū tam immanem Tolet.  
 necem videret subeūtē. Quam appo-  
 site Euangelista! *Iuxta Crucē erat.* Ani-  
 ma etenim Matris simul cū Filio pa-  
 tribulo suffigebatur, præuidente Si-  
 meone. *Tua ipsius animam doloris gla-  
 dius pertransiit.* Et interprete Cyril.  
 O plutquā ferinū Iudæorū cor, qui  
 nec Matris lacrymis mouebantur, vt  
 saltem à blasphemijs in Christum se  
 se continerēt. Quā verē Damal. affect  
 uit. *Quos dolores Deipara in partu non  
 habuit,*

Cyri-  
 L. 12. 64.

Damal.  
 L. 4. de  
 Fid. c. 15



*habuit, iuxta Crucem ex compassione in anima sustinuit. Quin & D. Ansel. non solum Martyrem prædicat, sed omnium Martyrum dolores, si conferatur cum Mariæ cruciatibus, leues adferit extitisse. Porro de Martyrio Dei paræ, & Luctu vber sermo redibit.*

3. Sed tamen nihil indecorum, nihil quod non summa cum modestia cõponeretur, admisit. Vnde omnino expungenda illorum opinio recentiorû, qui in Virgine spasmû confingût. Habuit enim mentem nubilo passio- nis minime disturbatam, diuinæ omnino adictam voluntati. *Statura tua*

*assimilata est palmæ. Cant. 4. Non cedit palma ponderi? Quonamodo cederet Virgo dolori? Non itaque crinibus manus admouit, non genas, nõ pectus laniauit, non ciulauit, aut vociferara est; sed acerbissimum dolorem alto pressit pectore, profulsis q; lacrymis modeste lubindicauit. Audite Metaph. Dicunt hi, qui de rebus hisce tractauerunt, Virginem ab initio vsque ad finem se fortiter, ac constantèr gessisse; honestè quidem, & non indecorè vtentem motu animi, factis etiam ostendentem se esse Matrem; sed Matrem omninò illius, qui amico mortuo, motum animi certis finibus continuit; mortuumque videns Filium eo motu animi vsa est, vt oportuit. Sed Deiparæ fortitudinem paucis confirmo.*

Deiparæ iuxta Crucem constantia.

**D** Ambro. *Stabat & sancta Mater iuxta Crucem Filij, & spectabat Virgo sui vnigeniti passionem. Sciantem illam lego, flentem non lego. Illud põdera: Videbat vnigeniti sui passionem. Nec tamen prohibere conabatur. Prodigium fortitudinis, & constan-*

*tia Respha olim, quæ quidem patibulo filijs iuffixis, non dimisit aues lacere eos per diem, neque bestias per noctè. 2. Reg. 21. Proh constantiæ & fortitudinis miraculum! Maria tantum aberat, vt ad iam corporis viuientis, iam cadaueris vulneratores indigna retur, vt nõ iam Respham, verum Abrahamum vincens, constantiorem porrigeret brachium, si mundi vtilitati, ex cœlesti præscripto cõsonum.*

De Machabæorum parente constantissima sic Textus, *Supra modum autem Mater mirabilis, quæ pereûtes septem filios sub vnus diei tempore conspiciens, bono animo ferebat. 2. Mach. 7. Ad exordium capitis recurre. Contigit autem septem fratres vna cum Matre sua apprehensos. Non se se illa obtulit hostibus; sed apprehensa in conspectu adparebat filiorum. Deipara autem & vltiõ aditit, & se se persecutoribus offerebat. Stabat (inquit Augustinus) ante Crucem Mater, & fugientibus viris, stabat intrepida. Stabat non degeneri Mater spectaculo, quæ non metueret peremptorem. Pendebat in Cruce Filius, Mater se persecutoribus offerebat. Si constantia deprehensæ supra modû mirabilis: quanto magis constantia eius quæ deprehendi gestiebat, & procurabat, nos debet rapere in admirationem?*

Quãdo Planeta in domo sua cõmoratur, ibi totã vim exerere dicitur. Luciferi, siue Stellæ matutine domus Libra. Quidnã Stella matutina apud Librã, nũc Mater Iesu iuxta Crucẽ, quæ Statera ab Anast. Synai. nũcupatur, canẽte Ecclesia: *Statera facta corporis? D. Ildefon. Qui cuncta quasi statera suspensa tenet, Crucis statera suspeditur. Super quẽ Virgo multũ doluit. Illud pende: Super quem Virgo. En Stellam cõmorantem*

Meta. ferm de ortu. Virg.  
\*Iacrymæ re-ctè cum fortitudine agglutinãtor.  
Ad illud:  
Stabat  
antem.  
4.  
Ambro. de Obi. Valent.  
5.

Resphã  
luperat  
Deiparã.  
2. Re. 21.  
6.  
Matrem  
Machabæorum vincit.  
2. Ma. 7.  
August. L. de Inf. ti. Virg. c. 7.  
7.  
Suã fortitudinẽ exerce  
Stella  
Maria apud crucis stateram.  
Synai. L. 4. E. xa.  
Ildef. ferm. 1. de Affi.



Filius  
Mors  
Virginis  
percu-  
tit, & la-  
nat.  
Cant. 2.  
Guillel.  
12.

ribus, stipate me malis quia amore languo.  
Cā. 2. Sep. Quia vulnerata charitate ego  
sum. Guillel. ad Passionem Dñicam  
effert, vt sit sensus, spōlus meus, quē  
pendentē aspicio, malus vtique inter  
ligna sylbarū, flos campi, & lilium conual-  
lū, me vulnere charitatis adfectā con-  
fortare dignetur. Tam etenim laucia  
ex amoris vulnere, dū eum pendentē  
aspicio; vt sine specialissimo Iesu ad-  
hibito robore, omnino deperissem.

Ansel.  
le laud.  
Vir. c. 5.

D. Ansel. Vtique pia Domina, non credi-  
derim, te potuisse vilo pacto stimulos tan-  
ti cruciatus, quin vitam amittentes, susti-  
nere; nisi ipse spiritus vitæ, spiritus conso-  
lationis, spiritus scilicet dulcissimū Filij  
tui te confortaret, te consolaretur. Tibi te-  
sus malū mortis vtique arbor, & lig-  
nū vite; tibi serpens vulnerans, & ser-  
pens adhibens medicamen, & chari-  
tate vulnerata, & charitate donata  
valetudine.

Amor  
Deipa-  
ræ mor-  
tem Fi-  
lij suam  
efecit.  
Gal. 2.

12. Fortissimus equidē amor Pauli in  
Iesum, qui vitā Dñi suam fecit. Vno  
ego iā non ego; vniū vero in me Christus.  
Gal. 2. Nū fortior vita, quā mors; Ab-  
sit. Fortior mors vitā debellās. Vinci-  
tur vincitur charitas tua in Iesū, o A-  
postole, à Marię charitate. Dilectio nā  
q; Marię fortior, quā mors; quia Chri-  
sti mortē suā effecit. Pulchrè admo-  
dum Hieron. Eius dilectio amplius for-  
tis, quam mors fuit; quia mortem Christi  
suam fecit.

Hiero.  
ferm. de  
Assūp.

13. Nec defuit crux Deiparæ, ipsa sibi  
patibulū; ex affectu charitatis. Statu-  
ra eius assimilata est palma. Cant. 7. Statu-  
iuxta  
Crucē si-  
bi Crux  
facta est.  
Cant. 7.

Stabat iuxta Crucē. Ac si diceret. Illud  
stare, illa statuta palma erat, Crux e-  
rat. Stando enim iuxta crucē affectuo-  
sa amatrix, in crucē conuersa est. Ele-  
gāter Guillel. Per palmam, qua manus  
victoris antiquo ritu ornatur, in signe il-

lud, ac victoriosum crucis lignū notatur.  
Cui nimirum Euangelista staturam pia  
Matris assimilata in sinuans, ait: Sta-  
bat iuxta Crucem Iesu Mater eius. Pla-  
ne ille fortis, illa incus patiebatur crucem.  
Stabat illa iuxta Crucem sui Iesu, atque  
ea ipsa sibi met quodammodo erat in Cru-  
cem erecta stando iuxta Crucem. Ipsa sibi  
per affectum quodammodo erat Crux.

Multum ne tibi Deiparam in cru-  
cem conuertit. Profecto in flagella in  
spinas, in clauos, in vulnera adeo con-  
uertebatur; vt iam quodammodo nō  
sit Maria. Non vocatis me Noemi, sed  
vocate Mara. Ruth. 1. Iam mirabilis  
rerum cōmutatio facta est. Erat quā-  
do Noemi pulchra, nunc tota Mara.  
Nihil apud me nisi amaritudo. Non  
iam Maria, sed flagella filij mei; sed  
vulnera filij mei, operante charitate;  
sum. Egregie D. Bonauen. Quaro Ma-  
trem Dei. & inuenio spinas, clauos, quæ  
Mariam & inuenio vulnera, & flagel-  
la. Quia tota conuersa es in ista.

Abraham filium vulneraturus, se  
se prius vulnerauit. Dominus enim,  
Ne extendas manum tuam super puerū,  
neq; facias ei quidquam; cum tamen Ex-  
tendit manum, & arripuit gladium. Ge-  
2. 2. Si manū extendit, quonammo-  
do eandem extendere prohibetur su-  
per puerum? Num quia prius exten-  
dit manū ad gladium stringēdum,  
nunc autem ad filij percussione? Pla-  
ne ad literā. Attamen si spiritū time-  
mur, extendens prius manū se ipsū  
charitatis affectu vulnerat, vnde ex-  
tēdere manū super filium prohibetur.  
Ac si diceret Dominus, Te vulnere  
affecisti, sufficit, ne ulterius ad percu-  
sionem alteram procedas. Huc ades  
Deipara, te ipsa quodammodo fla-  
gellans, spinis stipans, configens,  
tu tibi flagella, spinæ, clauis, Crux.

Si parentes commoriuntur filijs dilectis, quid Deipara, quæ sola tanquam Pater, & Mater filium suum diligebat. D. Ansel. *Excedit omnes amores parentū in filios amor istius matris in filium suum.*

Ansel. de Ex- cel. Vir. c. 4. \*Vnitas

parentū & filiorū, imo idēitas quodāmodo.

Ad illud Scibat iuxta Crucē

Iesu Mater eius.

16. Chryl.

17. Vna Maria & Iesu caro, vnus spiritus.

Tulli. in Ver. Ora. 3. Arist. 8. Ethi.

18. Cruciatu Iesu cruciatu Maria. Arnol.

OBSERVATIO II.

Martyrium Deiparæ ex idēitate cum Iesu.

**S**I Mater eius, dicere potuisset Ioannes, *Scibat iuxta Crucē Iesu.* Quia si amicus alter ego, quid mater charissimi filij? Quis filius amantissima matris? Unde Martyriū Deiparæ probatum est. Chrysostr. ait, *An in tenta ipse expers eris, quando quidem te matrem esse confessus es? Quando quidem illam peperisti? Quando quidem uterum tuum visis es commoda asser? Nunquid enim & index illius operationis venter tuus fuit, nunc tu argitur tentationis expers eris? sed & tuam ipsius animam pertransibit gladius.*

Superuacaneū duxi ostendere filiū & matrē singulari quadā nō tā vnione, quā vultate inter se copulari. Cōsulendus Tull. & Arist. Profecto quæ inter alios parentes & filios intercedit, vnitas, inter Iesum & Mariā arctissimam extitisse ex Arnol. Carnot. ostendo. *Vna est Mariæ ac Christi caro, vnus spiritus, vna charitas: vnitas diuisionem non recipit, nec scinditur in partes; & licet ex duobus factum sit vnum illud, tamen ultra scindi nō potest; atque adeo Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eandem. Aug. & Dam. contestantur.*

Proximā expende particulam: *Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eandem.* An nō contrario eadem disciplina? Ex Philosopho perspicuū est. Si ergo idētitas præ-

fata Iesu & Mariæ efficit, vti gloria Iesu sit Deiparæ gloria, gaudium nēpe & exultatio Iesu, sit Mariæ exultatio: haud aliter passio, cruciatus, labores Iesu Mariæ proculdubio passio, cruciatus, & labores existant.

Hinc Deipara nō solā Filiū pro mundi salute, sed etiā se ipsa Redemptrix quodāmodo immolauit, vt præfata idētitas adpareret. Ex ore Arnol. accipite. *Et quod difficillimū erat, moriebatur Virgo, & mori non poterat, & facit colliguerat illa anima, & paritūm spiritus, in quo erat nostra vna, & beneplacens Deo, & medullatum holocaustum, quod cum ipsa incenderet, tantū conscientia ministerio utebatur, ipsaque sine strepitu se ipsam macerans in altario interiori. & ligna, & flammæ, & latices conferebat. Nimirum in tabernaculo illo duo videres altaria, aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Christi: Christus carnem, Maria immolabat animam. Optabat vero ipsa ad sanguinem animæ, & carnis suæ addere sanguinem, & eleuatis in cruce manibus celebrare cum Filio sacrificium desperitum, & cum Domino Iesu corporali morte redemptionis nostræ consummare mysterium. Sed hoc solius summi sacerdotis privilegium erat: Cooperabatur tamen (attēde) plurimum secundum modum suum ad propitiandum Deum: cum tam propria, quam Matris vota charitas Christi perferret ad Patrem, cum quod Mater peteret, Filius approbaret, Pater donaret. Diligebat Pater Filium, & Filius Patrem: Mater vero post utrumque ardebat, vnumque erat, quod diuersa exhibebant officia, quod Pater bonus: quod Filius pius, quod Mater sancta intendebat, quod in commune elaborabat dilectio simulque se complectebantur pietas, & charitas, & bonitas, Matre supplicante, Filio interpellate, Patre propitiante.*

19.

Quodāmodo Maria Redemptrix. Arnol. cita.

Filius

*Filius ad Matris pectus, & ubera, Pater ad Filij crucem, & vulnera respiciebat. Et quid inter hæc tanta pignora non mouerent? Omnes apprime obseruauit Doctor rationes quibus ob idem titatem cum Filio Deipara ad mundi salutem cooperata est. Dum videlicet se ipsam pro mundi salute ita Deo immolauit per mortis, ac crucis votum, & desiderium, vt si fieri posset, ipsa etiam ad vniuersitatem saluandam, cum Filio commori, & mortem illi similem vellent aptare. Dum suam voluntatem cum Filij voluntate prorsus conformem, & concordem exhibens Filium suum pro communi salute morti addixit. Dūque ipsa mediatricem egit apud Mediatorem.*

19. Rursum expendo Epithalamij testimonium. *Ferculū fecit sibi Rex Salomon &c. ascensum purpureū media charitate constravit. Cant. 4.* Ferculum Iesu Deipara, Ruperto authore. Ascensus purpureus, quia Deipara Martyrio ascendit rubricata. Vbinam sanguis? Maria & Iesus idēitate coherent. Sanguis igitur Iesus ē vulnerē Deiparæ profluit; quia vulnerato Iesu Maria proculdubio vulneratur. Profecto sāguis nō apparet profluēs ē vulnerē Mariæ sicuti ē vulneribus Saluatoris ideo, quia vulnera Iesu corporis quidē, at Mariæ animi. Sanguis igitur Iesu profluit in sinū Mariæ ipsaq; diffuente Dñico sanguine, nō solū Martyr, imo commartyr existit. Idem etenim quodāmodo Maria & Iesu. Fluit igitur in sinū ferculi seu currus Dominicus cruor, vnde ferculi purpuratur ascēsus. Egregie Guillelmus ille nō Paruus, sed magnus. *Plane gladius acutissimas dolor Dominica Passionis animam pie Matris penetrans, atque transuerberans, eam spiritualiter*

*commori Filio fecit. Martyres alij fuerunt, moriendo pro Christo: hæc comoriendo Christo, Martyr fuit, & commartyr Christi. Plus est esse commartyrem Christi, quam Martyrem Christi. Martyres suo, hoc est, hominum foris sanguine; sed Maria Filij, hoc est, Dei sanguine intus rubebat.*

Pondere debito expendatur proxima particula: *Dei sanguine intus rubebat.* Quasi vulnus Iesu Virginis vulnus, cuius sanguis non foris erumperebat, sed in sinū inuisibile animo effluebat vulnerato; quo quidē sanguine ascensus Regij ferculi, seu currus purpuraretur. Vidimus alibi mortem Achab Saluatoris necē figurasse. *Rex Israel stabat in currū suo cōtra Syrios vsque ad vesperam, & mortuus est occidente Sole. 2. 1. Par. 18.* Quis verbis in historia Regum hæc clausula adijcitur: *Fluebat autem sanguis plage in sinū currus. 3. Reg. 22.* Num currus, seu ferculū Regis Israel Deipara? *Ferculū fecit sibi Rex Salomō.* Cuius vti ascēsus purpurasceret, in sinum currus sanguis Dñicus ex Deiparæ inuisibili vulnere profluxit. Proh non iam Martyrem, sed commartyrem Christi Redēptricem quodāmodo orbis, idē cū Iesu!

Si communis crux, quidni & commune sepulchrū? *Leetulus* (inquit Maria) *nos ter floridus.* Cant. 1. Nos o bone Iesu, simul morientes, non duplex sepulchra, sed vnicum excipiet monumentum. Guillelm. appositè. *Leetulus iller tuus, in quo caro tua per triduum requiescet, non ne & meus? Nempe per maternū ero tibi comortua affectū.* Hactenus ille.

## OBSERVATIO. III.

Martyrium Deiparæ præstantissimum, quia ipsa erat anima Iesu.

22. **Vulnus Deiparae animo inflatum.**

**P**roxima Deipara cruci, ubi animus suffigebatur, si non corpus illigatum eret. Simeon Martyrium Virginis apprimere praesignavit. *Ecce hic Puer positus in signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit.* Luc. 2. Ille quidem corpore, tu animo vulneraberis. Unde appositè iuxta crucem locata describeris. Guericus adhuc. *Planè iuxta crucem stabat, cuius mentem dolor crucis simul crucifigebat, suamque ipsi animam tam multiolex pertransibat gladius, quantum confossum corpus Fuij cernebat vulneribus.* Et D. Bern. *Tuam de Virgo, animam pertransiit vis doloris, ut plusquam Martyrem non immerito praedicemus, in qua nimirum corpore a sensum passionis excesserit compassions affectus.* Duplex utriusque argumentum. Unum quidem, Martyrij Deiparae praestantiam, quia in animo vulnus inflatum. Alterum autem, eiusdem Martyrij excellentiam ex eo capite, quod Deipara sit animus quodammodo Iesu.

Guerr. cita.

Bernar. cita.

\*Spiritalia vulnera corpore is horribilia.

Ad illud: **Stabat iuxta Crucem Iesu Mater**

23. **Spiritalis Matris tormentura.**

24. **Essentia Deiparae passio. Ceterorum accidentium**

batur, sed etiam gloriosae necis concius recreabatur. At Virginis tota passio in animo peracta est. Enim vero voluptas, quae animo capitur ex contemplatione delectabilium plurimum excedit corporeae delectationi, ut docet Aristoteles: sic etiam dolor animi longe superat illum, quo corpus afficitur. Gloriam illam, quae ad animum spectat, & in Dei clara visione consistit, à Theologis essentialis appellatur, sicut illa, quae ad corpus dimanat ex gloria dotibus beatitudo, & felicitas accidentalis nomine adnotatur. Quod si contrariorum eadem est disciplina pertinet ad animum dolor essentialis mihi est, corpus autem premens cruciatum quodammodo accidentarium appello. Hinc Deiparae animo vulneratae Martyrij praestantiam recognosco. Omnium Martyrium tormenta lenia & quasi accidentaria, si cum sauciato Mariae animo comparentur. D. Ansel. *Quidquid crudelitatis inflatum est corporibus Martyrum leve fuit, comparatione tuae passionis, de Virgo.* Quis utique quod corporibus infligitur tormentum, quasi accidentarium est. *Tunc igitur plusquam Martyr fuit, (loquor cum D. Ildefonso) quia in animo non minus amoris, quam meroris gladio intus vulnerata est.*

taria quodammodo.

Aristot. 1. Ethic.

Ansel. de xxx. Vir. c. 5.

Ildefo. ser. 2. de Allup.

25. Omnes necaret diuinus dolor Virginis. Eccl. 1.

Bernar. to. 1. ser. 61. a. 3. c. 2.

Caput primum.

Quodammodo accidentarium omnium Martyrum cruciatus, si cum vulnere Deiparae componantur.

**V**idisti ex Bernar. do plusquam Martyrem Deiparam, quia eius animus vulneratus est. *Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit.* Confirmat Guillel. ad illud Cantorum *Ascensus purpureus.* Cap. 1. *Gladius acutissimus dolor Dominicae Passionis animam patris Matris penetrans. Altorum Martyrum corporale, Mariae spirituale Martyrium, & proinde praestantius Martyrium fuit.*

Quali accidentaria fuere Martyrum tormenta, si cum doloribus Deiparae componantur. Martyres passi ut in carne: carne vero cruciatum sustinent, animus non modo non dis-

cruciatum sunt,

*Sunt, diuideretur, omnes subita interiret.*

26. Unde ex ultimo Deiparâ dolentem terminos humanitatis quodammodo transiisse. Haud potest diuinitas doloris affici vulnere, sed tamen ipsum Deum doluisse scriptura proclamat. *Tactus dolore cordis intrinsecus.* Gen. 6. Ut videlicet apud Deum esset quodammodo, (hyperbolice loquor) infiniti doloris exemplum, cui dolor Virginis posset assimilari. Ansâ mihi, siue potius manû prebuit ad huiusmodi cogitationem persequendam Amadæus factus, *Maria vero vicit sexum, vicit hominem, & passa est ultra humanitatem: torquebatur enim magis; quàm si torqueretur ex se, quia supra se in comparabiliter diligebat id, unde dolebat.* Passa itaque est ultra humanitatem, quia apud humanos non extat quodammodo excogitabilis dolor, quem non longe superet Deiparæ Martyrium.

Caput secundum.

*Quasi anima Iesu tota in toto, & tota in qualibet corporis Domini parte passa est.*

27. **I**am D. Guerrici affirmantis Deiparâ animâ Iesu, sententiâ expendo. *Tuâ ipsius animâ.* Id est, animâ tuâ, quæ est anima ipsius, doloris gladius pertransibit. Hinc Deiparæ Martyrij vis appi me declaratur.

28. Animæ rationalis totum corpus est domiciliû, & singulæ corporis particulæ totam animam continent. Quia scilicet tota est in toto, & tota in qualibet parte. tam minus audax mihi D. Bonauenturæ testimoniû. *Hæc maiorē dolorem habuit, quàm Saluator, qui tot sustinuit.* Vera huiusce testimonij interpretatio, (si ad bonum sensum vocandum sit) hæc est, moderno ingenioso interpreti. Virgo maiorē sustinuit do-

lorē, quàm Saluator, non in vniuersum collato dolore Virginis cū omnibus doloribus Christi etiâ internis: sed solū si externi Christi dolores cū doloribus internis Mariæ conferantur. Nā cū clauis manus, pedesq; Dñi configentes &c. animum Virginis simul sauciarent: maiorque sit animi, quàm corporis cruciatus; sit Deiparâ ex capite grauius, & acerbius doluisse, quam Filiû. Attamen conuenientius argumento, factaque collatione doloris interni Deiparæ cū doloribus externis Saluatoris, aliter Bonauenturâ interpretabor. Nō ne rationalis anima tota in toto, & tota in qualibet parte? Si igitur Deiparâ Christi anima per affectû, *Tuâ ipsius animam*: tota in toto corpore Saluatoris residebat, & tota in quolibet membro comorabatur. Quando igitur Iesu manus configebantur, non vulnerabantur pedes, quia pedes in manibus nō residebant; quando pedes cruci alligabantur, non venerabile terebrabatur caput, quia caput hæud sortiebatur in pedibus domicilium: imo nec totû Christi in quolibet membro percuso corpus vulnerabatur; sed totû corpus semel omnibus dolētibus mēbris patiebatur Martyrij. At Deipara anima Iesu affecta tota in qualibet parte residens, cū pedes percutiuntur, tota vulneratur; cum terebratur caput spinis, tota vulnere afficitur. Unde tot totæ Virgini plagæ, & exitialia vulnera, quot singulis Iesu mēbris cruciatus, & dolores. *Hæc igitur maiorē dolorem habuit, quàm Saluator, qui tot sustinuit.* Quia quotiens ille aliquid sustinebat in parte, Deipara id ipsum sustinebat in toto. Anima equidem Iesu tota in toto, & tota in qualibet particulâ residens.

Terminos humanitatis  
tran  
silit quo  
dammodo.  
Gen. 6.  
Amad.  
Hoy. 5.  
Dei.  
Christi  
Occur.  
Salua-  
tor?  
Bonau.  
de cōp.  
Virg.  
léc. 1.  
Salaz. in  
Prou.

Hinc Arnoldus, *Christus in Matre amplius, quam in se pati videbatur.* Hæc cum grano salis accipite, nec enim aliter licuit seraphici Doctoris pro meo modulo verba interpretari.

29. *Vna Te- su plaga innumera Ma- ria.*  
 Exaggero excogitationem. Non solum semel tota Deipara patiebatur, ob quemcumque singularem dolorem corporis Iesu, verum vna Christi plaga innumera Matæ vulnera exiitebant. Id quod pulchre adnotauit Metaphrastes. *Hæc omnia illa transuerberabant profundius, quam illi clauis, & pro vna Filij plaga innumeris ipsa plagis sauciabatur.* Vt iam transiliat compassionis animi terminos. Totus animus in quolibet membro vulnerato existit, vnicus quidē. At animus Deiparæ multiplex residet apud quolibet membrum Saluatoris, vt pro quolibet singuli membri plaga, innumeris tota Virgo Iesu multiplex anima afficiatur vulneribus.

30. *Vti anima Iesu lancea vulneris saucia.* 10a. 19.  
 Enim vero ad præfatæ doctrine robur, vt scilicet constet Deiparam Iesu animam effectam quodammodo, & ultra dolores Iesu aliquod ipsam singulare vulnus accepisse, ex quo lauciaretur: menti obijcite, precor, militem illum lancea latus Dominicū cōfodientem; lancea inquam, cuius mucronem dirum appellat Ecclesia. *Mucrone diru lancea.* Vndenam (rursus requiro) dirus mucro, si exanime Iesu pectus transuerberabit? Dirus equidem, quia totam Deiparam animam Christi confixit. D. Bernar. opportu-

31. *Bernar. citat.*  
*Et quidem etiam postquam misit spiritum tuus ille Iesus, ipsius plane non attingit animā crudelis illa lancea. Cur ergo crudelis? Ipsius, cui nocere non possit aperuit latus; sed tuā plane animam pertransiuit; ipsius enim anima iam ibi non erat, sed tua plane inde nequibat anelli. Tuam*

ergo ipsius animam pertransiuit vis doloris, vt plusquam Martyrem non in merito prædicemus. Christi latus aperuit lancea, non inquit, vulnerauit: at tuam ipsius animam pertransiuit. Aperta ianua apud Iesu corpus, vt vsque ad animam, vsque ad te o Deipara, vulnus transmitteretur.

Ad hæc totam Virginem animam Iesu passam quidquid Christus singulariter patiebatur ostēdo ex Petri negatione. Negat Petrus Iesum. Ergo gladius doloris Virginem pertransiuit. Hanc consequentiam ingeniose concedit D. Chrylost. fatus, *Negauit Petrus. Pertransiuit igitur Maria animam gladius.* Quælibet pars Domini doloris totam Virginem necessitate cōsequentiæ sauciatur, quia animā Saluatoris eā reddidit charitatis affectus.

OBSERVATIO IV.

Martyrium Deiparæ, quia non audiuit, sed vidit horribilem Filij necem.

**M**ater eius? Proh Virginis Martyrium! Et quomodo non moriatur parens, quæ non modo deflet interitum filij, sed alsidet ipsi morientis? Opportune satis Arnold. *Intuetur te illa benedicta in mulieribus, & fixi. in te oculis vulnera tua pietate cōsiderat materna. Quid inde? Parentis affectu commoritur, & pectus maternum immanitate dolorum arctatur.*

Olim Iob non vidit, sed audiuit ab vnico attestante ministro filioi iudicem. *Filijs tuis, (aiebat ille) & filiabus conuescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit e regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, qua corruens oppressit liberos tuos, & mortui sūt.*

317  
 Tota patiebatur quid Iesus in parte sustinebat Mat. 26. Chryl. Ora de occur. Dom. & Sime.

\*Oculis obiecta mala magis lauciant. Stabat iuxta

Crucē Iesu Mater 32. Alsidet Virgo Iesu morientis. Arnold. cita.

33. Audiēs Iob filiorū necē ptope- rat ad se pulchrū Iob. 1.



Tunc Iob inelamauit, *Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc.* Ca. 1. Quali scilicet vestimētis se ad tumulū prępararet. Cur, o Princeps, ad sepulchrū properas, cur terrę sinui hęres, postquam audisti filiorum exitiū? Quia vel auditus rumor de filiorum morte prudentissimum, & patientissimū virū læthali adficiē vulnere. *Olimpio. Prolis præcipue meminit, ut iusti naturam exulceraret.* Tanto igitur vulnere faucius *corrui in terrā, quæritans cōmune sepulchrū, Reuertar illuc.* Vulus Deiparę contempe mini, non audientis, sed videntis Filij dilectissimi non subito illatam mortem, sed segniter ab hostibus necem procuratam.

Olimp.  
catte.  
Gra.

34. Quando parens non quodāmodō moritur in cōspectu filij accepto vulnere morientis? Pergebat Moyses in Ægyptū adducens secum vxorē, ac filiū incircuncisum. *Cumque esset in itinere Moyses in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.* Exo. 4. Vbi Lyranus affirmat à quēsdā hæc referri ad ipsum filiū, ac si diceret. Intendit Dñs occidere in fantem incircuncisum, ideo Sephora tulit illico acutissimam petram, & circumcidit præputiū filij sui. Haud mihi probabilis loci huiusmodi ex Lyrano expositio, attamē in præsentī admitto, vt inquiram: Si filius occidēdus erat, quare dixit Textus, *Occurrit Moyli Dñs, & volebat occidere eum,* id est Moysē. Num quia tantundē etat filium in cōspectu parentis necari, ac ipsū horribili vulnere occumbere? Ita plane. Imo crudelius Moyses in filio necaretur, quam si ipse percussus fuisset. *Si quidē (loquor cum Isidor. Pelus.) parentibus acerbius est supplicium, cum pueri exitio dantur*

Pelusi.  
L. 2. EP.  
81.

35.

Mortua igitur Deipara ex Filij mo-

riētis obiectu. Inducitur Iosepharę, Iosephus ille, ac nobilis decurio, qui furi Dominico operā dedit à D. Epiphani in cōspectu Pilati huiuscemodī verba proferens. *Pro mortuo illo interpello, qui ab his vulneratus est, quos ille paternè sanauerat, & ipsa etiam Matre orbatus est.* Vndenā tibi o bone, venit in mentem Deiparā iam occubuisse? Vidisti illam exanimē? Audisti à condiscipulis eiusdē dormitionē? Profecto scio illam iuxta Crucē Filij stetitisse; vidie illum morientem, horribilibus vulnerebus actum, mirum esset, si iam non in manivulnere faucia obijset. Obijce plane, pro mortuo illo interpello, qui Matre orbatus est. Vnde non ad est, qui cadaueris procurer dispositionem.

Putauit Ioseph mortuā Deiparā, quia iuxta Crucē Fili obitu inter fuit. Epiphā:

Cur existimas septem gladijs cordi Mariano configi? Vt innuatur septies læthaliter vulneratam fuisse ex Filij patientis aspectu. Nam si credendum Doctōribus affirmantibus Mariam à Iesu patienti non discessisse: vel saltem, si hoc nō tam verū, ei omnes Iesu absentis cruciatūs fuisse mentis oculis appōstos: vidit equidem illum apud Caypham alapa vulneratū, colaphis cęsum, flagellis percussū, spinis coronatū, sub ceticis pondere corrutem, clavis confixum, lancea traſuerberatum: Septies igitur commortua est. Profecto iam vidimus Fœminam ex septem filiorum occubentiū obiectu septies emortuā. Teltor Machabæorum Matrem, profante Augustino. *illa videndo in omnibus passa est; facta mater septem Martyrum, septies Martyr à filijs non separata spectādo, & filijs addita amabat omnes, ferebat in oculis, quod in carne omnes.* Cordi igitur huiuscē Fœminę illuistrissimę septem gladij possent configi in septem

36. Septem Deiparę gladij numero in finito pene multiplicati.

August. ser. 109. de diuis

Martyriorum documentū. Quid  
 igitur speciale in Deipara? Profecto  
 Machabæorum Matri septē gladij sep-  
 tem sunt indices Martyriorum, singu-  
 li gladij singula Martyria repræsen-  
 tant. At ex septem gladijs Deiparen-  
 tis singuli innumerabiliū sunt indi-  
 ces Martyriorum. Tam ingens enim  
 dilectionis affectus ut vna plaga eam  
 innumeris vulneribus afficeret. Pre-  
 Metap. clare Metaperastes sub alio datus ar-  
 gumento. Pro vna Filij plaga inname

ris ipsa plagis sauciabatur. Numera ita-  
 que plagas Iesu, si potes, ad numerū  
 adducantur alapa, colaphi, flagella,  
 spinarum terebrationes, clavorū ac  
 lanceæ vulnera. Proh immensum do-  
 lorū pelagus! Si igitur vna Filij pla-  
 ga innumeris ipsa plagis sauciabatur,  
 plaga Iesu innumeræ innumerabili-  
 ter multiplicatē quoniam in Deipara  
 plagarum numerum efficerent? Et  
 cuiusnam animam non stupor inua-  
 dit?

SECTIO SECVNDA.

Virginis luctus.

TEXTVS.

Verf. 19. Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius.

Litteræ expositionem a I. Sect. perquire.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGYRICA  
 CIRCA LITTERAM.

Luctus Deiparæ relictae in valle  
 lacrymarum post Iesum.

(\*)

**L**Vetus Deiparæ prima ratio stare  
 iuxta Crucem Iesu. Heu fili, stans ergo te video é cruce  
 deponi, deferri ad sepulchrum. Me  
 omnino desolatam.

*Saul & Ionatha amabiles, & specio-  
 si (inclamabat David) qui in vita sua  
 non fuerunt disuncti, ita nec morte sua se-  
 parati sunt. 1. Reg. 31. Vbi Lyrianus.  
 Lamentabile est, quod tales duo sint simul  
 interfecti. Ijs equidem lamentabile,  
 qui tantorum virorum fortitudine  
 priuati sunt. At Parenti fortissimo,  
 Filioque illustrissimo valde iucundū  
 pariter occubuisse. D. Chrysoft. Ve-*

rum quod nullis obtigit, illis contigit, vi-  
 delicet vno, eodemque die è vni eripi,  
 neutro alteri superstite. Eximabat enim,  
 vitam inuicendam fore, si alter ab altero  
 fuisset diuisus. Illud ednota. Quod nul-  
 lus obtigit. Felicitas namq; pateri mo-  
 rientis parentis & dilecti filij nō bis  
 affolet euenire. O quam inuicendum  
 Sauli parenti superstitem relinqui,  
 quando filius dilectissimus occum-  
 bebatur!

*Si exaltatus (inquit Dominus) fue-  
 ro a terra omnia traham ad me. Omnia,  
 cruce humeris imposita, me suffixum  
 cruce sequentur, mecum occumbent  
 moriente. Sol perget ad interitum,  
 velamen deperibit, terra commouie-  
 tur, lapides quatentur, monumenta  
 que comorientes ore aperto deglu-  
 tiant creaturas. Sola Parens stas iuxta  
 crucem? Proh me desolatam, me su-  
 perstitem omnibus confixis! Cogitare  
 nunc libet (inquit D. Bernar.) quantus  
 dolor tunc infuit Matri cum dolebant,  
 que insensibilia erant? Dilectissimo Fi-*

\*Amice  
 rū diuis  
 fio darit  
 sima.  
 Ad  
 illud:  
 Stabat  
 iuxta  
 Crucē  
 Iesu  
 Mater  
 eius.  
 S. I  
 Maria su  
 perstes  
 post Ie-  
 sum.  
 2.  
 Minus  
 acerba  
 mors so-  
 cio ami-  
 co, aut  
 filio.  
 1. Re. 31.  
 Chryf.

34  
 Anaril  
 simum  
 Deiparæ  
 omnia  
 ad inte-  
 ritū pro-  
 perare,  
 se reli-  
 cta.  
 Bernar.  
 citat.

lio moriente, commorientibus omnibus viuo? Vita iniucunda admodum mihi futura est.

4. Conso-  
lacio est  
Matri  
vidua  
simul eū  
filio mo-  
ri.

O quam iucunda mihi corporalis  
crux, vt commoriens Filio, vnico  
sepulchro clauderemur! Vna reli-  
qua mihi inter tot vulnera consola-  
tio, si daretur mihi eodem ac Filius  
itouissimo vulnere affici. Vidua illa  
Prophetę efflagitanti cibos, sic, *En  
colligo duo ligna, vt faciā mihi, & puerō  
meo, vt comedam, & moriamur.* 3. Re.

3. Re. 17  
Rupert.

17. Vbi Rup. *En meam consolō inopiā,  
amplectētes crucis ligna, vt comedamus  
& moriamur ego & Filius meus.* Nulla  
enim mihi, moriente Filio (loquor  
cum Deipara) reliqua consolatio, ni-  
si meam crucem tollere, Iesumque le-  
qui morientem.

5. Durū pa-  
trē a fi-  
lio di-  
ueli, vn-  
de ad hū  
consola-  
tio ne-  
cessē  
est.  
August.  
de D.  
Laur.

Quando fortissimus Laurēcius tor-  
quendū ferri videret Xistū parētem  
dilectissimū, mœrore correptus inge-  
muit. Cui Patēs. *Noli mœrere fili, seque-  
ris me post triduum. O cōsolatio!* Vtor D.  
August. verbis.) *Non ait, Noli mœrere,  
fili, desinet persecutio, & saluus eris: sed:  
Noli mœrere; quā ego procedo tu sequeris.  
Nec aliter cessaret à gemitu Leuita;  
à parente optimo separatus. Si Dei-  
parę Iesus: Noli mœrere Mater, post  
triduum me resurgētē sequeris, haud  
plena consolatio, si quodlibet tridui  
instans æternitatis æmulator. Quid si  
ne Filio tot annos transfactura?*

6. Deipa-  
rę durif-  
simū, le-  
sum, nō  
tequē-  
crucis  
violā-  
torem.  
Zach. 1.  
Hiero.

Zacharias sic Iesū cruce describit  
equitantē. *Ecce Vir ascēdens super equū  
rufum, & post eum equi rufi.* Cap. 1. D.  
Hieron. Iesus *ob crucis mortē rufus osten-  
ditur.* Sequentes equi cruces equidē  
omnibus Martyribus preparatę. Proh  
Marris desolatio! Vni mihi equus,  
crux deficit, vt currentem in sequar  
Saluatorem?

## OBSERVATIO II.

Luctus Deiparę, Filio innocen-  
tissimo, pulcherrimo, & sapien-  
tissimo orbata.

Mater eius. Mater (vt cū Toletō lo-  
quar, innocentissimi Filij, pul-  
cherrimi, sapientissimi. Quę quidem  
omnia grauissimo vulnere adsolent  
parentum corda sauciare.

In primis quidem Deipara ex inno-  
centia Filij occisi mirū in modū affi-  
ciebatur. Vt Saulē Diabolus vehemē-  
tissimē vrgeret, machinatus quod lo-  
nathas inculpabiliter legem à Patre  
latā de abstinentiā à cibo, transgrede-  
retur, vnde innocēs in conspectu Pa-  
tris daretur neci. 1. Reg. 9. Quod nā  
parenti acerbius dolo, quā filium in-  
nocentem de medio tolli? *Excogita-  
uit* (inquit Chry.) *sceleratus ille & hac*  
*rursus prophaniorem moliri eadē. Si enim*  
*Ionathas sciēs peccasset & iugulatus suis-  
set. filij cades tantum id erat: nunc autem*  
*ex ignorantia prauaricatus (nec enim au-  
diuit iuramenta) deinde interfectus, du-  
plicem Patri dolorem effecisset. Filiū enim,  
& Filium, qui nihil peccauerat, immola-  
turus erat. Innocentior lōge Iesus. Io-  
nathas enim licet inculpabiliter mel-  
degustauit, at Iesus omnino ab inter-  
dicto hominibus arbore abstinuit: &  
tamē cruci addicitur instar latronis.*  
*Magna est, o Mater, sicut mare contritio  
tua. Parum esset si tibi duplex adesset  
dolor, innumerabilibus doloribus  
oppleta es. Quis medebitur tui?*

Deinde pulchritudo Iesu amissi lu-  
cū Matris augebat. Iobō sātissimo,  
transacta tēpestate, amissa bona dupli-  
cata restituuntur, solū modo filij mi-  
nime duplicantur. Sed tamē pulchi-  
tudinē filiarum sic Textus commen-  
dat. *Non sunt autē inuenta mulieres spe-  
tiosæ*

\* Filio  
innocen-  
ti, pul-  
chro, sa-  
pienti  
orbari,  
durius.

Ad  
illud:  
Mater  
eius.

7.

8.

Saul ex  
occiden-  
do inno-  
centi fi-  
lio acro-  
ri vulne-  
re afficie-  
batur.

1. Re. 14

Chryf.

9.

Pulcherr  
filius a-  
riori  
lūcū ste-  
tur.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

*cius & sicut filius Iob in uniuersa terra. Iob*  
 vit. En quare filij non dupli reddun-  
 tur. Tanta patri iucunditas ex filiorū  
 pulchritudine, vt illa ipsa pulchritu-  
 do supplere queat pro caterba filio-  
 rū. *Cattena Græca licet, Fibus quoque e-*  
*gregia forma suscepit, vt earum aspectū*  
*omnis superioris erumna memoria fundi-*  
*tus interiret. Quid si filia pulcherrime*  
*in arcam corruente domo, interim an-*  
*tur! Profecto prioris ærumnæ acius*  
*memoria parētis pectus vulnerabit.*  
 Proh meus filius *speciosus forma præ fi-*  
*lij hominum!* nullus non, te amisso, re-  
 cordabor ærumnæ.

Græcus

10. Sapiens filius lu-  
 ctum pa-  
 rentis a-  
 dauget.  
 Prou. 10

Psalm. 72.

Sapientia denique Iesu occisi Dei  
 param acerrime stimulabat ad luctū,  
 impellebat ad planctum. *Filius sapiens*  
*latificat patrem, filius vero stultus mæsti-*  
*tia est matri suæ. Prou. 10.* Nihil autem  
 prius filio sapienti donatus parēs cu-  
 pit, quam huiusmodi filiū æternari,  
 quam mortis vulnere nullatenus per-  
 cuti. Psalm. 72. hoc titulo insignitur.  
*Psalmus in Salomonem. Deus ( inquit*  
*Parens) iudicium tuum Regi da, & ius-*  
*titiam tuam filio Regis. Et mox, Sedes e-*  
*ius in æternum manebit. Nil enim sic cō-*  
 turbat parētem sapientis filij, quam  
 n.enti obijcere fore, vt possit tanto  
 orbari thesauro. Sicut enim *filius Sa-*  
*pientis latificat patrem* acceptus, idem a-  
 missus horribili adficiit vulnere pa-  
 rentem. Te Matrem afflictam, quæ il-  
 lum amisti natum cuius (si Salomō  
 excelluit sapientia) typum proculdu-  
 bio referebat.

\*Crucia-  
 tus plus  
 amās ex  
 dilecti  
 compaf-  
 sione.  
 Ad  
 illud:  
 Mater  
 eius.  
 II:

OBSERVATIO III.

Luctus Deiparæ aspectu suo Fi-  
 lium vulnerantis.

Proh huiuscemodi stationis vul-  
 nus Iesu inflētum! Seuera admo-  
 dum, o pia Mater, ista tua statio est. O

quam horribile vulnus Iesu tuus la-  
 crymabilis aspectus! Non tantum il-  
 lum vexauere funes, percussere cola-  
 phi, verbera lanianere, punxere spi-  
 næ, transfixere clauī, quam ista iuxta  
 crucem in conspectu Saluatoris sta-  
 tio: Arnol. appositè. *Christus tunc in*  
*Matre amplius, quam in se pati videba-*  
*tur. Magna igitur velut mare contri-*  
 tio tua, quis medebitur tui. Me defo-  
 laram. Nec potui me continere, quo-  
 minus cruci non illigarer, non potui  
 non oculos leuare ad filium penden-  
 tem: nec potui illū a vulnere ex meo  
 aspectu prohibere. Te percussi, o bo-  
 ne Iesu! Percussi si sane, sed ineuita-  
 bile vulnus.

Vt Iesus  
 magis in  
 Marie,  
 quam in  
 se patie-  
 batur.  
 Arnol.  
 citat.

Sponsam audite, *Vulnerasti cor meū*  
*in vno oculorum tuorum, & in vno cri-*  
*ne colli tui. Cant. 1. Me latiflexam inu-*  
 ta es, o Mater, te vidi siue sponso-  
 duam, e collo pendente crine, nā ca-  
 put Ioseph iam suum diē obierat læ-  
 tus, ne videret diem meū. Quid a tuis  
 oculis lachrymarum fontibus, in tuæ  
 viduitatis conspectu nili dirum meo  
 animo vulnus? Hi cruciatus priores  
 præcordia lacerantes. Sic expono D.  
 Bernard. Sen. *Vulnerasti cor meū, & ulciscat.*  
*nerib' primis vulnerasti in cruce cor meū.*  
 Inter cruciatus passionis mee vulne-  
 ra a tuis oculis aspectantibus exorta  
 primatum tenuere.

12.  
 Oculi  
 Virgi-  
 nis Iesu  
 vulnera-  
 res.  
 Cant. 1.

Hinc rursus in clamat, *Auerte oculos*  
*tuos a me, quia ipsi me auolare fecerūt.*  
 Cant. 7. Quod tot diri cruciatus, tot  
 immania verbera nō potuere, vnus tu-  
 us valet ad aspectus? Tui oculi maden-  
 tes me properante migrare profecturare Ie-  
 fecisse vidētur. O vulnus ineffabile  
 Enim vero Iesus satius duxit vulne-  
 re aspicientis Deiparæ affici, quam  
 charissimo illius priuari conspectu.  
 Vnde, *Vadam ( inquit ) ad montem*  
*myrrhæ.*

13.  
 Oculi  
 Virgi-  
 nis rece-  
 rit quo  
 dammo-  
 do expi-  
 turare Ie-  
 sum.  
 Cant. 7.  
 14.  
 Ineuita-  
 bile vul-  
 nus hoc  
 fuit amā-  
 ti Iesu.

Cant. 4. Guillel.

myrrhe, siue ad Caluariæ locum. Et illico inelamat. *Veni de Libano sponsa mea, Veni de Libano, Veni* Cant. 4. Guillel. Ihermus apud Del-Rium nostrum. *Vadam ad montem myrrhe passurus, ad Caluarie montem, Venes mecum, & stabis iuxta Crucem.* Componite, quæso, vocationis trilagium: *Veni, veni, veni, cū vulnere, quod se accepisse ex Virginis aspectu conqueritur. Si vulnerandus eras ò Iesu, ex mea iuxta crucem commoratione, quare me nō semel vocauisti? Quia si, te presēte, vulneror, te absente, morior. Vndique inēuitabile lethum.*

15. Non de fuit Dei paræ animus ad vulnus corporeum infligendum, si cœlestis adesset voluntas. Anton. p. 4 tit. 15. c. 41. §. 1.

Enim vero & si dolet de Filio suo lugubri percusso spectaculo, non de fuit Deiparæ animus ad vulnus infligendū nō dico spirituale, imo corpore, si ferret superna voluntas. Num exitimas vnicū Abrahamū? Profecto si Isaac typū Iesu gessit, ego exultimo Abrahamū personam Deigenitricis expressisse. Nec enim ille Virginē, si imperiū supernū adesset, superaret. D. Antoni. appositè. *Stabat Virgo ita diuina voluntati conformis, quod si optinisset, ad implendam secundum rationē voluntatem Dei, ipsa Filium in Cruce posuisset, ac obtulisset. Nec enim minoris fuit obedientia quam Abraham.* Ex Ansel. transcriptit.

OBSERVATIO. IV.

Luctus Deiparæ loco Iesu matris effectæ peccatorum.

\*Quatæ cure Deiparæ exhortatiō tu Ad illud: Mater eius. 16. Confitebitur Maria iuxta Crucem peccato

**M**ater Iesu nunc, sed cito mater peccatoris. Tūc enim Deipaten ti Dñs, *Mulier, ecce filius tuus.* Deinde ad Discipulū, *Eccē mater tua.* O cōmutationem! (exclamat Ber.) Pro Iesu Zebedæi filius, pro iustorum parente turba peccatorū? *Mulier ò Virgo, appel*

laris, vt tibi cōster in dolore filios parituram. Nam *Mulier cum parit, tristitiam habet.*

Audite Iesū. *Auerte oculos tuos à me ò Mater, quia ipsi me auolare fecerunt.* Cant. 7. Quem locū eleganter expendit Guillel. fatus, *Auerte à me ad fratres, & filios meos. Ne claudas illos, sed auerte à me. Transfer maternam pietatē à me in meos. Propter ipsos auolaui à te, vt auerteres oculos illos tuos maternos à me, vt à me in meos transferres.* Mihi iā quodammodo *mulier illis autē mater.*

Hinc ò Domina vim doloris huiusce ortū duxisse reor. Erat quando libenti animo excipiebam illud D. Ansel. *Ipsa beata, & super naturam donorum digna affecta, dolores partus, quos effugis pariens, illos tempore passionis sustinuit, ex materna compassione viscerum laceratu reparuriens.* Attamen iam video Deiparā peccatorum matrē effectam eos parere, & tortura viscerū reparaturire. Dolet itaq; velut parturiens, ex quo mulier. *Mulier ecce filius tuus.* Apposite Rupe. *Mulierem hanc stantē iuxta crucē mulieri parturienti talē Matrē talis Filius simile dixit.* Si enim mulier peccatorum mater efficiebatur, quidni in dolore tot pareret filios.

O quot curis te, ò Mater, filij impliabūt. Claustra relinq; pastorali munere fungaris necessum est, nec ad agnorū quidem, sed ad hēdorū vocaris custodiam. *Pasce* (inquit Iesus) *hados tuos.* Cant. 1. Eleganter Honor. *Egredere de claustris seueritatis in latitudinē misericordie ò viater miserationis; & vt me facere vidisti, oues fugitiuas, & erroneas humeris in caulas reporta. Et pasce hados tuos adhuc lasciuētes, & petulcos hados per culpā pasce sinceritatis, & veritatis pabulo, nihil, te pascente, illis nociturum.* Hactenus ille.

## LIBER DECIMVS.

## CHRISTI RESVRRECTIO.

## COMMENTARII, ET ILLVSTRATIONES IN CAP.

decimum sextum Marci, Observationes morales panegyricæ  
in Iesum resurgentem.

**IAE** admodum mulieres ei, quem vnxit Dominus suis oleo letitiae parant  
**P**unguenta, mortuo inter mortuos libero excubias exhibent. At Angelico  
præconio vnctæ remeant, quæ vnctora & properarant. O bonæ mulieres  
**IAE** (Bernardus inlclamat) cuiam, quæso, excubias exhibetis? cui aro-  
mata comparatis, paratis vnguenta? Si sciretis quantus sit, quaque sit inter  
mortuos liber, mortuus iste, quem vnctore pergitis, vos forsitam petijsetis  
ab eo potius vngi. Non ne iste est, quem vnxit Deus suis oleo letitiæ præ  
confortibus suis? Re verã vnctæ remeant, quæ vncturæ venerant. Quid ni  
vnctæ tam lato nuncio nouæ, odoriferæque resurrectionis? *Hactenus ille.*

Bernar.  
serm. 65  
in Can.

## MARCVS. CAP. XVI.

Verf. 1. Et cum transisset Sabbatum,  
Maria Magdalena & Maria Ia-  
cobi, & Salome, emerunt aromata, ut  
veniente s, vngerent Iesum.

Verf. 2. Et valde manè vna Sabbato-  
rum veniunt ad monumentum, orto  
iam Sole.

Verf. 3. Et dicebant ad inuicem: Quis re-  
uoluet nobis lapidem ab ostio monumē-  
ti? Et respicientes, viderunt reuolu-  
tum lapidem. Erat quippe magnus  
valde.

Verf. 4. Et introeuntes in monumentum,  
viderunt iuuenem sedentem in dex-  
tris, coopertum stola candida, & obstu-  
perunt.

Verf. 5. Qui dixit illis, Nolite expaues-  
cere: Iesum queritis Nazarenum cru-  
cifixum: surrexit, non est hic, ecce locus,  
vbi posuerunt eum.

## PARAPHRASIS.

1. Quoniam die parasceues, quo sepultus est  
sub vespere Dominus, mox à solis occasu  
Sabbati religio vetabat operari, inter-  
misso, quod coeperant, in parandis aromati-  
bus, expectabant posteri dici finem: itaque  
ut occidisset sol, & redisset operandi fa-  
cultas, Maria Magdalena, & Iacobi, & Salo-  
me paratis aromatibus, veniebant, ut vnge-  
rent Iesum.
2. Summoque diluculo primò die Sabbatorum,  
qui Sabbatum exactum sequebatur, à parasceue  
tertius, præ mulieres veniunt ad monu-  
mentum, iam ad solis exortum albescente coelo.
3. Inter se se autem dicebant: Quis nobis lapi-  
dem ab ostio auferet monumenti? Ob in-  
gens enim illius pondus hæud muliebrium  
erat virium cum amoliri. Et circumpiciunt,  
si quem nancisci possent, cuius ad id opera-  
vterentur. Ac dum respiciunt, videntur lapi-  
dem iam amotum.
4. Mox ingressæ monumenti vestibulum, vide-  
runt iuuenem ad dexteram monumēti par-  
tem, amictum stola candida. Ad spectaculum  
hoc tamen lætum, faustique hominis, tamē  
quia subitum, & inexpectatum, obstupere  
mulieres.
5. Has illico blando Angelus consolatur allo-  
quio, dicens: Non est, quod pauore corri-  
piamini. Iesum queritis Nazarenum cruci-  
fixum, surrexit, non hic commoratur. Ecce  
locus vacuus, vbi illius corpus repositum  
fuerat. Quare superuacuum est officium,  
quod parastis.

Verf. 6.

Verf. 6. Sed ite, dicite Discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

6. Qui in potius abite, renunciatura Discipulis illius, morte Domini vehementer exanimatis; sed præcipue Petro, qui ter abnegato Dominum, moerorem cõgeminat: quod Iesus præcedet eos in Galilæam, eo sequatur: illic eum videbitis viuum, quem à viuis præreptum defletis.

SECTIO PRIMA.

Fœminarum vinctio.

TEXTVS.

Verf. 1. Et cum transisset Sabbatum, Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes, ungerent Iesum.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ Quot, quanamque fœmina accesserint ad sepulchrum?

S. I. Euange-  
litarũ,  
& Doct-  
orũ va-  
rietas.



**M**aria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome. Duas Matthæus fœminas enumerat, Magdalenam, & alteram Mariam, Iacobi matrem. Lucas plures fuisse, ait. Erant Maria Magdalena, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ, quæ cū eis erant. Ioannes solius Magdalenæ fecit memoriam. Marcus autem tres enumeravit, Magdalenam, Mariam Iacobi, & Salomem Ioannis Euangelistæ, ac Iacobi maioris parentē. Addit Baronius & Marthā non improbabiler.

Baron.

2. Hæc Marcii testimonio, tres accessisse affirmanti solummodo. Quod si Matthæus duas solum enumeret, Ioannes vnicam nominet Magdalenam, non tamen (vt cum Hugone Cardin. loquar) negat alias venisse. At si Ioanna, vxor scilicet Chuli procuratoris Herodis, Luc. 8. cæteræque, quæ cum eis erant, à Luca annumerantur, constat has omnes Discipulis Dominicā resurrectionem nunciassse, nõ autem ad sepulchrum vincturas corpus Dominicum properasse.

Tres solummodo fuer.

Hugo Cardin.

Luc. 8.

3. In quæstionem afferunt Docto-

res, num Deipara tunc accesserit ad sepulchrum? Affirmat Nazian. & Sepul. Nyffe. & Niceph. innuunt huiusce sententię fundamentum. Opinatur enim Deiparam à Matthæo alteram Mariam appellari. Erat ibi Maria Magdalena, & altera Maria sedentes contra sepulchrum. Quod equidem fundamentum omnino amouendum puto. Cū quia Deipara non altera Maria, sed Christi Mater appellaretur à Matthæo tam Matris Iesu dignitatis conscio, & veneratore; tum quia Mariæ Magdalene nullatenus postponi deberet. Affuit equidem, me iudice, quia cæteras fœminas longissimo interuallo fide superans, credebatur tertiam die rediturum ad viuos, vnguentis non egeret.

Nũ Dei para ad sepulchrũ venerit?

\* Qui à peccatis cõtipitur grato animo esse debet erga liberatorem.

Ad illud:

Præ cæteris hæ tres Fœminæ veniunt vincturę corpus, præ cæteris beneficijs obæratę.

(\*)

¶ Quod si requiras, cur præ cæteris mulieribus Iesu affectis hæ tres solæ venerint ad sepulchrum? Respondeo ex Patribus, has præcipue Do-

minicis 4.

minicis fuisse muneribus cumulatas. Maria Iacobi Iesu ligata erat, & quia propinqua, & quia Iacobum, Simonem, & Iudam eius filios vocauit ad Apostolorum. Maria autem Salome tenebatur eidem & propter propinquitatis necessitudinem, & propter eius filios Iacobum, & Ioannem inter Apostolos adnumeratos. Enim vero licet Apostolatus beneficiū tale est, quod nullatenus intermori in vtriusq; Marię animo debeat: strictiori iure Magdalene collatum munus in eius memoria grata omnino cum recordatione verfabatur. Num non Magdalena à septem Dæmonijs liberata, à peccatorum vniuersitate munda fuerat? Hoc profecto beneficiorum maximum animus à delictorū fæditate eripi. Ideo Ioannes vnā Magdalenam affirmat ad sepulchrum vnturam Dominicum corpus prope-  
rassē, ac si sola conseruare acceptum à Iesu beneficium teneretur, vti omnium augustissimū. Referat ergo gratiam cumulatam, qui à septem Dæmonijs, siue à peccatorum multitudine liberatur.

5. Apposite Vates, *Septies in die laudē dixi tibi.* Quare septies? Vti septies se se gratū exhibeat ob se se septies à *Dæmoniaca luxuria* (sic eam Chrysofost. appellat) liberatum, siue à septiformi Dæmoniacæ libidinis malitia ereptum. In cuius typum septē Rex potentissimus stipatus victorijs incedit. Adhuc puer leonem cōminuit. In eadem tenera etate cōstitutus occidit Philisthæum. 1. Reg. 17. Diabolum torquentem Saulem iuuenis itē ablegauit. Vir factus ducentos Philisthæos percussit, & abstulit præputia eorum. 1. Reg. 18. Integros eorum exercitus profligauit. 2. Reg. 5. Per-

Septies  
David  
quoti-  
die gra-  
tiā red-  
dit de  
septem  
victori-  
js mysti-  
cē à Dia-  
bolo  
partis.

cussit, & humiliavit eos, ac frētū tributi de eorum manu abstulit. 2. Reg. 8. In extrema denique senectute victor tamem de Philisthæis euasit. 2. Reg. 21. Si igitur è septem Dæmonijs David reportauit victoriā, non mirum, eum septiformi gratitudine personare, *Septies in die laudē dixi tibi.* D. Chrysofost. *Non quemadmodū* (inquit) *nonnulli molles, iac dissoluti, qui antē quā quidem accipiant, sunt vehementes: postquam autem acceperint, elanguescunt. Sed hic quidem* (nempe David) *antequā acceperit corget; & postquā acceperit perstat assiduē* (id est, septies, siue temper) *gratias.*

Chryf.  
ad Psal.  
137.

Reuersus Tobias Patri respōdit. Pater, quam mercedem dabimus ei (Angelo) aut quid dignū poterit esse beneficijs eius, uxorem ipse me habere fecit, & Dæmoniu ab ea ipse compescuit. Cap.

6.  
Tobie  
gratitudo.  
Tob. 12.

12. In cuius gratitudinis illustrationem præmitto septē viros, qui prius ad uxorem Tobie iunioris accesserant magis libidinis feruore, quam sancto cōiugalis amoris prætextu, ab Asmodeo fuisse extinctos. Vbi mystice figuratur *luxuria Dæmoniaca* (auctore Chrysofost.) quasi septem Dæmonijs interfecto-ribus stipata, à quibus libidini dedita Magdalena liberata fuit. Meritō igitur (his positis) Tobias pro tanto accepto beneficio ereptionis se se gratum ostendere curans, *Quid* (inquit) *dignum poterit esse beneficijs eius?* Ac si diceret, Nihil. Nec enim aduersus peccata ferētī nobis auxilium dignas vnquam gratias peragere quibimus.

Chryf.

O quam ingratus obijcitur, qui à Dæmone liberatus, non perpetua illud memoria colere procurat beneficium! David Saulem à Diaboli torquentis potestate eripuerat. At Rex lethalis

7.  
Saulis  
liberati  
à Dæmo-  
ne ingra-  
titudo  
lethalis



8. Re. 17. cōmittens obliuioni, sic fatur, *De qua progenie es, o adolescens? 1. Re. 17. Proh ingrati animi stoliditas! An non quādocūq; spiritus malus arripiebat Saul, tollebat David citharā, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & lenius habebat? 1. Reg. 16. Cur ergo nō refert gratiā, leuē equidē futurā pro beneficij magnitudine? Aptius Lyr. Ex Daemonis afflictione Saul habebat memoriā, & phantasiā perturbatam, & impeditā à cognitione. Nō improbo, sed magis approbo quod adiicit Doctor. Nihilominus declaratur magna ingratitude Saulis. Nec enim potest nō ingratus haberi, qui à Diaboli ditione ereptus, cumulatissimā Deo liberatori gratiam non persoluit. Vnde merito & à tēporario, & ab eterno turbatur principatu.*

\* Accurata festorum obseruatio. Ad illud: Cū trāssisset Sabbatum. 9. Strab.

Quonam tempore foeminae vincta prępararunt?

EMerunt aromata. Marcus cū Sabbathū trāssisset, Lucas ante Sabbathū aromata affirmat à foeminis hisce pręparata. Eos adfert Strabus ad cōcordiā. Reuertentes à monumento, parauerunt aromata, dū licuit operari; hoc est, vsq; ad solis occasum. Et quia explere non poterunt, transacto Sabbatho, id est, occidente sole, ubi operari licebat, aromata emere festinarunt, ut venientes, vngerent Iesū. Quid autē opus fuit ab incepto opere abstinere, si piū valde, nec dedecus Sabbathi solēnitatē? Piē profecto ob Sabbathi obseruationem à pio opere cessarunt. Ea est enim dierū festorum religio. Vt nec particula insumenda sit nisi in diuinis laudibus decantandis. Si à pio opere abstinent fideles mulieres, quid ab inuictis actionibus non sit nobis abstinendum?

10. In mundi vestibulo Deus benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Gen.

2. Illa (inquit Iunilius) sanctificatione, & benedictione, quam in lege populo suo plenus intimauit, dicens: Memento, quod diē Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, septimo autē diē Sabbathum Dni est. Quidnā ergo in festis diebus pręstā dū? Sabbathū certe decet benedictio, & sanctificatio. Id est, (autore Caiet. ad illa verba: Benedixit, & sanctificauit illum.) in eo sibi benedictiones, & laudes fieri voluit. Id scilicet prohibens, quod ad benedictiones, & laudes nō pertineret. Licet ore laudes proferre cœlestes apud Israelitas, pijs exercere actiones, imō ad pia opera proficisci, minime copia datur. Nec ad vngendū corpus Dnicū veniunt mulieres, donec Sabbathū prętereat. At ubi operari licebat, Sabbatho scilicet transacto, (vti cū Strabo loquar) aromata emere festinarunt, ut venientes vngerent Iesū. Quia videlicet, nec venire licebat ad opus misericordiæ.

Anna & Elcana olim surrexerunt mane, & adorauerunt coram Dño; reuersiq; sunt, & venerunt in domum suam Ramatha. 1. Reg. 1. Mane in sacris aliquādo significat horam matutinā Isai. 5. Vt qui consurgitis mane ad ebrietatē. Aliquando diē crastinā. Leui. 7. Cuius carnes eadē die comedentur, nec remanebit ex eis quidquam vsque mane. Hinc oritur questio, an mane in presenti significet diē crastinum, vel eiusdē die, qua orauerūt ad Dñm, horam matutinā? Amplector nunc alibi non probandam sententiam Abulentiis affirmantis ad verbiū illud, mane ad diē crastinum referendum, quia Anna orauit in die festo, in quo non licebat iter agere. Exo. 16. nisi admodum breue.

Quā apposite sponsa in clamat! Sub umbra illius, quē desiderauerā, sedī. Cāt. 2. In cuius expolitionē requiris, quę

Festum diem de cent Dei benedictiones, & laudes. Gene. 28 Iunil.

Caiet.

11. Anna & Elcana nec ad orandum dirigit gressus fertilitatis die. 1. Reg. 1. Leui 7. Isai. 5.

Abul.

12. Sub festorum celebratione sedet non ambulat sponsa.

Cant. 2.  
Ambr.  
fer. 5 in  
Psa. 118.

nā sponſi vmbra? Reſpōdet D. Amb. *Vmbra ſunt dies feſti ſecundum legē. Vmbra eſt ſāctificata libertas in Sabbatho. Vmbra eſt dies feſtus ſeptimi mēſis. Neomenia & memoriale tubarū ſeptimi mēſis. Pergit ſpōſa, ſub vmbra ſedi. Cur ſub vmbra ſedes? Nū vt aurā capteſ? Profecto dies feſtus prohibet profectiōnē. Nō venit nec ad corporis leſu vñctiōnem, donec Sabbathū tranſigatur.*

13.  
Qui particulam feſti laborat dat quali eſt Domini co corpore par tem au fert.

An non particula diei feſti à foeminis inſumeretur pie, & licite, dātibus operā profectiōni, *vt venientes ungerent Ieſum.* Haud pia profecto tūc huiusmodi Sabbathi tranſgreſſio. Nō ne impiū, eſt Dñico ungerendo corpore aliquod mēbrū, aut particulā abſtrahere: Quis dubitet: ſit tibi omnino dies feſtus corporis Saluatoris, à quo nō auideas vel minimam particulam ſecare, ne reus Dñici corporis iudiceris. Egregie admodū Ambr. *Nemo nos iudicet (inquit) in parte diei feſti, aut Sabbatho, quæ ſunt vmbra futurorū, corpus autē Chriſti.* Ac ſi diceret. Sicut non licet corpus Dñicū diſcerpere, aliquā vel minimam ſecando particulam, ſic quodammodo piaculum eſt, vel minimam diei feſti particulam laborando præteri. Vnde ſapiens, *Particula boni diei non te prætereat, ſiue abſque obſervatione non elebatur.*

Ambr.  
de fide  
Reſur.

14. *Vt venientes, ungerent Ieſum.* Nō ne hæc foemina ſciebant Ieſu corpus à loſepho, & Nicodemo iam magna vnguenti copia eſſe inunctum? Quorſū igitur iam vñctū vnguentis profunde conantur? Reſpondeo foeminas ab amore erga Ieſum ductas, vt vñctum iam corpus rurſum prætioſis condirent vnguentis.

15.  
Cur ungerere conabantur corpus?

*Vngent Ieſum ſecundum ſcilicet (loquor cū Theoph.) Iudeorum conſuetudinem; vt adoriſerum maneret corpus, &*

*conſervaretur. Aromata enim deſiccāt. Nō (adijcit) ſapiebant illa agnitatē diuinitatis Chriſti. An nō cōſtabat foeminis lapidis magni ad oſtiū appoſiti monumenti obſtaculū? Quare igitur haud poſſibilis prætextu vñctiōnis accedunt? D. Vincen. pulchrè. *Si non poſſet corpus ungeri, poſſent ſaltem monumentū tangere, & ibi flere. Vbi lacrymæ prætiouliſimæ vñctiōnis exiſterent vicarię. Credebant (me interprete) Deo eſſe poſſibile lapidis reuolutionem; vel ſatis ſibi eſſe ad obſequiū, ſi pij operis executionē intendiſſent.**

Quare mollebatur im-poſſibile ſibi opus? Vincen.

### OBSERVATIO I. MORALIS PANEGYRICA CIRCA LITTERAM.

Foeminae abstractæ à viris accedunt ad ſepulchrum: poſt reſurrectionem autem ad Diſcipulos pergunt.

**P**læ foeminae ad ſepulchrum properant, ſine virorum admonitione Dñico corpori tale præcedunt obſequium exhibere, ideo pergentes inquit, *Quis reuoluet nobis lapidem. Vbi in hunc modum Beda fatuit. Sexus foemineus fragilis eſt, ideo hæc mulieres conſiderantes fragilitatem ſuam, non eſt identes ſe conſultari et vnum aliquem qui eis reuoluet lapidem dicebāt mutuo: Quis reuoluet nobis lapidem. Quid plura? Angelus mittens eadem ad Aſtoſolos, ait. *Dicite Diſcipulis eius. & Petro, quia præcedet vos in Galilæā.* Quare ergo quæ in ſepulchrum tendunt ſine viris, poſt reſurrectionem ad viros mittuntur? Myſticè reſpōdeo. Ante reſurrectionē, cū ad ſepulchrū tendimus, aduerſus ſpiritu carne dimicante, ſpirituq; repugnante aduerſus carnis potētiſſimā fragilitatē: foeminae fugere debent*

\*Pugientiam foeminae, & viris, donec donetur reſurrectione. Ad illud: *Maria Magdalena, Iacobi & Salome, &c.* 16. Beda.

bent virorū societate. At post refur-  
rectionem, iuxta morte, pace itabilis  
ta non est, cur timeatur, tam fœminę  
quam viri ab immaculato. Agno p̄tē  
ceduntur. *Præcedet vos Dns. & ego cum vobis*

18.

Noe ar-  
ca viros  
recipit  
à fœmi-  
nis ab-  
tractos,  
affocia-  
tos mit-  
tit.

Gene. 6.

Gene. 7.

Hugo  
Card.

20.

20.

20.

20.

20.

20.

Resurrectionis, siue in nouationis hu-  
iufce typi egisse. Noemiticarū arcā nō  
est, qui dubitet. Ibi fuit amara mors,  
arca sepulchrū. Moritum mūdus eter-  
nū victurus, sepulture mādatur, inno-  
uatur, refurgit. Vbi adnotāda ingref-  
sus, & egressus differentia. Viri ac fœ-  
minę ingrediuntur in arcā, ad sepul-  
chrū properant; sed quonāmodo? *Et  
ingressus est Noe, & filij eius, & uxor eius,  
& uxores filiorū eius. Ge. 6. Nō viri, ac  
fœminę committim ad arcā pergūt;  
quia antē mortē, antē sepulchrū ad-  
uersus spiritum caro decerat. Hinc  
Noe, & filij eius, & uxor Noe, & uxores  
filiorū eius. At non sic in egressu.  
Locutus est antē Deus ad Noe, dicens: E-  
gredere de arca tu, & uxor tua, filij tui,  
& uxores filiorū tuorū. Ge. 7. Iā viri fœ-  
minis dōmites adherescūt. Quid cau-  
sæ? Refurgit mūdus, in nouatur, Chri-  
stus precedit viros simul ac fœminas,  
in æterna felicitatē. *Præcedet nos in Ga-  
lilæā, ibi eū videbimus.* Per pulchrā ad-  
notātionem illius confirmationē Hug.  
Card. sententiā accipite. *Eccē Noe præ-  
cedit, ita Christus. Nec in fuga properabi-  
tus, præcedet enim vos Dns. Illud p̄de,  
Nec in fuga properabitis.* An nō Paulus  
admouerat, *Fugite fornicationem?* Antē  
sepulchrū fugite fœminarū confor-  
tiū, viri fornicationis illectamēta va-  
leatis deuitare; at post resurrectionē  
nō opus fuga vti; quia Christus Agn<sup>o</sup>  
sine macula nos præcedet. Eucherius  
acutē, *Cur de arca cōiuncti exeunt, qui di-  
suncti intrauerunt, seorsū viri, & seorsū  
fœminę? In hoc (respondet) tēpore caro  
cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus ad-**

uersus carnē. Sed in resurrectione in storm  
omimoda, & perfecta pace spiritui corpus  
adharebit. Vnde sine imminentis pug-  
næ periculo viri simul ac fœminę cō-  
morabuntur.

Saduceis veritatē resurrectionis ne-  
gāribus sic optimus Magister, *Filij hu-  
ius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias.  
Illi vero, qui digni habentur seculo illo, &  
resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq;  
ducēt uxores, neq; enim ultra mori poterunt;  
equales enim Angelis sunt, & filij  
sūt Dei, cū sint filij resurrectionis. Lu. 20.*  
Vbi D. Chryl. *Iste mūdus carnis est, ille  
animarū. Sicut anima in hoc mundo pere-  
grina est, ita in illo caro. Vna quaque res in  
sua Patria fortior est, & dominatur. Ac  
si diceret, Hic fortior est caro, quia  
mūdus Patria carnis, locus nascēdi, &  
moriēdi, vnde caro cōcupiscit aduersus  
spiritū, nec semel corruiere facit. Ideo  
fugiēde huiusmodi cōflictus occasio-  
nes, donec tēpus accedat, quādo pax  
inter spiritum & carnē constituetur.  
Tūc præcedet nos Christus, cū filij e-  
rimus resurrectionis. Ad illa verba:  
*Et filij sūt Dei,* Beda in hunc modū. *Et  
filij sūt Dei sine tabe corruptionis visio-  
ne Dei fruuntur, cum sint filij resurrectio-  
nis gloriosa.**

Fœminę ad sepulchrū accedūt,  
iuuenem intuentur, siue Angelum  
adulescentem. *Et introeuntes monū-  
mentum, viderunt iuuenem sedentem.  
Mar. 16. Quid plura? Ille fugerunt, in-  
uaserat enim illas tremor, At Angel<sup>o</sup> sub  
iuuenis specie inter fœminas intre-  
pidus sedet, ac ipsis fugiētibus, perter-  
ritus minime, immobilis perseuerat.  
Cur quęso timore fœminę corripitū-  
tur? Quia introeuntes monūmentū, vidēt  
iuuenem. Non enim prudentes fœmi-  
nę ad sepulchrū properantes, ante e-  
sequias audent simul commorari cū*

19.  
In Patria  
nascen-  
di fugiē-  
de con-  
flictus  
occasio-  
nes.

Luc. 20.  
Chryl.

20.

Fugiant  
mulie-  
res ten-  
dētes ad  
sepul-  
chrū,  
quia as-  
piciunt  
iuuenē.

lenapre  
hiber  
cōtactū.  
10a. 20.

viris, è quo quidem consortio pugna  
assolet exoriri. Quare autē Angelus,  
vt morem referat pudici adolefcētis,  
non fugit foeminarum consortium,  
sed potius sedet, & interritus perse-  
uerat: Egregiè D. Petrus Chryl. *An-  
gelus sedet in monumento, fugiunt n. u. i. e.  
Quia ille de caelesti substantia confidit, tur-  
bantur ista de conditione terrena. Qui mo-  
ri non potest, timere nescit, mulieres autem  
sicut mortales mortaliter expauescunt. Ti-  
meat pericula huiuscemodi qui indui-  
tur mortalitate.*

Chryl.  
ser. 32.  
-no. 130  
-sigul. 10  
-no. 58  
-no. 318  
o. 10000  
-no. 330

211  
Rursum  
ideo vn-  
cū cor-  
pus inū-  
gere cu-  
rant.

Mar. 16.  
Caict.

Quæstionem in cōmentario eno-  
datam rursus affero ad trutinā. Qua  
re foemine, quæ corpus Dominicū vn-  
cū iam a Iosepho, & Nicodemo vi-  
derant, rursus inungere conatę sūt.  
An non semel vngi sufficeret & ad  
corruptionis præseruationem, & ad  
consuetudinis Iudaicę obseruatiām?  
Respondet Caietanus. *Mulieres ista,  
quamuis viderunt locum monumenti,  
in quo Ioseph, & Nicodemus cum suis  
ministeris ponebant corpus Iesu; non tamen  
viderunt, quod vngerint corpus Iesu aro-  
matibus; quia si vidissent hoc, non postea  
solicitę fuissent, vt emerent aromata, ad  
vngendum corpus Iesu. Iam requeris,  
vndenam foemina, quę aderant, tam  
remotę, ac peregrinę ab illo loco, v-  
bi commorabantur, abstraherentur,  
vt eas præsentem effugeret virorū cir-  
ca Dominicum corpus obsequiū? Pul-  
chre Cardinalis. *Verecundia si quidem  
muliebri, & optimo more assuetę, procul à  
consortio virorū non ausę sunt appropin-  
quare. Quia videlicet con dum, euicta  
morte, monumēti ergastulū relique-  
rāt. Efugiat sic, qui refugit inquinari.**

22.  
Doct  
pudici-  
tię Do-  
minus  
Magda-

*dum enim ascendi ad patrem meū. Cap. 20. Vbi quæris, Cur Magdalena à cō-  
tactu Dñici corporis prohiberetur?  
Num quia non erat tangibilis Chri-  
stus ante ascensionem? Hoc ridiculū  
est, nam Discipuli cum palpauerunt,  
ipso imperante, *Palpate, & videte.*  
Luc. vlt. Existimō foeminam à contra-  
ctu repulsam, vt mysticē qui personā  
agebat peccatoris, ostenderet fuge-  
re nos debere foeminarum societa-  
tē, dum super terrā degimus, nec ad  
Patriam auolamus. *Non dum ascendi.*  
Ad quem sensum facile attacio D. E-  
piphanius. *Saluator hoc dicit Maria,  
vt ostenderet puritatem non participante  
corporibus. In presenti enim seculo pu-  
ritas ibi stabilitur, vbi virorū ac foe-  
minarum corpora longo intervallo  
remouentur; haud equidem puritas  
corporum particeps. Sic Magister ty-  
pum puri hominis gessit, vt vniuer-  
sę perfectionis ostenderet viam.**

Aug. 10.  
August.  
Epiph.  
har. 26.

OBSERVATIO II.

Piæ foeminae mortuū Iesum vn-  
gere conantur, vt seruiant sine  
retritionis spe.

**A**ccedunt illa ad sepulchrum Do-  
minū mortuū, non viuū querūt,  
nec illico victorem ex mortuis euas-  
surū expectant, siquidē aduersus cor-  
ruptionē vnguēta parant. Quid, o sę-  
crae mulieres, vobis obuenit ex mor-  
tuō utilitatis? Quare aromata inaniter  
(primo aspectu) cōsumitis? Certe per-  
fectus amor nō indiget spolijs, amā-  
uisse sufficit amanti, præmiū dilectio-  
nis est id ipsum dillexisse.

\* Ipsam  
dilixisse  
ipsum  
Deo ser-  
uuisse, re-  
tributio  
est dilec-  
tionis,  
præmiū  
obse-  
quij.  
Ad  
illud:  
Maria  
Magda-  
lenta  
&c.

Cuius equidem veritatis testem ad-  
hibeo Abrahamum nullū pro labo-  
re suo præmiū à Rege Sodomorū ac-  
cipere valentē. *Non accipiam (ait) ex*

24.  
Abrahā  
pro ne-  
pote mi-  
litauit si-  
ne præ-  
mijs  
omnibus, mij spe.

Gen. 14. *omnibus, quæ tua sunt. Ge. 14. Quæ tua sunt, tibi referuentur, meum est, tunc retributione militare. Amor enim erga nepotem eum fecit sine premio seruire. Sic Chry. Quasi diceret Abrahæ: Neque enim mercedis gratia & iudicium feci: sed ob amoris affectum, quem erga fratris mei filium gero.*

Chyf.

25. *Laudibus efferunt Doctores Iacob charitatē in Ioseph. Accedunt filij. Qui nunciauerunt ei, dicentes, Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Egypti; tamen non credebat eis. (Cūq; uisisset plaustra, & uniuersa, quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait, Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus uiuit. Gen. 45.*

Iacob filium suum persequitur cupiebat propter bonum ipsum. Gen. 45.

*Ac si diceret, Ne suspicemini, o filij, me gaudio affectum propterea quod plaustra, cæteri aq; regalia munera cōspexerim, mihi sufficit filius meus uiuus, hisce mens amor nō indiget spolij. Regnet sibi, & uobis, mihi uiuat. Mihi enim uiuat filius meus necessum est. Equidem Iacobi charitas non omnino immunis à mercede. Nā si patri uiuit famescenti Egypti Prorex, iquid nō commoditatis expectet?*

26. *Puriori equidem flāma abstractioriq; à munere amore cremabatur Guarricus Abbas circa occasionē præsentē fatus, O uocē felicē, & plane dignā amicis Iesu, Sufficit mihi, si Iesus uiuit. Nō uidetur omnino à premio aliena huiusmodi cōsideratio. Attēde. Si uiuit, uiuo: eū de ipso pēdeat anima mea. Quid mihi deesse poterit, si Iesus uiuit? Iā ad altiorē amoris gradū ascēdit, ab omni retributione mentē auertens, ipso nudo nititur amore. Imo (adiicit) desint omnia alia, nihil inters mea, dum modo Iesus uiuat. Ipse ego, si placeat ei desim mihi. Sufficit mihi, dum modo uiuat ipse uel sibi. Perfecta plane charitas.*

Amicis Iesu sufficit ut Iesus sibi uiuat. Guarricus. fer. 1. de Resur.

*tiebatur officiū, sed ad uerū charitatis affectū referebat, quando accelsit ad monumentū, Dñicū requisitura cadauer. Maria autē stabat ad monumentū foris ploras. Deinde, Inclinauit se in monumentū. Ioa. 20. Quare in sepulchro eū requiris inter mortuos, qui diuina potētia iā fuit ad uiuos aduocatus? Quia vno meo affectu exanimi cadauere fatiatur. Nō meæ studeo cōmoditati, sed ipsa corporis mortui inquisitio premiū dat tā anxie inquisitioni. Aperte Caie. Affectus (ait querentis Iesū, manifestatur huiusmodi motibus, dum se inclinat in monumentum. Manifestatur, in quā, purus Marianæ charitatis affectus ab spe quæstus alienus valde, dū non requirit, nū inter uiuos uiuus adsit ad uiuentiū cōmodū; sed montuum querit inter mortuos in sepulchro confuturum post diem tertium Dōminicæ resurrectioni præscriptum.*

Magdalena obsequiū sine retributione desidero. Ioa. 20.

Caie. 28.

*Adfer ad memoriā Iacobū cū Angelo siue Saluatore circa aurorā dimicantē, benedictionēq; anxie exquirentē. Non dimittā (ait) te, nisi benedixeris mihi. Ge. 32. Recurre ulterius ad Magdalena ruentē in Iesū iā à mortuis suscitati amplexū, id quod prohibere curans Dñs, ait, Noli me tangere; non enim ascendi ad Patrem meum. Ioa. 120. Menū tenere vis uti Patriarcha Iacob, donec tibi benedicam? Noli me tenere; quia non dum accessit hora, quā à te discessurus, te debeam benedictionibus cumulare. Cui equidem Magdalena posset respondere, O Domine, tuam non quero benedictionem, quæ te mortuum requirebam; sed te solum requiro, te solo contentus sum. Eleganter se se D. Bernardus offert. Ista (inquit) non uult cum dimittere; & fortē magis quam Patriarcha non uult; quia neque pro benedictione qui-*

28. Magdalena benedictionem non requirebat, uti Iacob. Gen. 32.

Ioa. 20.

Bernardus

27. *Nō sanē Magdalena sua utilitate me*

ne quidem. Si quidem ille accepta benedictione, dimisit eum; hac autem non sic. Nolo, inquit, benedictionem tuam; sed te.

29.  
Paulus  
Christo  
pauperi  
herere  
vult, ne  
pro mer-  
cede ser-  
uire vi-  
deatur.  
Rom. 8.

Scio equidem, quod Redemptor meus viuit, scio omne datū optimū, & omne donum perfectū defursum esse ab ipso luminum Parente. At nō pro mercede seruiam; sed vita priuabor, si tulerit occasio, nō alio cōmodo, quā ipsa passione. Mori mihi prēmīū sufficiens, larga retributio mori. Quis nos (inquit Paulus) separabit à charitate Dei? An tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditudo? an periculum? an gladius? Quid mirum, si Dei charitas, hoc est, si Deum amo, Deum diligo Regem proculdubio magnificentissimum cœlestium munerum largitorem? Occurrens ingenio se obiectioni Apostolus, subiicit, *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque Principatus, neque Potestates, neque alia creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo.* Rom. 8. Cur addit illam proximā particulam: *Quæ est in Christo?* Respondet acute D. Hieron. *Vsq̄ ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate contentus est. Ac si diceret, Ideo affirmari nulla vi me separari posse à charitate Christi pauperis, ne videar commodis, seu muneribus mea obsequia metiri. Nihil expectās, amo: Christu pauperulū, non Deū magnificentissimum diuitijs affluētem oculis obijcio.*

Hiero.

30.  
Ipsam  
prolesu  
mori  
premiū  
occubi-  
tus.

Quid igitur (adijcit Doctor) retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiā. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorū eius. Illud pende, Pro omnibus, quæ retribuit mihi. Si pauperem Christū, suppressa Deitatis consideratione, contemplare, cur munerum acceptorum memineris? Quia amauisse sine retri-

butionis spe, maximorum munerum gerit locum. Adde. Quia pretiosa est mors ipsa sanctorum: Illud ipsū occumbere pretium est, merces est occubitus: Charitas enim charitatis affectu compensatur.

### OBSERVATIO III.

Charitas trium fœminarum illustratur. Vbi detriplici elemosynæ conditione.

Tres illæ sanctissimæ fœminæ ardentissima affectu charitate triplici ornatam decore suam hodie elemosynam reliquere. D. Bernardi circa hoc argumentum testimonium expendendum, ac confirmandum assumo.

31.

### Caput primum.

Tres fœminæ unctiōnem parantes Iesu, elemosynam pauperi à pluribus simul erogatam, commendant.

\* Eleemosyna à pluribus. Ad illud Emerunt a-

Vides (inquit Pater) in prima fronte propositi capituli, quanti aestimandum sit etiam hoc materiale unguentum, cuius aromatibus comparandis, non una, vel dua sufficere potuerūt. Una primum, una & secundum attulit unguentū. Ad hoc autem comparandum, & preparandū, tres pariter conuenerunt. Vt simul videlicet emerēt, quod per se singula nō poterāt, & sic venientes, ungerent Iesum. Non solum pedes aut solum caput; sed ut venientes, inquit, ungerent Iesum, id est, totum corpus. Illa et quidem elemosyna præstantior, quādo non parti egestatis, sed toti subuenitur inopiæ. Quod si vnus munus fidelis non sufficit, ut pauperi omnino succurratur, laudabiliter cōueniūt fideles lagitores; ut à cōmunitate pauper accipiat, quod

romata  
32.  
Tres fœminæ præparant unguentū, quia singule nō poterāt. Bern. ser. 57. ex parauit

singu-

singuli præstare non valent. Non potest Magdalena sola totum inungere Iesum, toti Christo pauperi plenè subuenire? Prudenter igitur utrique Mariæ copulatur, ut de illarum subsidio totus Iesus possit deliniri, pauper totus omninò queat subleuari.

33.  
Abraham  
exemplum.  
Gen. 18.

Pius admodum Iob oculus cæco, pes extitit claudo, & instar vni<sup>9</sup> Magdalene iam Iesu pedes, iam caput inunxit. At sanctissimus Abraham toti mystico Iesu, pauperi videlicet, se dedit salutarem. Tam munificus enim erga totius pauperis subleuationem, ut & dom<sup>9</sup>, & patria eius extiterit ubique. Apparuerant tres viri stantes prope eum. Ad quos Patriarcha, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Gen. 18. Vbi Chryso. obseruat

Chryso.  
ser. 121.

Abrahamum sub id temporis mobili in tabernaculo habitare. Quonam mysterio? Ut inueneret eius domum, & Patriam mobiliter huc illuc diuagari, ubi pauper peregrinaretur; uti ubique terrarum & domus, & Patria egeni ostenderetur, nec aliquo pauper defectu vel in medio itinere laboraret. Sub tentorio (inquit) manens ipse, sine tecto aduenam manere non passus est: hospitem hospes semper ipse suscepit: extorris Patria, domicilij nescius, ipse & domus omnium fuit, & Patria. Porro uti pauperi omninò succurreretur, si solus non sufficiebat Abraham, eius ministerium aliorum obsequio adhiberebat. Ipse pedes lauit; ne autè, Magdalene in morem, pedibus a se ablutis non reliquum corpus egeni unctum relinqueret: & vxoris, & filij Ismaelis auxilium efflagitauit, si Lyraa. cre-

Lyran.

dendum. Nec bonum, (inquit D. Hierony.) quod exercebat per alios, minuit. Potius verò auxit, dum simul illi exerceret, quod singuli minime possent cir-

ca totius pauperis subleuationem.

Post celebrationis paschalis agni indictionem, adiicit Legislator. Si autem minor est numerus, ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum. Exo. 12. Num ad totius agni consumptionem? Quis dubitet? Verum si ad ientum spiritualem accurras, aliter meo instituto accommodatius locum interpretor. Iubet lex omnino comburi, si quid agni residuum fuerit. Ibid. Quare? Respondet Theodoretus. Hortatur; ut qua super fuerint, comburantur, nec in crastinum diem conseruentur, ut hac ratione cogeret Iudeos, ut ad festi diei communionem egenos aduocaret. Assumat igitur agnum immolaturus, vicinum suum, non solum ut simul agnum absument, sed etiam ut simul reliquias pauperi elargiantur; ad plenam enim pauperis subleuationem simul illi præstabant, quod singuli fortasse nequibunt.

34.  
Simul  
tu & vicini  
tui immola  
ti agni  
reli-  
quias  
pauperi  
elargia-  
mini.  
Exo. 12.

Theod.

Locutus Rex Cyrus de viro illo, in quo spiritus Dei, Ierosolymæ templum extructuro, Aduenit (adiicit) eum viri de loco suo argento, & auro. 1. Eld. 1. Vbi Strab. ad eleemosynam, quæ quidè vni à singulis porrigitur, locum trãsfert. Partem tribuat vnusquisq; egeno, ut omninò ab illo pauperies ablegari queat. Hinc D. Aug. De substantia (inquit) vestra pauperibus erogate. Qui plus habet, plus tribuat; qui vero minus, de hoc ipso largiatur. Qui habet aurum, det aurum; & qui argentum, argentum. Qui vero non habet pecuniam, cum bono animo det pauperi buccellam, & si non habet integram, ex eo quod habet, frangat, & partem egeno tribuat. Vnde partibus singulis, quæ vacuè obijciuntur, partibus eleemosynæ expletis, totus Iesus inungitur, totus pauper ab egestate dimouetur.

35.  
Mystico  
templo,  
pauperi  
scilicet  
omnes  
donar  
giantur.  
Eld. 1.

August.  
Trac. de  
couers.  
tom. 9.

36. Omnes manus fidei ad pauperum subsidium conueniant. *Matt. 6. Galfr.*  
 Quam appositè Dominus, *Te autem* (inquit) *faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* *Matt. 6.* Vbi Galfridus per sinistram intelligit vicinum tuæ domui hærentem, vel amicū, vel fidelem tibi & pietate, & religione coniunctum. Per ipse autem Dominus diuitū in elargiendo pauperibus parsimoniā, omnes hortatur, vt singuli præbeāt partem subsidij, nec vnus elargiens impedimento sit alteri elargituro. *Quid est,* (ait Pater) *Nesciat sinistra tua, quod facit dextera, nisi, propterea non vacet ipsa.* Quia scilicet singulorum fidelium eleemosyna in sufficiens ad integram pauperis subleuationem. At omnes simul vrbis, seu vici fideles Iesum in egeno plenarie inungent.

37. Vanitati promouenda lingua libi cōtribuat, pauperi subleuando mini me.  
 O tempora, o mores! Vti inania fabularum spectacula, seu comedie oculis ac auribus fideiū tanto animi discrimine obijciantur, quia vnus non sufficit repensio omnes simul ciues cōtribuire exiguntur; vt autem pauperis inopia omninō auferatur ægre sub ostio templi confluit christianorum elargitio. Fœminæ olim ad vituli conflationem inaures obtulerunt, quia vnus, aut alterius munus nō sufficiebat ad idoli molitionem. *Fecit populus, quia iusserat, deferens inaures ad Aaron.* *Exo. 32.* Vtilius & fidelius aliæ mulieres in nostratum ementium aromata ad Iesu vnctionem exemplum, *quid quid ad cultum, & vestes sanctas necessarium erat prabuerunt inaures, & annulos.* *Exo. 35.* Ad quem locum Origenes necessaria (mysticè) egenti affirmat præberi, quando simul omnes conueniunt, vt simul efficiant, quod singulæ sigillatim minime queunt. Adijcit autem, *Hæ mulieres sapientes sunt, illæ vero, quæ inaures suas obtu-*

*lerunt, vt fieret vitulus, insipientes erāt; quæ à veritate quidem auditum auerterunt, ad fabulas autem se conuerterūt.* Ac si diceret, Ad fabularum, ad comediarum inania, innoxiaque spectacula subsidia simul præbuere, ad plenam autem egeni piā, vtilemque subleuationē simul confluere dedignatæ sūt.

### Caput secundum.

¶ *Pauperum memor Iesus haud expectans fœminarum vnctionem exsurgit.*

Iesus equidem viuus inungendus. Pergit Bern. *Sed attende, quod tam pratiofi huius unguenti Christus pati noluerit perditionem fieri; & ide non inuenit ab ipso euentu exhibere viuo, quod præparauerant mortuo.* Quam sollicitus Dominus circa pauperis membri viuentis subleuationem! planè ex Doctōris mente; vt huiusmodi exaggeratione innotescat.

Vt quid perditio hæc? obiecit Discipulus nequam, aliquando Saluatori. Qui quidem respondit, *Bonum opus operata est in me.* In me, inquam egenum, & adhuc viuentem. Si autem degerem inter mortuos, viuente paupere, huiusmodi inunctionis sumptus fieri minimè permitterem. *Tam pratiofi etenim unguenti* (vt cum Bern. loquar). *Christus pati nollet fieri perditionem.* O exaggeratio innuens, quam pauperes curæ Saluatori!

Non facilis quæstio apud Doctōres vertitur, quare Iesus, qui tribus diebus, tribusque noctibus, more loci ceto inclusi, in corde terræ, siue in limbo aut in monumento commoraturū se fore promisserat, priusquā ad integrum diem ac noctium ter-

\* Viuēs dominus inungendus in paupere. Ad illud: Ungerent Iesum.

38.

Quoniam modo perditio huiusce unguenti heret nō in sumptu ad pauperis subsidium? Bernar. citat.

39.

Id exaggeratione ostenditur.

40.

Ante tēpus idē quodāmodo surrexit Iesus. Mar. 16.



Tolosa-  
ni Anti-  
stites e-  
xēplū.

Hiero-  
Epif. ad  
Rust.

42.  
Expres-  
sam id  
in Māna  
insump-  
tione.  
Cyril.  
Alex.

\*Cibo-  
rū pau-  
peris cō-  
ditrices  
laudan-  
tur.  
Ad  
illud:  
Eme-

runt a-  
romata

narium adimpleretur, exilij è tumulo? Alij alias coaceruabunt causas, ego autem illam vnam reddo in præfenti, tam anticipato cursu Christum Dominum ad viuos redijffe, quia piæ foeminae primo diluculo cum aromatibus efant accessuræ, vt mortuū eius inungerent cadauer. Anteuertit igitur Dñs properum illarum aduentum, resurgendo antè prædicti temporis præscriptionem, ne ab illis vnctus fieri tam pretiosi vnguenti effusionem permetteret. Superuacaneum enim reputabat Iesus corpus mortuum deliniri, ipsius Iesu viuentis corpore de relicto. Appositè D. Bernar.

Bernar.  
ferm. 12  
in Can

*Provide Dominus Iesus paratam sibi cōfectionē expendi noluit in suo corpore mortuo, vt seruaret viuo, id est, Ecclesia; ipsa est charius corpus Christi; ipsum vngi, ipsum foueri desiderat, ipsius infirma mēbra cupit fomentis, ac curationibus releuari: ipsi ergo pretiosa vnguenta retinuit, cum anticipans horam, & accelerans gloriam, mulierum deuotionem non elusit, sed instruxit.*

41.  
Abal-  
ri tolle,  
vt pau-  
peri tri-  
buas.  
3. Re. 17  
Drogo  
de sacr.  
Pal.

Viduam Sarephtanam ad tuā memoriam reuocabo curantem corpore mysticè saturari Dominico, & (vt cum Drogone loquar) modicum vici absumere, vt aduersus mortis agonem armaretur. Accedit Elias fame pressus, quem quidē, mystico relicto sacrificio, pane donauit. Pro mulieris charitas nunquam non laudibus efferenda! Cognouit profecto illa cellius se Deo pretiare obsequiū, si Iesum inungeret viuentem in paupere. Licet enim in Eucharistia Christus viuos existit, at ex vi verborum corpus adest inanime. Vnde piè a foemina illa pauperi, Christo videlicet viuo præstatur obsequiū, quod mortuo erat præstandum. In cuius confir-

mationem affero haud dissimile Tolosani Antistitis facinus, qui quidem vt pauperibus subueniret, diuitias ab immaculati Agni sacrificio, ac cultu laudabiliter aufererat. Id quod D. Hieronym. adnotauit, & ponderauit hisce verbis, *Exuperius Tolosa Episcopus Vidua Sarephtensis imitator, esuriens pascit alios, & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena, omnemque substantiam Christi pauperibus erogauit. Nichil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Sanctissimus enim Antistes aurum & argentum à Christi corpore substaxit, vt pauperibus largiretur.*

Tunc equidem optime celebratur defuncti Domini memoria in Eucharistiæ sumptione, quādo eadē die pauperes subleuantur. Id quod in Manna insumptione figuratum non vnctum remaneret. Ad hæc docet D. Cyr. Alex. Oportet (ait) qui diem festum acturi sunt non de ipsis tantummodo curare, nec quomodo ipsi solum hilarè celebraturi sūt, verum etiam egentum propter charitatem rationem habere. Sic enim spiritualiter Christo dies festus peragetur. Hac de causa olim Iudæis, dum Manna colligerent, præceptum fuit, non sibi tantum, verum etiam contubernaliibus, si qui exire non possent, ad colligendum manus præstare. Magnam igitur iniuriam solemnitatibus inferunt, qui parū de indigentibus curant; nec festum diem rectè peragunt, qui cōiunctim iam de se, quam de alijs non procurant.

Caput tertium.

*Tres foemina ementes aromata, vt vnguenta consiciant, ciborum pauperum efferunt laudibus conditrices.*

**P**Remens denique Pater verba illa: Emerunt aromata, reddensque

rationem quare potius aromata comparauerint, quam unguenta? respondet, *Emerunt non unguenta, sed aromata: Vnctio in obsequium Domini non facta assumitur; sed noua conficitur.* Testimonium expono. Sunt, qui pauperibus cibi portionem porrigant inconditam, vt puta carnem in octam, vel nummos elargiantur ad emenda alimenta. Laudo equidem fidelem munificetiam. Attamen laudabilius alij seu viri, seu foeminae frequentius, & accommodati<sup>9</sup> carnes emunt, vt condiant, & ad pauperes remittant. Ideo foeminae paschali solemnitate aromata emunt, vt praeparent. Tu fidelis foemina farinam eme, carnes compara, vt panes efficias, vt pauperi praepares ciborum conditionem.

Bernar.  
1erm. 12  
in Cant.

44.  
Vidua  
Sereph.  
télis nō  
farinam  
pauperi  
dedit,  
sed panē  
effecit.  
3. Re. 17.

Sarephthana illa Vidua cibum Prophetae ministravit. An farinā tribuit, ad panem conficiendum, vel panem fecit, vt Elias sine labore vesceretur? *Fac* (inquit ille) *mibi subcineritium panem* 3. Reg. 17. Id quod praestitit pijsima foemina in omnium fidelium foeminarum documentum. *Qua* (adijcit Textus) *abijt, & fecit iuxta verbū Eliā, & comedit ipse, & illa, & domus eius & ex illa die hidria farina & lecythus olei non est imminutus.* Quare farina nō defecit? Vt eleemosynae actio fidelis mirum in modū muneraretur. At vndenam lecytho olei gratia rāta, quod nullatenus quiret imminui? Profecto oleum ad panis condimentum proculdubio adhibitum fuerat. Hinc lecythi abundantia; vt videlicet nō solum substantia eleemosynae praemio afficiatur, sed & ciborum condimento, seu conditioni propria remuneratio respondere videretur.

45. Fidelis equidem Abraham in pauperibus excipiendis, sed fidelior ad-

huc in cibis praeparandis, vt mēsa ap-  
ponerentur. *Tulit vitulū, deditq, puer-  
ro, qui festinavit, & coxit illum.* Ge. 18.  
Dedit scilicet Sarae condiendum. *Lyranus, Ipse puer fuit Ismael, filius eius, cui tradidit cibum parandum.* Quasi pauperum esset pauperibus tradi vitulum, si non simul cōditum traderetur. Minister igitur efficitur pauperū ex focia coniuge, vt pietas illorum magnū acciperet, & praeparatione ciborum, & ministracione incrementum. *Apud Abraham* (inquit Chryso.) *pietas vitula sua charior fuit suscepto hospiti adstitit, non assedit; fuit non conuiuia hospitis, sed minister. Qui se ac sua omnia famulis suis credit, committere vix audeat hospitem coniugi quam probatae.* Vix, inquā, audeat probatae foeminae, pijsimae cōiugi committere vituli cōditionem, id quod ipse libentissime praestaret, si pietatis muliebris opus nō esset cibos egenis praeparare.

Abrahā  
cibos  
praepara-  
ri cura-  
uit pau-  
peribus  
elargien-  
dos.  
Gen. 18.  
Lyra.

Chryso.  
1er. 121.

Magno equidem praemio muneratur, qui vel nummos, vel cibos minime praeparatos pauperibus elargiuntur. Sed qui praeterea & in efficienda veste, & in praeparando, aut condiendo cibo adiicit ministerium, vberiori proculdubio munere donatur. Cibus condiens egeno ad Angelorum coetū admittitur, imo ab Angelis ministratur, quia ipse pauperi dignatur ministrare. Abacuc pergens ad messoros ab Angelo praereptus Danieli etiam pauperi conditam obtulit annonam, & leonibus venerabilis, & a Coelicolis habitus in honore. Quem sic effert Ambrosius. *Abacuc prandium messoribus deferendo, eleuatus ab Angelo, aerij tramitis iter carpsit, & rediit terris, inter sauos leonum sirepitus pio Propheta dulce conuiuium ministravit.* Ac si Angelus, famularetur illi, qui pauperi

46.  
Ciborū  
pauper-  
ris con-  
ditori  
Angeli  
minif-  
trant.

Ambro  
in Psal.  
36.

peri conditos cibus præstiturus erat.

47. Vidua vestem pauperi cõficiens à mortuis suscitatur. Acto. 9.

Vestem præterea efficiens pauperi à mortuis suscitatur. Vita functa Thabita fœmina in pauperes admodum benefica. Petrum attantè circumsteterunt omnes viduæ flentes, & ostendentes eis tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas, hac etiam insignita mulier appellatione. Act. 9. Parum enim fuisset tam sanctæ fœminæ aut linum, aut lanam pauperibus tribuere, nisi etiam & tunicas, & vestes proprijs manibus præpararet, effectasq; traderet sine pauperum labore aut sollicitudine ipsis induendas. Merito viduarum precibus reuocatur ad viuos. De quo D. Cyprian. *Quæ laborantibus viduis largita fuerat subsidia viuendi*, (viuendi, inquit, non adhuc magis laborandi, sicuti accidit ijs fœminis, quæ ducendo fila, exem. gra. miserabili consumantur inopia) *meruit ad vitam viduarum petitione reuocari.* Hæc ille.

Cypr. ser. 1. de Eleem.

\*Lacrymarum fortitudo. Ad illud: Ut venientes

OBSERVATIO. III.

Mulieres lacrymarum præsidio munitè intrepidè ad sepulchrum properant.

ingeret Iesum. 48. Fugientibus Apostolis foemine redeunt admonuerunt, quia eas lacrymarum fortes reddiderunt. Chryso. ser. 79.

Iesus equidem in mortuorum habitaculo constitutus fœminis admodum formidabili. Prius fœminæ timore correptæ fugitarunt, Apostoli terri discessere; iam intrepidæ redeunt mulieres, viri pressi trepidatione adhuc requirunt latebras. Vndenam noua fœminis fortitudo? Nū ex lacrymis? Chrysol. *In lamentis tantum fortes sunt, quantum viribus inueniuntur infirma: & quantum imparata sunt ad labores, tantum ad lacrymas sunt parata.* Hinc est, quod lacrymis arma vincunt, Regna fletibus inclinant, lamentis totam

fortitudinem virorum frangunt. Non est ergo mirum, si ad funus, ad obsequium Domini corporis fœmina ardentiores Apostolis hic videntur. Nihil profecto periculi imminet, vbi præsidium fortissimum lacrymarum.

Non dubium, quin per Iesu passionem ab omnium hostium incurtus timore liberemur. Ideo enim Christus caput passioni proximus parere, vt ab omni suis remoueret pauore. Lacrymæ certè Dominicæ passionis vicariæ sunt, dum nos eximiunt à timore, siue hominum obijciantur minæ, siue peccata nos excitent ad tremorè. Ita D. Augustinus, *Delectemur in hac infirma vita in fletu, & lamento. O lacryma, tu contra minas hominum suauè solatiu, quæ passionis Christi es vicaria, cõtra peccatum ponens remedium, vt per te toties cogatur Christus mori, quoties labitur homo in abyssum peccatorum.* Quid lacrymæ cù Iesu passione? Sicut nihil passione Dominica infirmius, si exterior appariencia aspiciatur, sed nihil fortius aduersus hostium incurtus: haud aliter nihil lacryma, specie visibili, infirmius; vnde Augustinus infirmam hanc vitam appellauit, quia vallis equidem lacrymarum. At nihil robustius lacryma, qua hominum, ac peccatorum exercitus debellatur.

49. Lacryma Christi passio nis vicaria, qua hominũ minæ, ac peccatorũ exercitus debellatur. August. sem. 11. ad frat.

Putas ne lacrymas è fœminea fragilitate ortum duxisse? Profecto viri perfectissimi his armis vtuntur aduersus Principatus, & Potestates. Testor Iobum fortissimorum militum præstantissimum. *Antè quam comedat, (inquit) suspiro, & tanquam inundatæ aquæ, sic rugitus meus.* C. 34. An non aduersus validissimum & hominum, & Dæmonum exercitum fatius Iob ad minas cõfugeret, quam ad lacrymas? Quid lacrymis infirmius? Imo quid lacrymis

50. Fortissimorum virorum propriæ lacrymæ Iob. 34.

August.  
L. de la-  
lutar.  
Doc. c.  
43.

lacrymis infirmius? Imo quid lacry-  
mis robustius, & fortius? D. August.  
sic fatus, *Carulis est, (inquit) ludere,*  
*perfectus autem viris est lugere.*

51.  
Petrus  
fragilis  
negatio  
ne, ad la-  
pidem  
robur  
redijt  
ob lacry-  
mas.

Quid Petro, Ecclesie scilicet petra  
fundamine fortius? Quid negatio  
ne eiusdem Apostoli infirmius? Hæc  
illum effecit puellula infirmiore, si  
ad puellule interrogationem conter-  
ritus est. Quænam vis Petrum, seu pe-  
tram fortissimam pristina fortitudi-  
ne, ac soliditate donabit? Lacrymas  
profundat. *Egressus foras, fleuit amare.*

Mat. 27.

Si Petri peccatum timor, &  
pauor, qui equidem eum ad negatio-  
nẽ excitauit: Petri satisfactio robur  
ac fortitudo esse debet. Robustus i-  
gitur coram Caypha, coram Pilato de  
Martyrum fortissimorum more, lo-  
co satisfactionis robustæ pro fragili-  
tate, lesum profiteatur. Profecto Pe-  
tri lacrymæ fortis admodum satisfac-  
tio. D. Ambro. huiusce autor cogita-  
tionis, ait, *Inuenio, quod fleuerit Petrus,*  
*non inuenio, quid dixerit, coram Iesu ho-*  
*stibus; lacrymas eius lego, satisfactionem*  
*non lego.* Quid oportet legi, quod ap-  
paret? *Fleuit amare?* En satisfactio for-  
tissima pro infirmitate negationis,  
en robur lacrymarum.

Ambr.  
ser. 26.

52.

Ibi in-  
ter ho-  
stium ter-  
rorẽ re-  
quies, v-  
bi lacry-  
mæ.

1. Re. 7.

Iam vero quam terreantur hostes  
in fortissimarum lacrymarum conf-  
pectu, paucis ostendo. *Requieuit omnis*  
*domus Israel.* 1. Reg. 7. Quonammodo  
requiescere poterat Israel, quando  
timebat à facie Philistinorum? Vnde  
nam tam interriti inter terrores, tam  
fortes inter conflictus? Porro in He-  
bræo pro verbo illo: *Requieuit omnis*  
*Israel, est, Planxerunt, vel fleuerunt om-*  
*nis Israel.* Vatab. *Lamentatione uniuersa*  
*domus Israel an'ela fuit.* Ibi, vel in-  
ter hostium terrorem, requies consti-

tuitur, vbi lacrymæ fluunt, validissi-  
mæ equidem ad omnem timorem su-  
perandum.

Quid nõ peccata impugnantia ob-  
ruantur, Pharaonis in morem, si La-  
crymæ pelagus profundissimum exi-  
tiale quidem hostibus, nobis autem  
sicuti Noemitiç arca salutari e. D. Na-  
zianz. adhuc. *Merguntur hoc veluti ma-*  
*ri lacrymarum Aegyptiaca copia, pecca-*  
*ta scilicet, sic que per Iudæ ad cælum via*  
*sine impedimento, oculorũque aquæ pro-*  
*fusse cecidit tanquam diluuij aquæ ani-*  
*mam nostram, ac nos ipsos supra omnes*  
*montes terræ, vincinioresque redidit cæ-*  
*lo.* Quid Diabolus non terreatur, in  
lacrymarum conspectu? Cellensis Ab-  
bas sic. *Suam tolerabilis sustinet flam-*  
*mam, quam lacrymam nostram, acruis-*  
*que contriti cordis lacryma, quam flam-*  
*ma infernalis incendiij torquetur; flumina*  
*omnia absorbet, sed hanc tamen aquam*  
*non sorbet.* Ita lacrymæ homines impa-  
uidos reddunt.

B. Ihsaias Abbas, & orationem, &  
mylticas Iesu memorans lacrymas,  
*Quod nobis est (inquit) documento, ut*  
*cum mens vult in crucem conscendere, mul-*  
*tum incumbat orationi, & lacrymis, su-*  
*plexque prosternat in conspectu Dei, ut*  
*roboretur.* Quemadmodum Iesus ad-  
uersus pauorem lacrymarum proflu-  
xu est mirum in modum roboratus.  
In crucem Iesus actus discessurus è  
corpore, hostes omnino debellatu-  
rus, rursus ad lacrymarum præsi-  
diũ accurrit. *Cum lacrymis enim, & clamo-*  
*re valido affirmat Paulus spiritum e-*  
*mississe.* Hebr. 5. Lacrymas effundit,  
quando sanguinem fundere digna-  
batur; ut ostenderet, vndenam præ-  
sidium aduersus hostes accipe-  
re valeamus.

53.  
Lacry-  
mæ pec-  
cato, ac  
Damo-  
ni terri-  
biles.  
Nazian.  
ora. 3.

Abbas  
Cellen.  
L. de Pa-  
ni. c. 12.

54.  
Lacryma  
rũ armis  
fortissi-  
mis in-  
duamur.  
Ihsaias  
Abbas  
Ora. 13.

Heb. 5.

SECTIO SECVNDA

Fœminarum profectio.

TEXTVS.

Verf. 2. Et valde mane, una Sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole.

COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

Quid significet, Una Sabbatorum?

S. I. T. valde mane, una Sabbathorum. Premittam illius particula: Una Sabbatorum ex positionem, ad integram sententia intelligentia. Appellabat Hebraei dies hebdomadae sex Sabba ta in Sabbati honorem. Euthym. D. Hieron. Omnis (ait) hebdomada in Sabbathum, et in primam Sabbati, et secundam, et tertiam, et quartam, et quintam, et sextam dividitur. Imo omnis hebdomada Sabbathum appellabatur. Ier. iuno (ait Pharif.) bis in Sabbatho.

2. Praeterea Una Sabbatorum, siue Sabbathi, id est, ac prima Sabbati, siue hebdomadae dies, aut prima dierum hebdomadae, qui Sabbatho nomine designantur. Sic vertit Interpretes Latini apud Mattheum, Prima Sabbati, quod in Luca, Una Sabbati. Vbi que autem Graece, Una Sabbatorum. Eadem tamen est significatio. Dies igitur Dominica una dicitur, id est, prima. Albert. Mag. Una Sabbatorum est prima Sabbatorum, seu dierum septimanae, quod est dies Dominica. Una etenim significat Hebraeis primam. Factum est vespere, et mane dies unus. Gen. 1. id est, primus. In die una mensis. Agge. 1. id est, in prima die.

\*Sacro quod est die inter te cura. Ad illud:

Ob honorem Sabbati sex septimanae reliqui dies Sabbata appellabatur, in eorum commenda-

tionem, qui quotidie Sacro interfunt.

Sed ne labatur sine pondere Euthymij sententia, Hebraei Sabbathum honorantes, etiam sex dies ipsum praecae- tes, in honorem illius Sabbata appellabat. Id quod Christiani praestant non tam nomine, quam re. Curat enim, ut Dominica dies, festi quaelibet Sanctorum solemnia omnibus hebdomadae diebus transcendentalis habeatur. Dum scilicet id Deo ferialibus diebus praebent obsequium, quod Dominica solemnitate. Sacro etenim inter esse curant, ac si praecaepto tenerentur. Magnus hinc festiuitati honor insurgit.

Nostri profecto Dominici diei praestantia haec est, ut in eius honorem totius hebdomadae dies quasi solemnes habeantur, quodammodo que custodiuntur a fidelibus. Non dubium quin Dominica dies instituta in memoria Christi Resurrectionis, quae quidem dies paschalis, proculdubio est. Paschalis festiuitatis olim ritus septem dierum circulo circuncludi, quibus minime licebat operari. In honore igitur nostri Dominici paschalis diei sex hebdomadae dies certo modo custodiuntur, dum ex deuotione sic plurimi sacro interfunt, ac si praecaepto ligarentur.

(Et erit (inquit Propheta) Sabbathum ex Sabbatho. Ac si diceret Populus Christianus non solum Sabbathum unum celebra-

Una Sabbathorum.

3. Christiani Dominicam die semper honorant, quoti die factu audieres Euthy.

4. Domini canstra Paschale festu tota a fidelibus hebdomada cu stitutu. Deu. 22.

5. Spiritua lis Popu lus Sab-

batu ex  
Sabbato  
cuius  
id est, to  
ra heb-  
domada  
Sabbati  
zat.

celebra... sed plura Sab-  
bata colere curabit. Tota etenim heb-  
domada festiua solemnitate illi vene-  
rabilis erit. Carnalis popul<sup>o</sup> Sabbatu  
vnum custodiebat, spiritualis autem  
populus acquisitionis in Dominica  
diei honorem, sex hebdomadae dies  
in magna habet obseruatione, sacru

Rupert.  
ad cap.  
1. Gen.

saltem audiendo. Accipite ex Rupe.  
Porro spiritualis homo non uno die heb-  
domadis, sed omni tempore Sabbatizare  
satagit, sepe intentus verbo Dei. Psal-  
45. Vacate, & uidete, quoniam ego sum  
Dominus. Vacate non quidem ab ex-  
terioribus ministerijs, sed vacate Sa-  
cri auditioni reliquis hebdomadae  
diebus.

Apud  
Christia-  
nos tota  
hebd-  
mada Eu-  
charisti-  
cu Man-  
na colli-  
gitur.  
Exo. 16.

In cuius typu indicatum Hebraeis.  
Die autem sexta parent, quod inferat, &  
fit duplum, quia colligere solent per singu-  
los dies. Exo. 16. In cuius expositione  
duo praemittenda. Vnum nostra Do-  
minica die primum datum fuisse Ma-  
na. Sex diebus continuis collectum est, sep-  
tima autem die, quae est Sabbatum, cessat-  
urum est. Initiu igitur collectionis Man-  
na a die prima post Sabbatum, quae  
est nostra Dominica proculdubio fuit.  
Alterum Missae sacrificij fluentis e  
caelo Manna apprimo designari, vti  
ex Doctoribus aperte liquet. Verum

Origen.

que completens Origines, fatuit. Ex  
diuinis scripturis apparet, quod in die Do-  
minica primo in terris datum est Man-  
na. Quod si die Dominica Deus pluit Ma-  
na de caelo, & in Sabbato non pluit, intel-  
ligant Iudei iuxta prelatam esse nostra Do-  
minicam Iudaeo Sabbato. Quia in nostra  
Dominica die semper Dominus pluit Ma-  
na de caelo. Hoc est, sepe Eucharistiae  
sacrificium diebus Dominicis cele-  
bratur. Expende iam huiusmodi Do-  
minicae diei (prostitis his) prestantiam.  
Sabbato nu colligebatur Manna, pri-

mus dies collectionis Dominica, qua  
reliqui sequuntur dies, queis colligi  
dabatur. Vt innueretur futurum tem-  
pus, quando laudabiliter per totius  
hebdomadae curriculum Manna Eu-  
charisticum colligendum, seu Missae  
sacrificium a fidelibus venerandum  
esset.

Profecto qui vniuersam hebdoma-  
dam quasi solemnem custodit Eucha-  
ristico praesens sacrificio, huiusce pe-  
grinationis accipit munimen, ipe-  
cialique pignus, quod ex illorum lit-  
eratu, queis coelestis beatitudo prepa-  
rata est. Id quod olim Tabernaculo  
ru solemnitas designabat ex D. Tho-  
mae expositione. Celebrabatur festum  
scenopodia, id est, Tabernaculorum, septem  
diebus, ad commemorandum beneficium di-  
uinae protectionis, & deductionis per des-  
sertum, ubi in tabernaculis habitauerunt.  
Qui autem hic in tabernaculis habi-  
tat peregrinantis in morem, pignus  
accipit, quod ad ecclestem Patriam  
ascendet, id festi Tabernaculorum ritu  
septem continuis hebdomadae dies  
velut festiuis custodit, vacans in qua  
culati Agni sacrificio. Erat (inquit  
Pater) quasi continuum festum, quia quo-  
tidie immolabatur Agnas. (Celebratio  
enim Agni quasi festum continuum  
efficit totius hebdomadae curriculum)  
Et per illud (concludit apposite) con-  
tinuum festum sacrificij representabat  
perpetuas diuinae beatitudinis. Conser-  
uanda nimirum ab his, qui quoti-  
die immaculati Agni, festo conlana-  
to, adsumt sacrificio.

7.  
Quoti-  
die au-  
diat. Mis-  
se sacri-  
ficiu pig-  
nus acci-  
pit pra-  
destina-  
tionis.  
D. Tho.  
1. 2. q.  
101. a. 4.  
ad 10.

Quoniam tempore Feminae accesserint  
ad sepulchrum.

Matthaeus vespere Sabbati, quae  
lucescit in prima Sabbati, vni-  
se docet foeminas, Lucas valde dila-  
culo, nia.

7.  
Quoti-  
die au-  
diat. Mis-  
se sacri-  
ficiu pig-  
nus acci-  
pit pra-  
destina-  
tionis.  
D. Tho.  
1. 2. q.  
101. a. 4.  
ad 10.  
7.  
8.  
Ad con-  
cordiam  
adfero  
Euangeli-  
testimo-  
nia.

*culo, Marcus valde mane, & orto iam sole. Quoniam modo hæc conueniunt. Venerunt profecto fœminæ valde diluculo, vt Lucas affirmat. Nec alij Euangelistæ dissentiunt, Marcus Valde mane, quod idem est, ac valde diluculo. Matthæus idem protulit affirmat; diluculo enim docet fœminas ad sepulchrum venisse. Sic Hier. Dion. Alex. August, & alij.*

Hieron. Epif. ad He. q. 4.  
9.  
Quoniam modo sol iam ortus, si valde mane veniunt?  
Monta.

Barra.

Ansel. 10.  
Accesserunt fœminæ cum sol nondum fuisset orientem ingressus.

August.  
Hugo. Albert. Caetera.

Verum quod Marcus noster adijcit, *Orto iam sole*, videtur repugnare. Non enim is venit orto iam sole, qui valde mane, & valde diluculo venit. Respondet ad hæc Montanus Marcum sic intelligendum, vt fœminæ valde mane surrexerint, vt se se conferrent ad sepulchrum, id quod mox præstiterunt; sed peruenerunt, quo tendebant, *orto iam sole*. Profecto Barradius noster arbitratur forsitam hic Marcum in sensu litterali solis nomine Christum intellexisse. Venerunt *orto iam sole* fœminæ, id est, post veri Solis resurrectionem. Fabet Interlinealis, *Orto iam sole, id est, Christi*. Sed in sensu my-

ttico locutus Anselm. Faciliorem, me iudice, dabo solutionem. In cuius intelligentiam suppono, duplici modo dici solem oriri, vno, postquam ingreditur orientem; altero, priusquam ingreditur, cum diluculo luce efficit sua. Venerunt igitur fœminæ *valde mane*, cum sol nondum orientem ingressus fuisset, sed crepusculam efficere matutinum incipisset. Ita D. August. *Orto iam sole, id est, cum cælum ab orientis parte albesceret; nec dum enim videbatur sol super terram*. Sequuntur Patrem Hugo Card. Albert. Mag. & alij. Vnum Caietanum accipite. *Orto iam sole. Aurora hora describitur ab orto sole; quia re vera incipit oriri nobis sol per splendorem aurora. Tunc*

sol lucem quandam tenebris mittam adhuc efficit. Vnde Euangelista affirmat apte tenebras adhuc circumuolare. *Cum adhuc tenebra essent.*

### OBSERVATIO. I. MORALIS PANEGIRYICA CIRCA LITTERAM.

Congruè Fœminæ castissimæ non tempore nocturno, sed matutino veniunt ad sepulchrum:

**Q**Vare in matutinum tempus Fœminæ admodum diligentes letisum piū valde vñtionis opus distulere? Sepulto Dominico corpore (loquor cum Strabo) vsque ad solis occasum operantur fœminæ. Sabbato autem imminente, quia non licitum operari, opus interfecant. At cum Sabbati vespere operari potuissent, quia iam elapsi Sabbati (iuxta ea quæ in Commentario dedimus) obseruantia copiam dabat: cur non tendunt illico fœminæ ad intermissi operis consummationem; sed vsque ad tempus differunt matutinum? *Neque* (ait ille) *vespere Sabbato, præoccupant e iam noctis articulo, monumentum adire valuerunt.* Non valent fœminæ piæ opus quantum religiosum perficere, aduentante nocte, dum extra domū necessum sit diuagare. At matutina hora accedente, luce iam præbente ductum, properant ad sepulchrum.

Valde inuisa honestis mulieribus debet esse nox doli mater, fons prauaricationis. Hominem Deus condidit extra paradysum, mulierem in paradiso. Gen. 2. Cuius autem vice versa non potius homini nobiliori nobilior Patria assignatur? Respondeo ex

\*Fœminæ nocturno tempore, nec ad pias actiones egrediuntur. Ad illud: Et valde mane &c.

Strab.

12.

Mulierē Deus in paradiso condidit, ne vnquam in tenebris hinc inde discurret. Gene. 2.

Oleas.

Oleas.

Oleas. Amat mulierum genus exire, amat hinc inde discurrere. In cuius intelligentiam expendo illud Genesios: *Plantauerat autem Deus paradysum voluptatis à principio.* Cap. 2. Vbi Lxx. illud: *à principio, sic vertunt: ad orientem.* Quod si requiras, quid paradysum ad orientem fuisse constitutum? Afferunt Doctores semper ibi lucem diuagari, ac si Solis orientis iurare perfunderetur. In quam sententiã inclinat Procopius. Et quidem licet non semper Sol è paradiso conspiceretur, ex ultimo saltem nunquam ita àb illo felicissimo loco dilcessisse, vt omnino tenebris obrueretur. Quorsum hæc? Fœmina appositè in paradiso circumcluditur, vt quæ naturali pondere amat exire, amat hinc inde discurrere, exeat, & discurrat sine periculo, dum nunquam noctis tenebris obruendo loco diuagetur.

Hebræis Ægyptum suis opibus spoliataris sic Deus, *Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea.* Exo. 11. Vbi permittit virum amicum suum, siue procul siue prope moretur, conuenire: neque enim à viris alienum liberius excurrere, & longius diuagari. Fœminã autem ad huiusmodi prohibet egressu, dum præcipit se se tantum ad vicinã conferre, remotioresque ædes non adire. Enim vero iam tam strictæ legis si requiras rationem, eam colligo ex Lxx. versione, qui quidem illi clausulæ: *Postulet vir &c.* hæc præponunt: *Loquere ergo secreto in auribus populi.* Vbi innuitur omnia hæc secreto, omnia sub noctis silentio esse peragenda. Postula, o amice, ab Ægyptijs vasa aurea & argentea. Postula o vicina, & cancellaria (sic transfert Augustinus.) à mulieribus Ægyptijs prætio

sa vasa. Si igitur hæc sub noctis silentio, vti parerat ad secreti firmitatẽ peragenda sunt, mulier hæc conferat non cum amica procul fortasse commorante; sed cum vicina, cum contubernali, cum cancellaria; ne sub noctis articulo extra domum diuagare, non sine puritatis periculo, cogatur.

*Simile est (inquit Dominus) Regnũ cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso, & sponsa. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.* Matth. 25. Vbi Caetera. Vera (ait) inter istas differentia comprobatur, quia prudentes prouiderunt de medijs opportunis ad finẽ, fatuæ autem non curauerunt prouidere de medijs necessarijs ad finem. Quenam igitur sapientiam virginum prouidentia? Domo firmiter perseverantes nocturno tempore, ianuam non deserunt, donec, aduentante sponso, obviam ei procedentes, in nuptialẽ thalamum introducuntur. Quanam autem insipientum improvidentia fœminarum? Haud domui firmiter hærent, sed ad vendentes pergunt, cum noctis tenebræ eas deberet ab instituto itinere retrahere. Appositè Hieronimus. *Foris vagantur Virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso.*

Suppono ex Patribus Deiparam nunquam à Iesu separatam, dũ apud homines degisset, & requiro. Vtrum Virgo beatissima fuerit cũ Iesu, quãdo in eodem Gethsemani horto, vbi sepultus, à militibus fuit comprehensus: Affirmant qui nunquam à superstitute Iesu Deiparam dimotam arbitrantur. Ego autem omnino amplexor eam sententiam, penes scilicet nõquam Virginem à viuenti Filio dilcessisse, respondeo tamen negatiuæ quaestio-

13. Foemina Hebræis in dicitur lex non egrediendi domo nocturno tempore. Exo. 11.

14. Scultra Virgines quia media nocte eunt e mere. Mat. 25. Caetera.

Hieron. Epist. 22. ad Eust.

15. Deipara semper Iesu pedilequa non adfuit orati in Gethsemani nocte impedita.

August.



quæstioni, affirmans nempe affuisse tunc Deiparâ, quando Iesus fuit à ludæis cōprehensus. Quare? Quia non decebat, instâte nocte, fœminam purissimam domo non recludi. Sed præstat suo auctori hâc dare cogitationē.

D. Ansel. Dic, (rogat) pijsissima Domina, fuisisti tunc cum illo, cum scilicet cōprehenderetur? Non (respondet Maria) Quare? (quærit Pater) Cū eū tantū diligeres? Nox (Deipara inquit) instabat, & non expediebat, ut mulieres tunc foris inuenirentur. Ecce quæ nūquā nō adfuit Saluatori superstiti, solūmodo affuit, quando nox fœminam purissimam vel ab sponsi purissimi societate prohibebat.

OBSERVATIO. II.

In exordio diei ante omnem operationē, obijcitur vtiliter admodum fœminis hisce Resurrectionis spes.

**D**iluculo, seu ante diluculū (sicuti affirmat Chrysol.) resurgens sol non modo iustitię, verū etiam mæserialis lâpas, nostræ planè est resurrectionis imago, apposite, equidē fœminis, seu iustis animabus obiectę ante totius Diei opera. Quia spes resurrectionis nos excitat ad legis observationem. Stultè qui resurgere expectat diuino nō obtēperat legislatori.

In principio creauit Deus cælū, & terram. (aliter: Creauit Elohim, id est, iudices.) Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebra erant super faciem abyssi. Ge. 1. Erat, inquam, inanis, siue inuisibilis; quia a quis obruebatur. Pondranda occurrit illa particula: Et tenebra erant super faciem abyssi. Cur abyssō tenebricosę terra tradditur? Respondet

eleganter D. Anast. Synaita. Oportebat terram à Deo factam statim ab iniuria abyssō tanquam inferis tradditam. Et quare tradditur inferis? Congregentur (inquit Deus) aqua, & appareat arida. Ut videlicet à principio resurrectionis Christi imago præmittatur. Tertiō die (ait Pater) ex profūdo profert terram Deus prius, aperte describens Christi trium dierum ab inferis resurrectionē è terra. Iam requiro, cur à principio Christi resurrecturi præmittatur imago? Quia vbi iudicis nomē audicitur: Creauit Elohim, id est iudices, vbi indicuntur leges, vbi mandatorum observatio statuenda est, ibi oportebat resurrectionis fulgere oculos humanos perfundi ad faciliorem legum observationem.

Non alio prætextu formauit Deus hominem de limo terra. Gen. 2. In cuius expositionem Ioannis locum elucidari oportet. Iesus inclinans se deorsū, digito scribebat in terra. Cap. 8. Quare scribit in puluere? Respondet Hugo Card. In hoc, quod in terra scribit, ostendit, quod sicut legem scripserat in lapide, id est, in lapideis Iudais: ita scripserat Euangelium in terra, id est, in gentibus, quæ fructu redderent boni operis. Hinc habes leges scribi Euāgelicas in puluere, ex quo fuerat homo formatus. Iā audi Proco. Ex ipsis iā inde exordijs resurrectionis spes denūciatur. Ne quis puluere in sepulchris cernens, a desperet de resuscitando genere humano, propterea in prima hominis creatione confirmauit resurrectionis spēs. Nam qui ex puluere tunc primum hominem formauit, tam facile postea reformabit ex puluere. In puluere igitur resurrectionis spes collocatur, leges itē Euangelicę scribuntur in puluere, paupertatem, abnegationem, mortificationē indicentes. Quis tam

Ansel.  
Dial de  
pas. to. 3

\*Facilius legi obtēperat, qui fulcitur spe resurrectionis. Ad illud: Veniunt ad monumen

tū, orto iā Sole. 16. Chryso.

17. Mundi initio obijcitur hominibus spes resurrectionis. Gene. 1.

18. In puluere & lex scribitur, & spes resurrectionis collocatur. Ut spe resurrectionis confortatus, legem obseruem. Gene. 2. Hugo. Ioan. 8. Proco.

strictis legibus accingetur. Profecto ibi leges scribuntur, vbi spes resurrectionis roboratur. Pende illud: *Ex ip[s]is iā inde ex ordijs.* Oportebat enim iā inde à principio, siue *valde mane* solem resurrectionis splendescere ad legum mox imponendarum obseruationem.

19. In primæuæ præterea ætatis crepusculo innocens Abelis sanguis effunditur, idēque mortuus diuina potentia, quodāmodo è tumulo suscitatur. Ad hunc sensum allicio verba illa: *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Gen. 4. Quasi prius mortuus, totaque sepultus, iā fuerit suscitatus. Pulchrū do D. Bisulij Se'e u. testimonium. *O res inopinatas! In mortis vestibulo resurrectionis tabula legitur.* Pendenda vox illa: *Resurrectionis tabula.* Bellè tabula vocatur resurrectio apta equidē ad legē scribendā vtrāque. Ibi etenim congruè lex primis scribitur hominibus, reliquoque humano generi facilius obseruanda, vbi resurrectionis veritas designatur.

20. Legē Deus hominibus fert huiusmodi. *Ex ligno scientia boni & mali ne comedas.* Ge. 3. Transgressa est humana natura legē conditoris, legi parēs inimici. Quodnā vulneri tanto medi-

cament adhibetur? *Venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrū.* Mat. 28. Mystice D. Petrus Chrysol. *Venit videre sepulchrū, ut quā depererat arboris visus, visus repararet sepulchri.* Videat itaque mulier sepulchrū, inane vtiq; Christo iam resurgente aspiciat monumentū, spē resurrectionis inde concipiat; placinet proculdubio inde se se ad legis implentem.

Tunc equidē (adiicit Matthæus) *terremotus factus est magnus.* Cap. 28. Memini, olim tnter terræ motum, inter fulmina, Deo legis latore, Moysē tabulas scriptione signasse. Non aliter, vacuo sepulchro, *terramotus factus est;* quia lege tartari, cui Protoplati paruere, pereunte, noua lex fertur proculdubio ab hominibus custodiēda. Ad quē sensum voco Chryso. *Mouetur chaos, dissiliunt ima terrarum, montium tremunt pondera, orbis fundamenta quatuntur.* Quare? *Merito perit lex tartari, remota sunt inferni iura.* Quia redintegratur homo, *vita reparatur.* Ac si diceret, Lex tartari perijt, noua lex obseruanda indicitur; quia homine per resurrectionem redintegrato, ad obseruantia legis cœlestis roboramur, qui spe resurrectionis fulcimur.

## SECTIO TERTIA.

### Monumenti referatio.

#### TEXTVS.

Verf. 3. *Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.*

#### COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

##### ¶ Monumenti descriptio.

S. 1. *Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem? Fœminæ ignorā*

tes custodibus sepulchrum muniri, quia ab ipso feria sexta discesserant de solo lapidis impedimento verba faciunt. Non quidem postquam ad sepul-

boratur ad legis obseruationem. Gene. 3. Mat. 28. Chrysol. ser. 74.

21.

Lex hodie tartari perit lex cœlestis obseruanda reparatur. Mat. 28.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.

Chrysol. citat.



thy. & omnes alij respondent expofitores. Nec enim ope alieno indigebat, vt exiret, qui propria virtute à mortuis surrexerat. Quare igitur reuolutus est lapis? *Eorū causa,* (cū Iust. Mart. respōdeo) *qui id conſpecturi erāt; vt ipſius reſurrectio oſtenderetur. Nam quod ſepulchralia eius in monumento viderunt: evidentiffimū reſurrectionis eius fuit indicium.* Verba illa: *Erat quippe magnus valde.* Cum illis copulo: *Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti: quāsi parentheſi clauderetur illa ſententia. Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem.* Vt ſit ſenſus, ideo fœminas de reuolutione lapidis dubitaſſe, quia *lapis magnus erat valde,* nec opus fœmineis viribus coherēs. *Quid mirū* (inquit magno Alber.) *hæc à fœmineis diſtari; erat quippe magnus valde ille lapis, qui appoſitus eſt oſtio monumenti?*

*Magnus valde,* Quā magnus? Tā ponderoſum legi apud Doctores, vt vix à viginti hominibus poſſet dimoueri. Vnde fœminę prudēter, tot hominū numero abſente, conijciūt (ex Caietani ſentētia) magnum lapidem ab Angelo faiſſe prouolutum.

**OBSERVATIO. I.**  
**MORALIS PANEGIRYICA**  
**CIRCA LITTERAM.**

Mulieres ſiue conſpicientes, ſeu conſpectę lapidem quantūuis ingentem prouoluunt.

8. Notanter dixit Euangelista: *Reſpicientes, viderunt reuolutū lapidē.* Nō eis ad magni lapidis reuolutionē opus fuit ſeu prope accedere, ſeu manū ad mouere, ſolo aſpectu myſtice corruere lapidē effecere. Id quod fœmina ab arbore dedit exitiali. An non o-

lim arboris aſpectū corruere fecit mulieris exedificationē? Deus enim *edificauit coſtā in mulierē.* Ge. 2. Chryſol. *Quā deceperat arboris viſus &c.* Ab aſpectu itaq; arboris illecebroſo accepit mulier aut aſpiciens, aut aſpectata lapidis ingētis deturbatrix exiſtere.

Caput primum.

¶ *Aſpiciens reuoluit.*

**O**bjicias menti Petrū, ſiue petrā illā fortiſſimā minime confringēdā Dñicę exedificationi eternum cientes duratura appoſitā. Profecto lapis hic videmagnus repēte reuolutus eſt. Dixit: *runt re Nō te negabo.* Ait; *Nō noui hominē.* Acciuoluptate reuolutionis deſcriptionē extans la Chry. *Quid ais ò Petre, ſeu petra dixepidem.* *rim? Vox tua repente mutata eſt Os enim 9. plenū fidei & amoris, in odiū, perfidiā ue Petrus conuerſum eſt. Iā ſubiſcio tā repentia petra reuolutionis magni lapidis cauſa. Quę cala cō cū vidiffet (ait Lucas) ancilla quedā, & cecidit aſpectu. eum fuiſſet intuita, dixit. Cap. 22. Cur Chryſ. nō ſemel de mulieris intuitione fecit in Gart. memoriā? Non ne ſufficeret verbū D. Tho. illud: *Quę cum vidiffet.* Quid amplius Luc. 22. additum ex iteratione: *Et eum fuiſſet intuita?* Vt oſtendatur reuolutionem magni huiſce lapidis ortū habuiſſe ex mulieris aſpectu. Nec mirū mulieris aſpectū ſine voluptatis illecebra (Petrus enim totius puritatis documentū) myſtice Petrā ad exitium atuliffet, ſi illecebroſus aſpectus alieni genarum mulierum fortiſſimum ita Salomonem euoluit, vt idolis præſtaret obſequium.*

Petrus ſanè ſiue petram ex fœminæ aſpectu fuiſſe reuolutā ex eo colligo, quod Chriſtus *conuerſus reſpexit Petrum,* vt videlicet aſpectus Dñi loco medicaminis exitiali mulierculę intuitioni

Inſtin. 9. 117.

7. Quam magnus lapis hic? Laudul. in Vita Chriſt.

\* Exitia lis hominibus pulchri fœmine aſpect?

\* Pulcra te mulier læthaliter aſpicit.

Ad Illud:

Aſpīgēdā

petra

muliercula cōcidit aſpectu.

Chryſ. in Gart. D. Tho. Luc. 22.

10.

Petrus ideo ex aſpectu Dñi loco medicaminis exitiali

tuitioni

ta femi-  
na effi-  
cit.  
Gen. 20.

tuitioni adhiberetur. David ex aspe-  
ctu mulieris quondam faucius, ac pro-  
uolurus, huiusmodi medicamē cupie-  
bat sibi prestari, dum in clamat, *Respice,  
& exaudi me.* Haud aliter Petro Iesu  
datur aspectus in male sanam foeminae  
intuitione. Per pulchre D. Aug. *Qua  
propter mihi videtur illa respectio diuini  
tus facta. Et sicut dictum est, Respice, &  
exaudi me; & conuertere Domine, & li-  
bera animam meam: ita dictum arbitror:  
Conuersus Dominus, respexit Petrum.*

August.  
ibid.

\*Pulcrā  
lataliter  
piceis  
mulierē.  
Ad  
Illud:  
Aspi-  
cientes  
vide-  
runt re-  
uolutū  
lapidē.  
11.  
Vidētes  
corruat.  
August.  
L. 22. cō.  
Faul. c.  
36.

Caput secundum.

¶ Reuoluit aspectata.

Iam probo non solum aspicientes foeminas, sed & aspectatas forte quae-  
re; prouolere. Abraham fame pressus  
in Aegyptum se confert. Noni (inquit)  
quod pulchra sis mulier; & quod cum viderint te Aegyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est:  
& interficient me, & te reseruabunt. Dic  
ergo, obsecro te quod soror mea sis; ut bene  
sit mihi propter te, & viuat anima mea  
ob gratiam tuam. Ge. 12. Vbi queritur, qua-  
re qui de vita fuit sollicitus, non simul  
de custodienda vxoris pudicitia cura-  
uit? Quia vitae custodia non erat diffi-  
cilis, ac cura de vxoris castitate omni-  
no homini erat impossibilis; quare  
eam omnino Deo commisit. Ita Aug.  
*Qui se hominem occultare non voluit, mari-  
tum se occultauit, ne occideretur; uxorem  
(quod non potuit ipse) Deo credidit, ne per-  
lueretur.* Vndenam, quaeso, impossi-  
bilis marito vxoris custodia? Quia mu-  
lier ab hominibus erat aspicienda. No-  
ui, quod pulchra sis mulier, & quod cum vi-  
derint te Aegyptij. &c. Quis licet fortissi-  
morum Aegypti incolarum ad aspectum  
pulcherimae mulieris non prouoluerit?

12.  
Nullum  
corruere  
re vela-

fatur, *Ecce mille argenteos, & mulier, de-  
di fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorū,  
ad omnes qui tecum sunt, & quocumque  
perrexeris, mementoque te deprehensam.* Ge.  
20. Ac si diceret, Si intendis ubique  
nullatenus sedari, sed custodiri, de nul-  
lo alio cures, quam de vultus custodia.  
Si respiceris, corrues: quia virorum  
constantia reuoluta, ad pulcherrimam  
mulieris aspectum, in tui amorem e-  
xardescet. Quare non opus maritum  
tuum huiusmodi verborum ambagibus,  
dum velamen, ne tuus pateat aspe-  
ctus, oculis adhibeas.

Pulchrius adhuc ex Procopio locum  
expendam. Hic illud: *Erit tibi in vela-  
men oculorum transfert. Erit tibi in honore  
vultus tui.* Ac si in horatus esset vul-  
tus mulieris, dum se se dedit aspectan-  
dum: & corruptus, dum Regem ad concu-  
piscentiam traxit. Vnde resarcire pecu-  
nia conatur illatam iniuriam. Non sine  
(inquit Doctor) illi argentei merces con-  
cubitus, quo non sum potitus: sed quia so-  
lum vidi faciem tuam, isto munere te honoran-  
dam censes. Ita valens enim vultus foemi-  
nei obiectus ad virilem animum inur-  
mandum, ut agendum mihi sic, ac si actio-  
nem iniquam perpetrassem, qui solo as-  
pectu excidi.

13.  
Solo as-  
pectu se  
corruis-  
se affir-  
mat Abi-  
melech.  
Gen. 20.  
Procop.

Hinc lob omnibus alijs hostibus bel-  
lum inferbat, cum vultu foemineo pa-  
ssum inibat. *Pepigi foedus cum oculis meis,  
ut ne cogitarem quidem de virgine.* Ca. 31.  
Id est, ne obiectum mihi vultum vir-  
ginis aspicerem. Ac si aspectata mu-  
liere corruere vereretur, qui vniuer-  
sum inferni exercitum superabat. Id  
quod adnotas Chry. ait. *Iob Diabolum  
quidem videns accedere, non fugit: sed  
mansit sicut leo viribus fidens: virgine au-  
tem visa, non stetit, neque moratus est in  
contuenda pulchritudine.* Timuit enim,  
quod si staret in mulieris aspectu, non

14.  
Timuit  
Iob se  
cafarum  
si in cos-  
pectu  
mulie-  
ris ita-  
ret.  
Iob. 31.  
Chryf.  
ser. de Iob  
seph Pa-  
tri. to. 1.

staret. Durum sic lapidem obuoluit tam fragilis vultus obiectio.

15.  
Lapideus David in mulieris honeste confectu reuoluitur non lapideus?

Quis magis lapideus, quā David, de cuius petra oritur Agnus Dominator orbis à Propheta aspicitur? *Emitte Agnū Dñe, dominatorem terra de petra deserti.* De lapideo lapideū, de petra petram, Petra autē erat Christus, de pastore deserti pastorem, de fortifortē, de duce ducem, de prestanti, hostium debellatore imperatorē potentissimū. Profecto tam forti, tam lapideo vultus honestæ fœminæ obijcitur, ac mox, reuolutolapide, misere corruit. Apposite Chrysoft. *Aperuit David in vano oculos, & suscepit ictum.* Ac si vultus mulieris tā magno lapidi vim immiserit, vt euolueret. *Audiant* (adijcit hanc expendens excogitationē) *curiosi, audiant, qui spectaculis insanunt theatricalibus. David talis, ac tantus latus est, & tu te putas non posse lēdi? Et ille quidē nō vidit meretricē, sed honestā fœminā in solaris domus sue; tu autē in theatro, ubi eāta sunt corruptela, tanta præcipitia. Quo modo possū tibi credere, quod à talibus bestijs vulneratus nō sis? Nūquid (attēde) lapideus es. Imo, licet lapideus esses, ad fœminarū conspectū in morē huiuscemodi magni lapidis euoluereris, si magnus lapidis deserti David fuit misere euolutus.*

16.  
Christus resurgēs ad memoriam reuocat fugiētis Ioseph facinus in pudicitia ducemētū. Gen. 39. Euseb.

Profecto si hodie lapis magnus ad mulierum cōspectū reuoluitur, in virorū fortiū, qui corruere possunt, ducemētū: Christus resurgit ad memoriā reuocans Iosephi fœminæ proca cis vultū fugiētis facinus. Sed prestat audiri ex Euse. pendenti illud Gene. *Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Cap. 39. Ioseph* (inquit) *à muliere detinetur, & Christus à morte. Ioseph, pallio reiecto, aufugit, & Christus limteamina in sepulchro reliquit & exsur*

*rexit.* Vt scilicet ad memoriā reuocā Iosephi fugientis pudicitia, ostentat paschale tēpus decere fugā. Quando scilicet. *Fœmina lasciuā* (cū D. Basil. illa crymor) *Dei timoris oblitā, in die tali, quā do eas ob resurrectionis memoriā domus honeste cōsidere oportebat, ac illius diei recordari, in qua cæli quidē aperientur, abiecto seruitutis (Christi iugo, ad mariū aspectus impudētes diffusa comas, tunicarū luxus ostentantes. pedibus gestientes, ac oculo petulanti, risu lasciuo, ad saltationē insanētes, iuuentutis intemperantiā in se prouocant.* Fugā igitur cape o Ioseph, quā tūuis lapidee, ne te huiusmodi prouoluat aspectus.

Basil. hom. 12. in Ital. 45.

## OBSERVATIO II.

Lapis reuoluitur, vt sepulchrū, & tartarus restituant iniuste accepta resurrectionis solemnitate, quæ vix potest à restitutione seiungi.

**R**edit rationem Euangelista, cur lapis magnus fuerit aduolutus. *Erat* (inquit) *magnus valde.* Aptius dixisse videretur. Facile reuolutus fuit lapis, quia valde paruus erat, sicuti lapis olim paruulus sine manibus a uulsus è culmine aduolauit. Profecto quia *magnus valde* lapis erat, resurrectionis die sine manibus amouetur, Hodie alienorū thesaurorū possessores, licet diuitiæ magno auaritiæ lapide superposito custodiantur, restituere coguntur. Tartarus retinet superiorū depositū? terra corpora sanctorū custodit? Hodie *Tartarus* (loquitur cū Ambrosio) *quos habet, reddit ad superiores; terra, quos sepelit, mittit ad cælum.* Nullus igitur tam solemnitate die, quando conscientia nudantur, quando exigente præcepto, Eucharistia recipitur,

\*Paschale tēpus annuæ communioni deputatū ad restitutionē impellit.

Ad illud: *Videntur reuolutus, lapideus, erat enim magnus valde.*

17.

A nbr.

cipitur, iniuste ablata, seu male reten-  
ta non restituit, è corde magno lapi-  
de obuoluto, si dies hodiernus accep-  
torum alienorum, licet non iniuste si-  
delis redditor obijciatur.

18. Iosue olim de nocte surgente, sep-  
tē iubilei buccinis insonantibus, sub  
Re sti-  
tuit Ie-  
rico re-  
surre-  
ctionis  
die qua  
iniuste  
retine-  
bat.  
Iol. 6.  
Basil.  
Seleu.  
Ora. 31.  
tē iubilei buccinis insonantibus, sub  
septimi diei aurora *muri Ierico illicò  
corruerunt.* Ios. 6. In cuius expositionē  
præmittendum primò, Ierico muros  
lapideos sine manibus, sine hostium  
vi obuolutos esse. Vnde loco verbi  
illius: *Muri illicò corruerunt,* est Hebr.  
*Et cadet murus ciuitatis sub se.* Id est,  
nostro Mariana interprete, *Nullò im-  
pellente, cadet murus.* Ex hoc equidem  
magno lapidi sepulchri affinis, quem  
nulla impellente hominū vi, foemine  
viderunt reuolutū. Ponendum secun-  
dò in hac antelucana Iesu consurre-  
ctione recte veri Iesu resurrectionē  
figurari, quā equidem comitantur iu-  
bilei septē buccinæ, septem utiq; die-  
bus; tēpus namq; hoc annuæ confes-  
sioni ac cōmunioni deputatum. His  
positis, quando Iesus resurgit, lapi-  
deus concidit murus. Quare? Vt diui-  
tiæ suos effugerēt possessores. Sic D.  
Basilius Sel. *Obessa Ierico murorū orbem  
exuebat, ut habitatores ipsa fugeret, &  
ad Israelitas transfugeret.* Iericultini  
enim ciues Israelitico populo debe-  
bantur. Ideo magni muri lapide obu-  
oluto, restituit resurrectionis Iesu  
die Ierico, quæ iniuste retinebat.

19. In Lazari morte ac resurrectione  
Dñicæ mortis, ac resurrectionis typū  
Raptor  
Tarta-  
rus resti-  
tuere co-  
gitur re-  
surrec-  
tionis  
die.  
Ioa. II.  
Chryl.  
fer. 63.  
præcessisse quis ambiget, præcipue  
cura D. Chrytol. expressu reliquerit?  
Christus accedens ad monumentum  
inclamat. *Lazare veni foras.* Et statim  
(adiicit Textus) *prodiit, qui fuerat mor-  
tuis, ligatus manus, & pedes institis, &  
facies illius sudario erat ligata.* Ioan. I I.

Voco ad questionē, Cur Tartarus re-  
tulit Lazarū funerea sindone implici-  
tū sudario obexatū? Nū quia quan-  
do adest Dñicæ resurrectionis diei i-  
mago, Tartarus cogebatur restituere,  
quod è cœlesti thesauro abstulerat,  
& retinuerat? Nō inficior; sed ele-  
gantius sic Chryl. *Tunc Tartarus liga-  
tis manib⁹, & pedibus, Lazarū retulit ad  
superna, timens, & tremens; ne dū moras  
facit, ne dū tardius refert unū, omnes co-  
geretur afferre. Sic factus est viuorū rela-  
tor, qui raptor esse consueuerat mortuorū.*  
Vbi rogas rarsū, Quare timeret Tar-  
tarus se se omnibus spiritibus, & cor-  
poribus, quæ rapuerat, spoliandum?  
Quia aderat Dñicæ resurrectionis ty-  
pus, qua equidē solēnitare aduertan-  
te, tēpus adest restituēdi. Vnde sic fa-  
ctus tandē est viuorū relator, qui raptor  
esse cōsueuerat mortuorū. Multis scilicet  
sanctorū corporib⁹, quæ dormierāt,  
surgentibus, omnibus spiritibus infi-  
nu Abrahæ constitutis vincula con-  
fringentibus.

Post Christi obitū accedunt Iudæi  
ad Pilatū fantes, *Seductor ille dixit ad-  
huc viuēs: Post tres dies resurgā. Iube er-  
go custodiri sepulchrū. Ne fortē veniant  
Discipuli eius, & furentur eum, & dicāt,  
Surrexit à mortuis Et erit nouissimus er-  
ror peior priore.* Mat. 27. Vbi Interline-  
lis, *Ignorantes verum dicunt.* Verum ea  
quidē dicunt, ignorantes; quia si Dis-  
cipuli furarentur eius corpus eo tē-  
pore, quo vere possent dicere: *Surr-  
xit:* error proculdubio maxim⁹. Cul-  
pa quippe execrabilis, error enormis  
solēni resurrectionis die, i quo omnia  
accepta restitui debēt, nouo furto ho-  
mines cōtaminari. Sic mystice Ansel. Vix se-  
parari potest resurre-  
ctio à restitu-  
ctione.  
20.  
Magnus  
error, re-  
surrec-  
tionis  
die ho-  
minem  
furtis  
conta-  
minari.  
Mat. 27.  
Interl.  
21.  
Vix se-  
parari  
potest  
resurre-  
ctio à  
restitu-  
ctione.

Caput primum.

\* Omnia faci-  
lia Resurre-  
ctionis memo-

Ion. 2.  
Hugo  
Card.

Ionam. Et erat Ionas in ventre piscis tri-  
bus diebus, & tribus noctibus; & emouit  
Ionam in aridā. Ion. 2. Vbi Hugo Car.  
Præcepit Dominus morti, & inferno, ut  
suscipiant Christum. Sed quantum gau-  
dent in deuoratione, tantum lugent in vo-  
mitu. Quam apposite Textus vomeni  
di vocabulo vltus est! Nam qui vomiti-  
onē facit, non solum ab stomacho  
reuocat cibum illum, qui extitit oc-  
casio vomendi; sed omnes simul alios  
cibos, quos fuerat stomachus com-  
plexus. Mors itaque, & infernus euo-  
munt Christum resurgentem, ac pari-  
ter omnes illos, quos victos retine-  
rant, restituere coguntur. Quia vix  
potest ablatorum restitutio a resur-  
rectionis festiuitate seiungi. Egre-  
gie Strabus. Præcipitur abyssis, & inferno,  
ut terris restituant Saluatorem, & ut  
mortuos secum plurimos educat, qui mor-  
tis vinculis tenebantur. Sepulcrum  
homo, paschali tempore Synaxi refe-  
ctus factus es. (cū Theophy. loquor)  
Christus resurgit, & euomas simul in-  
iuste ablata, resurgente Domino, ne-  
necessum.

Strab.

OBSERVATIO. I. I.

Quantumuis magna durities ho-  
die ē corde aufertur, quia om-  
nia sunt concedenda re-  
surrectioni.

22.

Omnia in resurrectione Iesu faci-  
lia redduntur. Corda quantum-  
uis lapidea emollescunt, nulla est vi-  
ctoria, quæ non valeat resurrectionis  
memoria reportari, in cuius typum  
magnus sepulchri lapis euoluitur.  
Do D. Gregorij Nazian. sententiā.  
Concedamus omnia resurrectioni, veniam  
alij alijs demus.

Nazian.  
Ora. 1.

¶ Omnia potentissima resurrectioni a  
nobis concedenda sunt.

Concedamus (ait Pater) omnia re-  
surrectioni. Nil profecto durius  
incredulitate, quæ tamē durities cor-  
dis, lapide reuoluto, remouetur resur-  
rectionis die. Dixerat Dominus Dis-  
cipulis post infirmitatis Lazari nun-  
ciū. Lazarus mortuus est, & gaudeo prop-  
ter vos. Ioa. 11. Quare (querit Chry.)  
propter vos? Respondet, Quia in mor-  
te, & resurrectione Lazari figura tota re-  
surrectionis Dominicæ pingebatur. Ac si  
diceret, Gaudeo Lazarum mortuum,  
ut resurgat; seu, Gaudeo me mortuū  
in typo, ut resurgens vos valeam ab  
incredulitatis duritie liberare. Ideo  
adiicit. Ut credatis. Ad quæ Pater, Ne-  
cesse inquit) erat, ut Discipulorum fides  
resurgeret cum sepulto. Cur necessum  
Christum resurgere, ut cum eo fides  
confurgeret Discipulorū? Quia post  
quam passio Dominica, sacratissimus  
sanguis effusus Discipulorum duri-  
tiam non emolijt: postquam morti  
Iesu potentissimæ resistere: quid iam  
superst nisi resurrectionis vis. Ut sci-  
licet, reuoluto pectoris lapide, hæc  
victoria concedatur resurrectioni.

ii.  
Ad  
illud:  
Erat  
quippe  
magnus  
uide.  
23.  
Duri-  
ties cor-  
dis non  
creden-  
tis resur-  
rectio-  
nes ima-  
gini cō-  
cessit  
victori-  
am.  
Ioa. 11.  
Chryl.  
Ier. 63.

Ponderanda accurrunt illa Chri-  
sti in eiusdem Lazari suscitatione, ver-  
ba: Tollite lapidem. Ioa. 11. Quare di-  
uina virtute lapis non remouetur? In-  
ter diuinas (loquor cum Chrysolo.)  
humanum Christus requirit auxiliū. Non  
sufficit amouere lapidem, qui mortem suf-  
ficat effugare? Dixerat per Prophetam, Au-  
feram cor lapideum de carne eorum, & da-  
bo eis cor carneum. Ezech. 11. Si ergo  
Christus tam valens, ut amoueat la-  
pidem, cur præcepit Iudæis remoue-  
re? Vidisti Lazarū sua resurrectione

24.  
Cor la-  
pideum  
autem a  
Iudæis  
resurre-  
ctionis  
mytte-  
riam.  
Ioa. 11.  
Chryl.  
Ier. 5.

Christi



Resur-  
gens. Ie-  
sus cum  
peccato-  
ribus  
pugnat;  
donec  
eosem-  
liat.  
Gen. 32:

Christi resurrectionem presentare? Ideo igitur lapidis euolutio non fit Christi immediatè præstante potentia; sed hominum manibus lapis remouetur; quia opus quantumuis magnum, difficile, concedendum resurrectioni Iesu; qua quidem homines fortissimi effecti opera valent ardua admodum dare executioni. Chryso-  
eiusdem auctoritate roborabo. *Præcepit ergo, ut Iudæi ex se cor lapideum tollant, euoluant perfidia saxum, silicem duræ incredulitatis excludant. Quatenus anima per infidelitatem mortua de sepulchro pectoris prosilirent.* Hoc est, Ideo præcipiuntur Iudæi ex se cor tollere lapideum proprijs manibus, (diuino tamen auxilio fultis) quia Christo mystice resurgente consurgunt. Nec vlla esse potest cordis durities, quæ Dominicæ resurrectionis vi nõ emolliatur.

Chryf. citat.

25.

Iudæi e  
sum oc-  
cidetes  
conuer-  
si nõ sũt  
fortaf-  
se, quia  
eis resur-  
gēs non  
appa-  
ruit.  
Gen. 4.  
Isidor.

Cur existimas plures è Iudæis, lapide è corde minime sublato, in sua peruersitate persistere? Iesus resurgens ex mortuis eis non apparuit. Expono id Caini infidelis historia. *Cum operatus (inquit Dominus) fueris terram, non dabit tibi fructus suos.* Gen. 4. Vbi D. Isidorus in Caino Iudæos contemplatur nullatenus resurrectionis fructus ex Dominica ab illis claborata passione terra percipientes, sed, instar Caini, induritie cordis persistentes. Vndenam immobilis cordis lapis perseverat? Respondet egregie Doctor, *Quia resurgens eis, à quibus erat crucifixus, nõ apparuit.* Oijceretur Iudæis durissimis resurgens aspectus, quantumuis durus lapis ab eorum cordibus amoueretur. Quia omnia resurrectioni concedenda.

26.

Quid si quæras, vndenam resur-

ratio tam potens, vti omnia ei concedenda sint; quia omnia superat impedimenta? Ratio in promptu est. Iesus resurgens cum homine pugnam instituit, donec eum emollitum ad meliorem afferat frugem. Cum Angelo olim Iacob luctabatur, quem seu allexit, seu traxit ad benedictionis largitionem. Angelus immutabilis, atq; in morem lapidis durus, tibi peccator sit, qui (vti Diabolus de Iob cupiebat) in faciem Deo maledicit. Profecto Iacob luctator typum Iesu resurgens agebant doctore Augustino. *Quod Iacob (ait) typum Domini resurgens figurauit, etiam tunc cognoscimus, quod orans Deum, ut eum de manu Esau eriperet, Domine, inquit, in baculo meo transiui Iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior. Verum est, fratres, baculo crucis Christus apprehendit mundum, & cum duobus populis rediit cum triumpho Iam peccator ait, Dimitte me, aurora est. Vbi acute Doctor, Resurrectionem Domini figurauit, quia Christus ante aurorã dicitur surrexisse a mortuis.* Ac si diceret Angelus, personam duri peccatoris gerens, iam me victum profiteor, iam Deo benedicam, iam pœnitebo in potentissimæ conspectu resurrectionis, cui quidem omnia concedenda sunt.

Caput secundum.

¶ *Alij hodie effecti inimicos alios effectos veniam donamus.*

**P**ergit Nazianzenus, *Veniam alij alijs demus.* Alij (ac si diceret) effecti sumus per resurrectionem: alij itẽ, (quis ambigat?) præcepto annuæ communionis hodie expleto, effecti erunt inimici nostri. Nos ergo alij demus veniam inimicis alijs effectis.

\* Cõfessione an  
nua alij  
inimicos ve-  
nia donemus.  
Ad  
illud:  
Erat  
quippe  
magnò  
valde.  
27.

28. Dies hic nos alios red- dit. Mat. 28. Chryl. ser. 75. Hæc proculdubio dies alios, siue alteros noscit efficere peccatores. Ideo post resurrectionem Iesu, Venit Maria Magdalena, & altera Maria. Mat. 28. Vbi Chrysol. magis spiritus veritatem, quam litteram tibi proponēs, ait, Venit Maria, & altera Maria. Sic altera, ut ipsa: sic ipsa, ut altera ipsa Maria. Peccator namque ob Domini resurrectionem mutatur in alterum. Alij igitur effecti amemus inimicos alios effectos. Putas ne aliquam efficaciorē posse aduersus odium inimicorum excogitari medicinam?

29. Totus Iesus charitatis oleo inungitur. Mar. 16. Bernard. ferm. 12. in Cant. Mulieres hodie properant paratis vnguentis, ungerē Iesum. Mar. 16. Vbi verbū illud: Iesum, sic pēdit D. Bernardus. Unctio in obsequium Domini noua conficitur, non ad unguendum tantum aliquam corporis partem, ver gr. pedes, aut caput: sed, sicut scriptum est, Ut venientes ungerent Iesum; quod est totius complexio, nō partis distinctio. Quorsum hæc? Profecto non solus pater, cognatus, amicus ad corpus Iesu pertinet; sed & inimicus, qui quidē hodie à te inungendus obijcitur. Egrege Pater, Tu quoque, si te induas viscera misericordie, liberalem, benignumque exhibeas, non tantum parentibus, siue cognatis tuis, aut quos tibi benefactores tenes, vel benefacturos speras; (nam & ethnici hoc faciunt.) sed iuxta t' aulū studeas operari bonum ad omnes ita, ut propter Deum nec inimico officium humanitatis corporale, seu spirituale negandum, subtrahendumque existimes.

30. Resurrectio compendium medicine ijs, qui erga proximos

dit Ephraim infirmitatem suam, & abijcit Ephraim ad Assyrios, & misit legatos ad Regem Sarrim. Et ipse non potuit liberare. Proh exitialis malitia egritudinis! Quid faciendum miserimo Ephraim? Ipse (inquit Propheta) verberauit, & sanauit nos. Ose. 5. & 6. Vbi Theodoretus, Compendium (ait) medicine ostendens. Quodnam hoc medicaminis compendium? Addit Ose. Post duos dies in tertio resurgem. Quod sic exponit idem Pater, Post hæc, designat, post tres dies factam resurrectionem Conseruatoris. Resurrectionis igitur materiam compendium medicine est, adhibendę equidem affectui prauo illorum, qui se inuicem odio prosequuntur.

31. Quod quidem argumentum maxime roboratur Saluatoris resurgētis exemplo. Inimicos custodes sepulchri primum charitate complecti molitur. Præcinit David. A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino. Plal. 129. Rupertus ad illa verba, lamque aduenerat vigilia matutina & c. Exo. 14. Vigilia (inquit) matutina est resurrectio Dominica. Matutina namque tempore sedit Angelus ad sepulchrum Domini: & post profundam tristitia noctem, magni gaudij diem mulieribus, & per illas fugientibus Apostolis euangelizauit. Custodiam autem matutinam dixit David custodiam militum mane exterritam. A custodia igitur matutina speret Israel. Ac si diceret, Vel ab ipsis custodibus prauis militibus potest hodie Israel aliquid sperare. Quia scilicet nec prauorum militū desperata salus est. Quare? Quoniam beneficio resurgētis Iesu inimici alliciuntur, & ad meliorem frugem deducuntur, Quid (inquit Abbas) speret Israel ab illa custodia matutina? Videlicet,

get, quia in se, quod in illo factum est, futurum est, scilicet, surgere à mortuis. Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Nullae iniquitates non obliterabuntur ex poenitentibus Israel resurrectionis die, quando tam copiosa redemptio, ut ipsa nocturna inimicorum custodia matutina luce perfundantur.

32. Quid non Discipulos factos inimicos fugientes teneret dextera illius, qui occidetes hostes complexus est? *Venit quondam David in Siceleg, & misit dona de prada senioribus Iuda, & proximis suis, aueris tunc (viti exponit Anselmus) dicens: Accipite benedictionem de prada hostium Domini. 1. Re. 31.* Contemplatur Doctor ille in victorie Dauid Iesum resurgentem Discipulis diuidens benignitatis spolia, ut ad amicitiam reduceret auersos. *Ut attraheret (inquit) eos ad amicitiam mitrit Iesus dona, scilicet duobus Discipulis euntibus in Emaus.*

33. Medius rursum inter Apostolos, qui recesserant, ait, *Ego sum, nolite timere. Luc. 24.* Deus bone, imo ideo timore corripimur, quia tu es. Quid non timeat Petrus, qui ter Dominum negavit? Quid non tremat Ioannes, qui deseruit? Quid non totis artibus contremiscant Discipuli fugientes? Nulla prorsus causa timoris adest resurrectionis die, quando vel inimicis venia datur. *Sum ego (ait Iesus) non alius, sed ille ipse, qui pro inimicis exorauit; vos resurgetis alii, ego non alius, sed idem resurrexi. At resurrectionis dies, licet vindictam possem sumere ab inimicis, dies est obliuiscendi iniurias. Belle Chrysol. Ego ex mortuis sum vivus. Proinde nolite timere, Petre, quod negaueris; quod fugeris tu, Ioa-*

nes; quod in fidelibus de me totis cogitationibus iudicatis; quod adhuc non creditis, me videndo. Proxima verba magnam exigunt ponderationem. Nam quasi parum esset in resurrectione dari veniam delinquentibus alijs iam factis, adijcit: *Nolite timere, quod adhuc non creditis, me videndo.* Ea est enim eius, qui viuis ex mortuis apparet vis, ut vos incredulos repertos (Thome innuit incredulitatem) disponat ad poenitentiam, ut venia demum donare queat. Tempus etenim faciendi Deus, misericordiam eis, qui dissipauerunt fidem tuam.

Nihil profecto hisce diebus, non redundans pietate. *Recumbentibus undecim Discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum &c.* Mox denique eos mundi praedicatorum mittit ab Ierosolyma, ubi inimici crucis Christi, eiusque interfectores commorabantur, ducturos exordium. In cuius expositione Galfridi sententiam. *Increpata incredulitate & duritia cordis, fidei firmitatem commendat, & Dominica Resurrectionis certitudinem tribuit ampliolem. Non contentus videri, audiri, & tangi, ut quartus etiam sensus prohiberet testimonium veritati, cum discipulis suis voluit & conuiesci. Solus huic testimonio merdus quinq; sensuum defuit odoratus. Cur igitur à mysterio resurrectionis odoratus ablegatus est? Non dubium, in factis huiusce sensus organum non bene audire circa inimicos, vii D. Gregorius de Behemoth fumantibus naribus agens, adnotauit. Id igitur quidquid circa inimicos aut irascouet, aut repraesentat, à Dominica resurrectione ablegetur omnino. Nec enim inimicus ipse (quo ad hoc) resurrectionis odoratus fidelem hu-*

Licet a  
lij effe-  
ti non  
sint ini-  
mici, ho-  
die illis  
ignosce

34.  
Odo-  
tus non  
refert  
de resur-  
rectione  
testimo-  
nium,  
quia pre-  
tendit  
iracun-  
diam.  
Mar.  
vlt.

Grego.  
L. 31.  
c. 21.

Chryf.  
ser. 81.

in sce veritatis reddet testificationē.

tem vos fecistis; Dominus autem, quo exitum hinc faciat, aduenit.

Ingens equidē resurrectionis gloria, quando hēdi mutantur in agnos, peccatores in iustos. Nihil hodie finistrum, dum in sinistra locati, iam au- fugiunt ad dexteram. Accedunt fœ- minę ad sepulchrum, introeuntes in mo- numentum viderunt iuuenem seantem in dextris. Mar. 16. Et cur in dextris? Respondet Chrysol. Quia resurrectio recipit nil sinistrum. Vias, quę a dextris sunt, nouit Dominus, & tunc statuet ius- tos ad dexteram suam. Omnes itaque delinquētes hodie properat ad dex- teram ē sinistra; quia resurrectio recipit nil sinistrum. Si per resurrectionem au- fertur sinistra quodammodo, vestra malitia de hinc facitis finistram, vt a dextera in finistram properetis.

Quem equidem triumphum & ab umbra tartarea, & a peccati vinculis liberationem complexus Ioseph, dū Pincernarum Principis somnium in- terpretatur. Tres (inquit) propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabi- tur Pharao ministerij tui. Gene. 5. Vbi D. Isidor. sic ad Dominicam resurre- ctionem, hominumque ē peccato, a- byssoque ereptionem trāsferat. Tres (ait) dies Dominica resurrectionis accipiē- dum est tempus. Solutus est a peccatis cre- dentium populus, & de inferni carcere, & ē potestate Demonum liberatus, redditus que est ministerio legis diuina.

Quidam inclamat Sponsus. Surge prope- ra, amica mea, & veni; iam enim hyems transijt imber abiit, flores apparuerunt in terra, nostra tempus putationis aduenit. Cant. 2. Christi resurrectio mortis vtriusque, tenebras ū scilicet, & pec- cati, confraētis vinculis, describitur. Tunc se ctionis seu putationis tēpus aduenit! quia tempus misericordię, & remis-

\*Nostra malitia in peccati inferno detineamur.

Sepulchri, siue inferni claustris referatis, fugiendi peccatoribus vt copia tribuatur?

Ad illud: Vide. R

Esurrectio Christi lapidem monu- menti custodem amouit, clau- runt restra inferni cōfregit. O vos, qui prop- ter lethalia crimina adhuc viuentes ad inferna descenditis; dum vita per- seuerat, datus vobis fugiendi locus. Portę (præcipue hodie) periuntur, discedite, fugite, ad frugem vos reci- pite meliorem. Ex Chryf.

35. lapidē.

36. Quodā modo hodie in ferri por- ta omni- no tol- litur, ne vinclos claudāt. Psal. 23. Epiph. de Chri- stisepul.

Attollite (Vates inclamat) portas, principes, vestras. Psal. 23. D. Epipha- nius legit, Tollite portas. Ita scilicet, vt non sint. Tollite (ait) ex ipsis fundamen- tis, eradicatę, transferte, neque enquam post hęc amplius claudite. Quonia scilicet ob Dominicam resurrectionem sublatis inferni potis, vobis quodā- modo claudendi adimitur spes. Sic exaggerat Pater reurrectionis vim ad abducendos ex delictorum aby- sso peccatores.

37. Domi- nus re- surgens mortis exitus parauit. Psal. 67. Psal. 23.

Respicit hęc illud Dauidicum: Do- mini, Domini exitus mortis. Psalm. 67. Quisnam Dominus, Dominus? Ille proculdubio triumphator Dux, de quo præinerat, Dominus fortis, & po- tens, Dominus potens in prælio. Psal. 23. Dominus ergo Dominus portas Tar- tari tolli imperat. Quonā fructus? Vt vincati mortis, & inferni, confraētis vinculis, valeant fugam instituere. Quia Domini, Domini exitus mortis. Si- quidem quādo Dominus fortis, Do- minus potens præliator ostenditur, portas imperans auferri, parauit exi- tum peccatoribus in umbra mortis, peccato scilicet commorantibus. Do- mini (inquit D. Epiphanius) Domini sūt exitus portarum motis. Introitū ad mor-

Epiph. eicat.

38. Dies re- surrec- tionis non ad- mittit si- nistram. Mar. 16. Chryf. vbis.

39. Hodie lancti ē carcere, peccato- res ex de- liciti te- nebris euadūt. Gen. 40. Ifido.

40. Resurre- ctionis dies, re- missio- nis. Cant. 2

Non cu-  
rantes  
foemine  
de viro  
rū admī-  
niculo,  
vident  
lapidem  
reuolu-  
tum.

Orig.  
hom. 2.  
expol. 1.  
in Cant.

& remissionis peccatorum. Bene O-  
rig. Surrexi à mortuis, fractis mortis ia-  
nuis, & inferni vinculis dissolutis. Ideo  
dico tibi, surge, amica mea, quia flores vi-  
si sunt in terra, tempus sectionis adest. Se-  
ctio remissio peccatorum est. Sic ille.

41.  
Quo tho-  
die flo-  
res appa-  
reant?  
Cant. 2.  
Bernar.  
term. 55.  
in Cant.

Enim vero facilitas ereptionis ho-  
minum à peccati vinculis hinc die-  
bus, ex eodem colligitur testimonio.  
Flores apparuerunt in terra nostra, tem-  
pus putationis aduenit. D. Bernar. Que-  
ris, quando hoc fuit? Quando putas, nisi  
cum resurrexit caro Christi in resurrectione?  
Is ergo flos apparuit primus, non solus.  
Flores etiam fuerunt, qui crediderunt de  
populo. Una die tria millia, alia quinque  
millia de populo crediderunt. Ad eò in bre-  
ui creuit florum numerus. Quam potens  
verbū post Dominicam resurrectionem à Petro per-  
aulgatam, tot conuer-  
tens animas!

42.  
Equusti-  
bi hodie  
datur, vt  
peccata  
fugias.

Quod si aliquis hodierna die vin-  
culis adhuc peccatorum constringa-  
tur, nec facile fugæ pedes dare que-  
at: equum & albū quidem offert re-  
surrectio, quo à facie iræ fugere va-  
leat. Ecce equus albus, & qui sedebat su-  
per eum, vocabatur fidelis. Quem qui-  
dem exercitus sequebatur in equis al-  
bis. Apoc. 9. Vbi D. Hiero. Equo Domi-  
nus sedebat albo, quando post resurrectio-  
nem immortale, & incorruptum corpus  
assumpsit. Et quicumque eum sequuntur,  
viventur equis. Quam facile & hostes,  
& ipsum Iudicem fugiet peccator,  
tam velociter currens, post resurre-  
ctionis beneficium!

Apoc. 9.  
Hieron.  
18. in  
16. ff.

\* Recef-  
sus foe-  
minarū  
à viris vi-  
rorum à  
foemi-  
nis.

OBSERVATIO. V.

Dum à viris piæ recedunt foemi-  
na, virili pectore omnia impe-  
dimenta superant.

43. Eus foemina affectuose diligentes

Iesum, si lapis appositus monumento  
ingens valde. Si muliebri laboratis  
infirmirate, cur virum aliquē, seu vi-  
ros non requiritis, qui lapidem à se-  
pulchro remoueat. Num non vobis  
aliquis Iacob, sicuti Racheli parenti  
appareret? Sanctæ equidem mulieres  
è domo egressæ, virorum non admit-  
tunt societatem, quia pudicas decet  
foeminas à viris abstractio. Vnde lapi-  
dem intuentur reuolutum, quæ infir-  
mitate laborabant. Dum enim viro-  
rum consortium fugiunt, diuina po-  
tentia subleuantur, Deo mirabiliter  
præstante, vnde præclarum facinus  
prodeat in lucem. Hæ mulieres (inquit  
Haymo) considerantes fragilitatē suam,  
non videntes se comitari virum aliquē,  
qui eis reuolueret lapidem, dicebant mu-  
tuo: Quis reuoluet nobis lapidem? Et res-  
picientes, viderunt reuolutum lapidem.  
Quia diuinum adest auxilium, quan-  
do puritatis amore foeminae fugiunt  
virorum societatem.

\* Caue  
fortis  
foemina  
à viro.  
Ad  
illud:  
Vide-  
runt re-  
uolutū  
lapidē.

Caput primum.

¶ Foeminarum in absentia virorum  
fortitudo.

QVam fortis foeminea fragilitas  
dum procul à viris comoratur!  
Mulierem forte (inquit sapiens) quis  
inueniet. Respondet, Procul, & de vlti-  
mīs sinibus præcium eius. Pro. 31. Quæ  
nam illa pollens fortitudine foemi-  
na! Hugo Card. Mulierem quamlibet  
animam opera bona facientē, fortem ad-  
uersa omnia equanimiter sustinentem, &  
prospera viriliter contemnentem appel-  
lat. Præcium huiusce mulieris procul  
reperitur. Id est, Illa fortis inuenitur,  
quæ procul abest à virorum confor-  
tio, siue quæ domi ab occasiois sus-  
pitione abstracta commoratur. Ideo  
addit

44.  
Fortis  
mulier  
cum pro-  
cul à vi-  
rorum  
confor-  
tio.  
Pro. 31.  
Hugo  
Card.

addit Salomon post prædicta verba litteram *Beth*, quæ, teste Hugone, interpretatur *domus, vel, habitaculum*. Vt ostendat, vbinam huiuscemodi fortitudo comparanda.

45. *Mulieres pie sine viris recedentes e domo inuenit resurgens Iesus.* Hugo. Quod si, data pia occasione, ut hilce accidit fœminis, opus sit e domo recedere: quis inueniet eas? *Mulierem fortem quis inueniet?* Apprime Cardinalis. *Quis, id est, qualis, ac quantus inueniet errabundam?* Respondet, *Solus Dei filius in carne apparens*. Quæ, plane sententia incarnationis mysterium commendans, tu resurrectioni facile accommoda. Tunc etenim Christus carne apparens immortalis indutus, hanc inuenit fœminas, quæ pia exigente occasione, procul à viris modestè e domo recedunt.

46. *Fortis ex ædificatio apparuit mulier, cum abstracta à viro fuit.* Gene. 2. Augult. Trac. 15. in c. 4. Ioan. Deus in rerum exordio formaturus mulierem, detracta ab Adam costa, *eam in mulierem ædificauit*. Ge. 2. Cur non carnem assumpsit ad fœminæ fragilitatis materiem aptiorem? *Poterat* (inquit D. Augu.) *ad faciendâ mulierem, non costam, sed carnem detrâhere*. *Quid igitur significauit?* Respõdet. *Facta est mulier in costa quasi fortis*. Quâdonam in costa mulier fortis effecta est, fortisque apparuit? An non quando detracta à viro osse, (spirituali do sensu) recedeteque à viro materie, mulier formatur, quæ quidè procul à viro fortis & ossea reperitur?

47. *Fragilis formata ad virum reuocata.* Gene. 2. Vis ostendam, quam fragilis mulier rursus ad viri vocata societate? Fortem mulierem siue Viraginè formatam Dominus adducit ad Adam. *Hoc nunc* (inquit ille) *os ex ossibus meis, & caro de carne mea*. Gen. 2. Vbi queris, quonammodo effecta ex carne Adami reperitur, quæ nudo formata inuenitur ex osse? Non ne Dominus, detracto osse ex Adam, carnem pro

eo repleuit? Fallitur igitur vir, dum ex carne formatam fuisse affirmat uxorem. Profecto ad spiritualem sensum accurrâ. Vidisti (ac si diceret) *E uam osseam factam robore, fortitudine præditam, quando à viro recessit?* Ecce iam ipsa ad virum reuersa licet sit *os ex ossibus meis, est & caro de carne mea*. Iam effecta ob mysticum ad virum regressum fragilis, quæ ob recessum fortis, ossea fuerat inuêra. Theo. Theod. *Sapienter eos dislinxit*. Sapienter Deus mulierem à viro separauit. Quare sapienter? Quia sapiens structor ædificij fundamentum perpetuitate conspicuum curat ad constructionis robur inuenire. Haud aliter Deus, qui *ædificauit costam in mulierem*. Nec enim permaneret diu ex ædificatio, nisi osse ab omni carnis fragilitate abstracto, à viro separata, ac distincta mulier velut fundamine niteretur.

Profecto mulierem viro subijci, sub eiusque potestate comorari, signum fragilitatis est. Vndenam imperaturæ torti fœminæ huiuscemodi infirmitas? Certum est, quia ex præcepti transgressione. At spiritum riuatus, contemtor hanc ei submissionis fragilitatem obuénisse, quia ad virum conuersa est. Audi Iudicis sententiam. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. Vbi legit Chrysostomus. *Ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur*. Ac si diceret, *Cum discedis, fortis inuenta es, cum abstraheris à viro, ossea reperta dominaris*. At cū ad virum conuerteris, tanta laboras infirmitate, ut necessum sit, te virili potestati submittere, uti habeas infirmitatis subleuatorem. Sic Pater regulares fœminas fortes Iesu sponsas abstrahere conatur a communi cum viris habitaculo. *Itaque, (concludit) si*

*vis in admiratione esse apud viros, nihil tibi commune sit cum ipsis. Procul à congressu, & aspectu, & cohabitatione illorum esto. Tunc te fortissimam iuuentā (quia procul) & mulieres obstupescant, & viri omnes simul admirabuntur.*

49. Ioseph domina potesta te ac do minatu spolia tur acce dens ad adoles centem. Gen. 39. Quod si ad viros accedas, te licet aliās dominaris, licet Domina valeas nuncupari, viri despiciēt, tuam obli uioni tradentes dominatum. Erat Ioseph pulchra facie. Post multos dies in iecit Domina sua oculos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquies cens operi nefario, dixit ad eam: Ecce Do minus meus omnibus mihi traditis, igno rat, quia habeat in domo sua, nec quidquā est, quod non in mea sit potestate, prater te, qua uxor eius es. Gen. 39. Vbi inqui ro, cur non dixit; Nec quidquam est, quod nō in mea sit potestate, prater te, qua domina mea es, eo præcipue iure mi hi minime subiecta: Erat equidē Do mina, quando à longe iniecit oculos in adolescentem; quando autem acce dit, vt importunè bellū instituat, do minij, ac potestatis nomine spolia tur. Quonammodo enim potens vel nomine erit, quæ viro adhærescens, tanta laborat infirmitate? Vnde Isi dorus Pelusi. castitatem virtutem om nibus imperantem appellauit. O vir tutem, qua omnibus Regum in morē usa est! Virtus hæc dominans procul à vi ro comparatur, in conspectu autē vi rorum infirmitas ducit exortum.

\* Caue vir for tis à foe mina. Ad illud: Vide runt re nolūtū lapidē. 50. Iob con

Caput secundum.

*Virorum in conspectu foeminarum infirmitas.*

**E**Nim vero robustissimi viri corā foeminis infirmantur, qui procul ab ipsis incredibili vigent fortitudi ne. De foemina illa fortissimarū Re-

gina Deus serpenti. Ipsa conteret caput tuum. Quam profecto imitatus vali dissimus Iob, serpentis caput non se mel contriuit, à tartareo exercitu in numeras reportando victorias. At fortissimus dux à mulieris vnus so cietate ablegari curans, eā quasi ho stilibus verbis compellabat. Quasi vna ex stultis mulieribus loquuta es. Iob 2. Vbi D. Augu. Ille, qui caput obseruabat serpentis, & repulit omnem suggestionem, respondit mulieri, sicut dignum erat respo dere mulieri. Vti videlicet illinc able garetur. Procul enim à foemina Iob fortitudinem in serpentem cōserua re conabatur.

Viri abstracti à foeminis bellato res fortissimi, foeminis adhærescen tes à militia recedunt, infirmitate la borant. Filie Loth parenti ebrio cō miscentur, ex quo concubita Amon & Moab ortum habuere. Hinc Deus Israelitis, Non facies cum eis pacem, nec queras eis bona omnibus diebus vitæ tuæ. Deut. 23. Quare Israelitæ ab Amoni tis, & Moabitis iubetur separari? Res pondet Theodoretus, Quo magis Is raelitæ affinitatem eiusdem impietatis deuitarent. Non hæreat Israel impio populo, vbi filia parenti impudice commiscentur. Iam apparet cœlestis eloquij pulchritudo, Non facies cū eis pacem. Longe enim abstractus po pulus Israel, ab huiuscemodi foemi nis, militat, fortis existit; at herens il lis, omnino à militia vacat, exitiali pa ce stabilita.

Fortiter se habuit Adam viriliter se gessit aduerus foeminæ lenocinia, queis (vti apud Patres legi) eius ani mum ad præcepti transgressionem infirmare conabatur. Tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro suo, qui comedit. Ge. 3. Contemplatur Chryf.

terēs ea put ser pētis, ti munit, ne hærens foemine infirma retur. Iob. 2.

August. in Psal. 130.

51. Viri for tissimi bellato res à mi litia va cant foe minis ad hærescē tes. Deut. 23

Theod. Cat. Gre. ad cap. 19. Gen.

52. Eva Adā mimanū contin gēs infir mauit vi rū robu rissimū. Gene. 3. Chryf. Euam ferm. 18.





ria stola  
hęc?  
Seuer.

Angelū iuuenis specie, *sedentē in dex-*  
*tris sepulchri, coopertū stola candida, &*  
*obstupuerunt.* Viderunt, inquā, alium  
Angelum intra sepulchrū ( vt affir-  
mat August. ) qui quidē vti alius, qui  
in lapide obuoluto sedebat, Christū  
surrexisse testatus est. Lucas ea omisit  
quā Mattheus, Marcus que scripse-  
re, & aliud addidit, fœminas scilicet  
inuenisse reuolutū lapidē, ingressas-  
q; esse monumentū, & corpus Dñicū  
non inuenisse, propterea mente fuis-  
se conternatas, duosq; ad fuisse illis  
Angelos fulgētibus indutos vestimē-  
tis, qui testes etiā resurrectionis exti-  
tere. Quatuor itaq; Angeli & super  
lapidē, & à dextris monumēti, & in-  
tra sepulchrū ad fœminarū leuamen  
testes resurrectionis apparuerunt.

August.  
L. 3. de  
conf. c.  
24.

indutus apparet? Respōdet Seuerus.  
*Nō ex mort ali vellere, sed ex virtute vi-*  
*tali. splēdins cœlesti lumine, non colore ter-*  
*reno, dicente Propieta, Amictus lumine si-*  
*cut vestimēto, Ps. 103. Amictus descri-*  
bitur Angelus ( me interprete ) stola,  
siue cādida veste cādorē scilicet refe-  
rēt, sicuti Iesu transfigurati vestimē-  
ta. Apparet indutus ( inquit Caiet. ) *ve-*  
*ste lōgā vsq; ad pedes, apparētī (vū alibi*  
*sēpe, quādo Cœlicolę sub externa*  
*form obijciūtur) cādore conspicua.*

*Et obstupuerunt.* Vndenā stupor? Ly-  
ran. *Qua inuaserat eas pauor ex insolita*  
*apparitione Angeli.* Obstupuerūt equi-  
dē nō solū ex insolita Angeli vitiō-  
ne, sed ex corporis Iesu absentia. Ita  
Caiet. *obstupuerunt, tū ob Angeli presen-*  
*tiā, tū ob absentiam corporis Iesu.* Ange-  
li enim spectus insolitus non fœmi-  
nas amites retardauit, quominus  
mox ad corpus sanctissimū adorandū  
prouoluerentur, in affectus solarium,  
in timorē medicamen.

Vndenā  
foemina  
rum. itē  
por?  
Lyra-  
Caiet. b

*Iuuenis mulieribus apparet resurre-*  
*ctionis testis.*

**E**T introētes in monumentū, viderūt  
*Iuuenē sedētē in dextris, coopertū sta-*  
*la candida, & obstupuerunt.* Iuuenis hic  
proculdubio Angelus, sicut Act. 1.  
Angeli viti appellatur. Ecce duo vi-  
ri astitērūt. Marcus candida eū induit  
stola. Quare niuea stola ornatus ap-  
paret? Respōdet Nyss. *Et ipso terribili*  
*habitu perterret custodes.*

Iuuenis  
hic An-  
gelus.  
Act. 1.

Nyssen.

Perterreunt improbi custodes  
ex niuea stolæ innocentis  
obiectu.

\*Deteret  
ret imp-  
pios af-  
pectus  
innocen-  
tie.

**S**ed priusquam ē calamo elaboratur,  
Nysseni sententia illustranda est. *Vide-*  
*Ideo (inquit) Angelus apparuit stola uenē a-*  
*candida amictus, & ut ipso terribili habitu, mictū*  
*perterrefaceret custodes. Nihil enim in*  
*stola*  
quo homini terribilius, quam inno-  
centis stolæ obiectio. Tunt maxime  
terrentur, cum iustorum aspiciunt  
puritatem.

Ad  
Illud:  
Vide-  
runt Iu-  
uenē a-  
candida.  
Nyssen.

**V**iderunt iuuenē. Ad resurrectionis  
testificationē aptius sub senis habita-  
Angel⁹ appareret. Cur ergo sub spe-  
cie iuuenis? Seuerus respōdet. *Vident*  
*iuuenē, ut cernerēt nostrę resurrectionis a-*  
*tatē. Sedētē in dextris.* Quare in dextris?  
Quia resurrectione ( eodē auctore ) recipit  
*nil sinistrum.* Profecto dextera Cœli-  
colę conuenientius sedem prestabat,  
quando quidem in sacris haud bene-  
audit sinistra.

Cur iu-  
uenis &  
in dex-  
tris?  
Seuer.

Quare  
sedet in  
dextris?  
Seuer.

*Deus sic ad Moysen apud Ægyptū.*  
*Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Ex  
xo. 7. Num existentia, an apparitione  
Multiplici ex capite Moyses appa-  
ruit Pharaonis Deus. Vnū illud argu-  
mento præsentī cōgruēs in mediū ad-

7  
Moyses  
Ægypt  
rios pra-  
bos lan-  
citratis  
visione  
deterre-  
bat.

4.  
Ex qua  
nā mate

*Coopertū stola cādida.* Rogas ex qua  
materia esset stola hæc, qua Angelus

ducā, factū videlicet esse Moysē ideo Pharaonis Deū, quia ipsū ad terrōre aferebat. Iā quēris, vnde nā terror hu iusmodi Pharaoni incutiebatur? Exi stimo non solū à miraculis, sed ab in nocentia, ac sanctitate processit. Ni hil enim sic impios perterret, quam stola innocētis obiectus. Egrege D.

Ambr. Ambr. Rex (inquit) erat Pharas, sed ferm. 8. in Psal. 118. *Dens nō erat. Moyses factus est illi deus, hoc est, Regi ipsi terribilis, quē Rex retue ret. Sed hac erat potentia sanctitatis. Quid nāq; sic terrōre peccatoribus incutit quā cādidus splendor innocētiae?*

8 Caino innocētis Abelis occisori Iudex. *Vagus, & profugus eris per terrā. Gen. 4. Lxx. Gemens, & tremens, à verbo Hebrēo nagh, cuius significatio est quidē titubare, ac commueri in morē illius, qui ex in solito uodā as pectu perterretur. Quid nāq; itur as pectus Cainū perterrefacbat? Ut respōdeā, pramitto verbū illud: Super terrā, ad effusionē innocentis san guinis efficere allusionem, iuxta id: *Maledictus eris super terrā quā aperuit os suū, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua cū operatus fueris eā, non dabit tibi fructus suos, vagus, & profugus eris super terram. Eā scilicet, quā aperuit os suū, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Super hāc igitur terrā tre mens eris. Quia videlicet ex tibi obie cto innocēti sanguine fraternae stolae nō poteris non totis artibus contre**

Ambro. in Psal. *miscere. Præclare Ambr. Abel occisus Deo loquebatur in voce sanguinis sui; Caino viuis à facie Dñi repellebatur. Latebat miser tremēs, & timens, & cū adhuc per cussor deesset, ipsa se se iusti vita trucidabat. Ac si ex innocēti vita Abelis oc cissi, ex innoxij sanguinis super ter ram effussi obiectu Cain effulsor per territus ostenderetur,*

Cōfirmo ex Dauide. *Peccatū (inquit) meū contra me est sepe. Pl. 50. Vnde tre mens, intar Caini, degere cogor. Pec catū meū, id est, imago delicti, huc in nocētia viti illius fortissimi, cuius sā guinē, ne adulteriū innotesceret, ef fudi. Ex huiusce igitur innocētiē op pressā à me obiectione tremore con cutior. Nec enim plus ad terrōre at trahit peccatores, quā sanctitatis, ac innocētiē aspectus. Itaque (Amb. ait) *semper error noster tanquam malus ex actor occurrit. Innocentia itaque à nobis læsa nobis obijcitur, vt terrōrem incutiat percussoribus.**

9 Tremuit Dava ex inno centiē Vriē as pectu.

Ambro. cit.

Paradisus æternæ voluptatis inde 10 laudibus efferendus non mediocriter est, quia impij omnino ab illa felicif sima māsiōne ablegantur. Id acutē ex ponit idē Amb. affirmans a nullo bea to terrōre esse alicui inueniendū. Nul lus terrebatur. Ergo nullus impius ibi cōmorabitur. Quia iustorū stōiē can didæ indutorū fulgore obiectus nō posset nō impiorū oculos peritringe re, vnde tremore cōcuterentur. Para disus (inquit) voluptatis, in quo omne lig nū pulchrū visū, quid est, nisi Civitas illa quæ rursum est, Ierusalē. In illo pacis futu ra tēpore, sedebit vir subcus vitē suā, & non erit, qui deterreat, id est, sancti sede unt iuxta Angelos. Nullus itaque san ctorū visus erit qui deterreat, quia nul lus ex impijs erit ibi, qui respiciat.

In coele sti para diso inde con stat im pios nō esse, quia nul lus ad est qui ex innocē tia aspe ctu ter reatur. Ambro. ad Gen. apud Li pom.

¶ Angeli proloquium.

¶ VI dixit illis: Nolite expauescere. ¶ Ac si diceret Angelus, Timeat cu stodes impij, vos pia non timore cor riptamini. Quia (vti ait Ansel.) *timor nō est in charitate. Qui timetis, (inquit Gre.) quæ vestros conciuēs videtis? Cōci ues, in qua, vel quia per resurrectionē Angeli sūt hominib; contubernales; vel quia*

¶ 11. Vnde nā foemi na arcē tur à ti more? Ansel. Grego.

vel quia

quia homines sunt coelicolæ effecti.

12

Quare  
verba il  
la: Naza  
ranum,  
& Cru  
cifixum  
apponū  
tur?  
Theop.  
Grego.

*Iesum queritis Nazarenum crucifixum.* Cur Nazarenum, & crucifixum commemoravit? Respondeo cum D. Gregor. *Hæc duo dicit: nempe Nazaranū, & crucifixū, ut intelligatur, de quo Iesu loquitur.* Ad id profecto sufficeret Nazarenum prædicare, quare & crucifixū commemoravit? Nū non de ceteris, Angelū crucis infamiam apud resurrectionis solemniam reticere? Respondet Theoph. *Non erubescit crucē, in hac enim salus hominū.* Tūc enim in excelsis gloria, quando hominibus salus contingit.

13

Cur de  
præteri  
to surre  
xit?  
Nyssen.

*Surrexit.* Nyffe. vim verbi huiusce: *Surrexit, de præterito expendens, ait. Dicebat Angelus: surrexit. Significans ante suum aduentum accidisse resurrectionē Seruatoris.* Vnde Angelus nec descendit ad lapidem, nec lapidē reuoluit, ut Saluator resurgens egrederetur; sed ut potem Iesum ad surgendum non repugnante lapide aduoluto ad ostium monumenti, manifestaret.

14

Quana  
Iesu ho  
ra surre  
xit?

Affero ad quæstionē, quam hora Christus resurrexit? Nyff. Magnus Grego. Euthy. Hier. & alij existimant solum id cognoscere, qui solus resurrexit. Probabile tamen valde reputo Dñm die Dñica diluculo surrexisse. Ignatiū, Clement. Aug. Ambr. Hier. & plures alios habet hæc sententia patronos. Vñ exhibebo Augu. testi moniū. *Merito (ait) resurrectio Dñi diluculo fuit, ut impleretur, quod dictū est. Ad vesperrum demorabitur fletus, & ad matutinū latitia. Ad vesperrum quidē Discipuli mortuum planxerunt, diluculo ad resurrectionem exultauerunt.* Diluculū autem hoc Dominicæ diei fuisse, nō est, qui valeat repugnare.

15

Hinc requiro, quot horæ inter mortem Dñi, sepulturam, ac resurrectio-

nē effluerint? D. Aug. *Ab hora mortis Christi usque ad diluculū resurrectionis horæ sunt quadraginta. A vespera autem sepultura usque ad diluculum resurrectio nis triginta sex horæ sunt.* Profecto tertia hora post meridiē obiit Saluator, sepultus est circiter horam quintā. A quinta igitur hora post meridiem feriae sextæ non dū exacta ad tertiam vsque post mediam noctem diei Dñicæ horæ numerantur triginta quatuor, vel triginta quinque, queis in monumento sanctissimū discubuit corpus.

Enim vero, quonāmodo impletur prophetiæ de corpore Dñico tribus diebus, & tribus noctibus apud sepulchrū cōmoraturo? Respondeo mānisse in sepulchro aliqua feriæ sextæ parte, toto Sabbato sequente, & parte etiam aliqua diei Dñicæ. Fuit igitur in corde terræ Dñicū corpus tribus diebus naturalibus qui luce cōstāt & tenebris, non tamen integris. Habes tres dies, & tres noctes, diem feriæ sextæ & noctem, diem & noctem Sabbati; diem & noctem præcedentē Dominicæ diei auroræ. Legendus D. Ignatius, Hieron. Magnus Leo, & alij plures apud nostros Maldonatum, & Barradiū; audiendus D. Isid. *Dicā quod non dixit se post tres dies resurrecturum, sed tertia die. Habes parasceuem, habes Sabbatū usq; ad solis occasū, & post Sabbathum resurrexit.* Profecto in edoche hic, quia pars primæ & tertiæ diei pro die tota (ide morte) accipitur.

Quod  
horæ  
dilapsæ  
inter  
mortē,  
sepultu  
ram, ac  
resurre  
ctionē?  
August.  
L. 3. de  
Tri. c. 6.

16  
Exponū  
tur Pro  
phetiæ:

Ignat.  
Hieron.  
Leo  
Isidor.

¶ *Deipara Resurgens apparuit.*

**N**on est hic. Scio, (inquit Angelus) *quod Iesum Nazarenum queritis, qui feria sexta cruci suffixus est. Non est in loco, in quo eum requiritis, nō est in monumento; surrexit enim sic prædixit, antequam in crucem a-*

17  
Non est  
hic, sed  
queren  
dis alti  
bi.

Emif.

geretur. *Ecce locum, ubi posuerunt eum.* Eusebius Emil. *Locum videre potestis, ipsum autem modo videre non potestis, surrexit enim, non est hic.*

18. *Non est hic.* Sed vbinam tunc temporis commorabatur? Valde mihi semper mēti infixum, tunc apud Deiparam commoratum fuisse. Id quod prestat audiri ex Emisseno. *Non est hic. Sed ubi eum tunc fuisse putamus? Fortasse ad Matrem ierat, quæ eius amoris desiderio plus omnibus afficiebatur. Quod autem ipsa inter omnes mulieres beatissima Virgo simul cum alijs ad monumentum nō venit, hæc (ut opinor) causa fuit. Quia ex quo unigenitum Filium suum teneri flagellari, & crucifixi vidit, sola in secreto sedebat, & de his, quæ sibi acciderant, calamitatibus lamentabatur, & flebat. Profecto causam, cur Deipara ad sepulchrum non accesserit, supra tradidimus ex Eusebio in præsentivnū illud accipio, Iesum scilicet Deiparæ apparuisse mox post resurrectionem, Cœlicolamque si à fœminis rogaretur: Vbinam igitur est? vere fortasse responsurum: Apud Deiparam commoratur.*

19. *Nec mirum primæ sese Deiparæ præstituisse aspiciendum, quæ gemitibus eum prius, quam tres illi promissi dies terminarentur, excitavit, ipsa clamante. Ad prædam, fili mi, ascēdisti, requiescens accubasti ut leo, quis suscitavit te? Gen. 49. In cuius expositionem Eucherium præmito, secutū illam aliam litteram, Dormisti ut catulus leonis. Ad quæ in hunc modum. A-  
iunt phisici, quod catulus leonis, cum fuerit natus, tribus diebus dormit, & tribus noctibus, deinde parentis fremitu tremefactus cubilis locus, excitat dormientem. Christus quoque in cubili sepulchri tribus diebus, & tribus noctibus iacens, somnum*

mortis implevit. Bene ergo ut leo requieuit, & ut catulus leonis tertia die resurrexit. Quis suscitavit eum? Proculdubio fremitu Parētis optime fuit excitat°.

*Venit iā hodie verus David in Siceleg, & mittit dona de præda senioribus Iuda, & proximis suis, dicens: Accipite benedictionē de præda hostiū Dni. 1. Re. 31. Proximis suis, Deiparæ parēti, cui in Cātis, Aperi mihi colūba mea, proxima mea. Apostoli etiā proximi Iesu appellantur. At quo proximior Maria, hoc Iesus ei festinatio primæ omnium proximorū apparuit. Apposite Ansel. Mi-  
sit dona proximis suis: scilicet duobus discipulis euntibus in Emaus, & mulieribus, &c. Et primo omnium Maria matri. Quib° dixit: Accipite benedictionem de præda.*

*Ite (inquit Angelus) dicitur discipulis eius, & Petro. Cur non & Maria: Quia si ad Mariā nunc accedatis, eā cœlesti lumine obstupentes ob præsentiam resuscitati Iesu videbitis perfullā. Id optime exponitur apud Esdram. Esdras mulieri, quæ filium amiserat, dicit: Tu ergo excute tuam tristitiā multam, & depone à te multitudinē dolorū, ut tibi repropicetur fortis, & requiē faciat tibi Altissim°, requiētionē laborum. Cū hæc proloqueretur, Facies mulieris (Propheta adijcit) fulgebat subito, & coruscus fiebat vultus eius, ut essem pavens, valde ad eam, & cogitarem, quid hoc esset. 4. Esd. 10. Non aliter accideret fœminis, si Deiparam de filij resurrectione certiorrem facere conarentur. Tanto enim illam cœlesti ex aspectu Iesu lumine ornatam conspicerent, ut nō minus paventes ad hoc, quam ad lapidis resolutionem redderētur. Adde, ideo ad Virginē non mittunt, quia frustra eam de resurrectione certiorē efficerent, quam resurgens ipse exhilararet.*

20. Verus David proxime Marie spoliare Iure-  
stonis offert. 1. Re. 31.

Ansel.

21. Cur hoc nō mittuntur ad Mariā. 4. Esd. 10.

OBSERVATIO I.

MORALIS PANEGIRICA  
CIRCA LITTERAM.

\* Charitas able  
gat timorē.  
Ad  
Illud:

*Noli* Ne expauescant, merito foeminae  
*te expa* imperantur, dum pietatis offi  
*uescere* cia moliantur.

*Iesum* **S**i vi charitatis impulsae, o foeminae,  
*queri-* Iesu corpus inuendū requiritis,  
*tis.* cur timore disturbamini? Caritas  
nescit timere. Ita D. Hier. *Deus chari*  
*tate est. Nō est ergo timor in charitate. Quid*

*expauesceret, quā inuenerūt, quē quaesierūt?*  
Charitas, quae Deus est, Dei fulget  
proprietatibus. Nō Deus angustatur,  
quia immēsus. Potest ne timore corripi,  
cuius cor per immensitatē spatia-

tur? Absit; quia timor strictis claustris  
circūcluditur. O quā latū, quā amplū  
pectus charitatis! *Ecce nunc* (canit Da  
*uid)* *benedicite Dñm omnes serui Domi-*  
*ni, qui statis in domo Domini in atrijs do-*  
*mus Dei nostri.* Plat. 133. Commitit D.

Aug. questioni. *Quare addit: In atrijs?*  
Et respondet. *Atria ampliora spacia do-*  
*mus intelliguntur. Qui stat in atrijs, nō an-*  
*gustatur, nō premitur, quodāmodo dilata-*  
*tur. Quomodo intelligeris stare in atrijs?*  
*Stā in charitate, & stas in atrijs. In charita-*  
*te latitudo est. Nō igitur est, vnde cor*  
*tuū tētatū pauore, possit cōmoueri.*  
Nū non inimicus irrupere valet? Pro  
fecto nullus adest inimicus, qui que-  
at te charitate accēsū ad pauorē tra-  
here; quia eo ipso, quod charitate ful-  
geas, nullus adesse potest inimicus,  
qui formidinis sit autor, & excitator.  
Vnde acute adijcit Aug. *In latitudine*  
*mane charitatis, & potes diligere inimicū*  
*tuū. An non inimici inlidiē te impel-*  
*lūt ad pauorē? Si ad latitudinē chari-*  
*tatis properes, diliges inimicum, nec*  
*simul timebis; quia non solet timeri,*  
*quod assolet amari.*

Huiusce latitudinis charitatis, quae  
nullomodo angustari potest, typus  
praecessit in aquarum prouolutione.  
*Cōgregentur* (inquit Deus) *aquae, quae sub*  
*caelo sunt, in locū vnū.* Ge. 1. Aquae, quae  
sub caelo, in locū vnū cōgregātur,  
superiores aquae minime ad vnū lo-  
cum rediguntur. Quid cause? Chari-  
tas aquis superioribus designata ad  
vnū locum redigi nō potest, quia ad  
spaciū immēsurabile extenditur, nul-  
lis terminis circūclussa. Sed praeterea  
audiri ex Hug. Vict. querēte. *Hoc mi-*  
*rū videtur, quod aquae, quae sub caelo sunt,*  
*cōgregantur in loco vno, & illae, quae sunt*  
*super caelū, non congregātur, sed relinquun-*  
*tur diffuse, & atq; expansae, quae coarctari*  
*nolunt, aut colligi. Quid putat hoc sibi vult?*  
Et respondente: *Charitas Dei diffusa est*  
*in cordibus nostris per Spiritū sanctū, qui*  
*datus est nobis, & istae sunt super caelestes*  
*aquae. Iam videmus, quare aquae istae non*  
*debuerunt colligi, & coarctari in vnum lo-*  
*cum.* Quoniam scilicet charitas angu-  
stari non potest, quae Dei immensura-  
tem emulatur, haud valet ad vnū lo-  
cū coarctari, quae vbiq; praesens. Ea  
Deus charitas est. Ergo nō est timor in cha-  
ritate. Quia si angustia excitant ad ti-  
morem, vbi charitas est, immensa la-  
titudo est.

Iā vero quid est, quod charitatē pos-  
sit timore afficere? Nū criminū recor-  
datio? Profecto *perfecta charitas foras*  
*mittit timorē.* 1. Ioa. 4. Vbi Gille. *Quid*  
*timebit charitas? Veteres offensas? Sed cha-*  
*ritas operit multitudinem peccatorū.* Nū  
Iudex seuerissimus nobis incutiet ti-  
morem? Ioannes, *In hoc perfecta est di-*  
*lectio) seu charitas) in nobis, ut fiducia*  
*habeamus in die iudicij.* Cuius apposi-  
tus interpret sic D. Aug. *Cepit aliquis*  
*credere, cepit & timere, Sed quia timet,*  
*non habet fiduciam in die iudicij. Nō dñm*

24  
Charitas vbi-  
que Dei in morē  
commo-  
rans, mi-  
nime po-  
tē ad  
angusti-  
as refer-  
ri. Ioa. 1.

Hugo:  
Victor:

25  
Nihil  
est quod  
timorē  
incutiat  
charita-  
ti. Ioa. 4.  
Guille.  
Ioa. 4.  
August.

est in illo charitas. Quia charitas nos omnino a timore reddit immunes. Num deniq; tribulationes, hostes ad pauore attrahent? Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an nuditas? an periculum? an gladius? Ro. 8. Ad que verba idem Aug. Facta (inquit) securitate in animo, quale gaudiu nobis est vel in hoc seculo? In hoc seculo quis nobis nocebit plenis charitate? Videte quomodo exulter Apostolus de ipsa charitate. Quis nos (inquit) separabit a charitate Christi? Ad pietatis opera videtur extendere Pater charitatis nomen. In hoc seculo quis nobis nocebit plenis charitate? Id est, elemosynis, iuxta illud Actu. Apo. Trahitur plena erat elemosynis, quas faciebat.

26. Timor omnino a charitate quia filius ancilla. Orige.

Nec gehena charitatis opera molientem ad pauorem adferet. Ad illa verba: Cum vidisset Sara filium Agar Egyptie ludentem cum Isuac filio. Gen. 21. sic Origen. Duo sunt filij Abrahæ, unus de ancilla, & unus de libera, uterque tamen filius, licet non uterque de libera. Sunt aliqui pro charitate adherentes Deo, alij pro metu, & timore futuri iudicij. Unde Ioannes dicit, Qui timet, non est perfectus in charitate. Iste ergo, qui in charitate perfectus est, & de Abraham nascitur, & filius libera est. Qui vero futura pœna metu mandata custodit, est quidem & ipse filius Abrahæ; tamen inferior illo est, qui in charitatis libertate perfectus est.

27. Magna fortitudo inest diligentibus Iesum, unde timore non corripiuntur. Deut. 6.

Si perfectus, qui charitate pollet, si fortis dilectio ut mors, muliebris fragilitatis recordationem abijcite, quæ Iesum Nazarenum queritis. Magna equidem fortitudo inest diligentibus Iesum. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Deut. 6. Cur animum & cor cum fortitudine copulauit? Num non in corde ac animo satis fortitudo signata

erat? Equidem ubi dilectio est, necessario adest fortitudo, ad omnia aduersa superanda. Quia fortis est (cum Gilleloquor) ut mors dilectio. Temporales timebit molestias? Sed ne quidem eterne si fuerint, de fatigari, & euanescere poterit consummata dilectio.

Guille. vbif.

OBSERVATIO. II.

Fœminæ illæ, ablegato pauore in solemnitate resurrectionis alliciuntur ad gaudium.

\* Spirituale gaudiu, & exultatio festina commendatur.

Sicut olim sub Davide (loquor cum D. Atha.) cum iam prostratus iaceret Goliath, chori puellarum cum tympanis accurrebant, dicentes: Percussit David per miras: Idem quoque factitatum est in morte Saluatoris, cui a morte resurgenti omnes occurrebant cum choris, carminibus, & tympanis se se mutuo incitantes: Agite quoque, exaltemus Domino, iubilemus Deo salutaris nostro. Ideo Angelus a pauore fœminas curat remouere prius, quam de resurrectione Dñica certiores faciat; quia nullus non in hac debet solemnitate letari. Victor Antioch. pulchre ad hæc. Primum omnium omnem animi metum mulieribus eximi oportuit, ac tum demum de Christi resurrectione verba ad eas facere.

Ad illud: Noli te expauescere, &c. 28. Athana. in Euan gel. de cruce Dom.

Dixit apud David, Hæc dies, quam fecit Dominus, exaltemus, & letemur in ea. Plal. 117. Num non omnes Dominus effecit dies? Ita plane, sed speciatim huiusce diei artifex innuitur, quia de nouo nouam hæc diem instituit. Omnes quippe dies vel laboris sunt, vel a laboribus cessationis. Sex diebus Deus opera mundalia molitus, die septima requieuit. Sex primæ dies laboris, septima verò, ab operatione cessationis. Non sic resurrectionis dies. Laboris nullatenus quia Christus resurgens ex

Victor. Anti. hic.

29. Dies hæc de nouo effecta tota exultationis. Plal. 117.

mortuis,

mortuis, iam non moritur; neque est cessationis ab operibus, quia præterijt sepulturæ requies, nouaque opera nobis imperantur. *Requiescit Dominus die septimo ab vniuerso opere, quod patrat. Gen. 2. Vbi D. Gregorius Nyssen. Illa Sabbati quies, quæ Dei benedictionem suscepit, in qua Deus ab omni opere cessauit, mortis quiete, quam pro mundi salute Dominus Iesus subiit, nunc finem accepit. Quonam modo, quæto, cessauit quies? aut si cessauit quies, quare solennis resurrectionis dies habetur in laude? Quid quiete expectabilius? quid cessationis a requie molestius? Noua prorsus huiusce gloria diei. Cessatur a requie, & tamen festiua diei sacratissimi solemnitas; labor imperatur, sed festum nouum nouo ritu instituitur. *Dies quæ fecit Dominus.**

Gen. 2.  
Nyssen.  
Ora. de  
Paucha.

30.  
Opera,  
quæ ho-  
die præ-  
cipiuntur  
pax, gau-  
diū, læti-  
tia.  
Pla. 117.  
Nyssen.  
citatur.

Quenam (ais) opera hac noua festiuitate præcipiuntur? Profecto gaudium, lætitia, exultatio. *Exultemus, (a dicit Vates) & latemur in ea. Exultare, lætari, gaudere, opus certe, sed facile, sed iocundum. Præstat audiri ex Nysseno. Hac dies (inquit) gaudium, & lætitiā, & exultationem, opus utique neque grane, neque factū difficile, exigit, atque huc inuitat Oraculum illud: Exultemus, & latemur in ea. O rem præclarā! ò legem suauem! opus enim, quod iniungitur, aliud nullum est, quam lætitia, & exultatio, per quæ peccati condemnatio dissoluitur, tristitiaque omnia in gaudium conuertuntur. Lætitia itaque & exultatio resurrectionis diei iniunctum opus. Quā merito opus appellatur gaudiū, quod inanibus verbis nõ sinit, sed operis soliditate coalescit.*

31.  
Hodier  
na læti-  
tia expri-  
mitur  
ex He.

Age, huiusce Diei lætitiæ, ac exultationis præstatiā oculis obijciamus. An non Hebræi, obrutis Ægyptijs, præstati sunt affecti gaudio, cuius vis

eos in huiusmodi canticum impulit: *Cantemus Eominoi Exo. 15. Rupe ad illa Capitis 14. verba: Iamque uenerat uigilia matutina &c. fatur. Vigilia matutina ipsa est resurrectio Domini; matutino namque tempore sedit Angelus ad sepulchrum Domini, & post profundam tristitia noctem, magni gaudij diem mulieribus, & per illas fugientibus Apostolis, nobis que omnibus euangelizauit. Hinc Psal. 129. A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino, quia ipse redimet Israel. Quemadmodum filios Israel ex omnibus Ægyptijs in uigilia alia matutina.*

braiorū  
uictoria  
Exo. 15.  
Rupert.

Pla. 129.

Hæc est equidem gloriosa nobis Saluatoris magnificatio, de qua præcinentes tunc Hebræi. *Gloriosè enim magnificatus est. Exo. 15. Ad quæ locū Orige. Quasi non sufficeret dicere. Magnificatus est, addit: gloriosè magnificatus est. Etenim aliud est magnificari, aliud gloriosè magnificari. Nam Dominus meus Iesus, cum carnem ex Virgine Maria pro salute nostra suscepit, magnificatus est quidem, quia uenit quarere, quod perierat; non tamen gloriosè magnificatus est. Magnificatus etiam est, cum ad crucem uenit, & pertulit mortem. Unde & dicit: Pater meus, hora est, clarifica filium tuū, ut filius tuus clarificet te. Erat enim ei gloria ipsa passio crucis. Verum gloria hæc non erat gloriosa. Quando surrexit, certe tunc gloriosè magnificatus est. Quia tunc & foemine exultant, & uiri ad læticiam excitantur, & totus orbis triphudare iubetur.*

32.  
Hodie  
Christi  
magnifi-  
catur  
glorio-  
se.  
Exo. 15.  
Orige.

Magna profecto sicut mare contritio vniuersi in morte Saluatoris. *Quæ nã vis huiusce maris amaritudinẽ afferet ad dulcedinẽ? An nõ resurrectio diei? En lignū dulcissimū melin aquis salis immittens. Qui attendit et lignum, quod cum misisset in aquas in*

33.  
Resurre-  
ctio nõ  
stret̃ ama-  
ritudi-  
nismare  
in dulce  
dinẽ cõ-  
uertit.

Exo. 13. Nyffen.

*dulcedine versa fuit. Exo. 15. Vbi Nyf. Lignum a Moyse in aquam immisum, in dulcedinem amarisudinem eius conuertit. Lignum quoddam immisum, id est, resurrectionis mysterium suauem reddidit uitam, omnibus, qua dulcedine sensum perfundunt, iucundissime conditam.*

23. Nulla hodie recordatio malorum. Eccl. 1.

Tanta profectio est huiusce iucunditas solemnitatis, vt nulla reliqua sit recordatio malorum. Huc tendens sapiens, ait. *In die bonorum nulla adfit recordatio malorum. Eccl. 1. Resurrectio Dominica nos omnibus cumulat bonis, nos hodie Deus gratia, nos vita donat. Non agitur in mentem veniat praterita iam seu passionis Domini, seu deicta morti stimulus. Ex eode*

Nyffen. Ora. cit. de Pasch.

*Nyffeno confirmabo, qui huiusce diei memorans exultationem, ait. Adhunc locum facit sapientis dictum. In die bonorum nulla sit recordatio malorum. Hac est dies illa, qua sententia olim contra nos lata, obliuionem, imo, vero interitum. Et abobliuionem veriis, quam obliuionem fecit. Oblitterata est enim omnis omnino condensationis nostra memoria.*

24. In conspectu resurrectionis crucifixionis memoria verbum blandum est. Mar. 16.

Obiocio sapienti verba huiusce sectionis. *Nolite expanescere: Iesum quaeritis crucifixum. Rotius videtur Angelus mulieres allicere ad tristitiam, suffixionem Iesu memorans, quam ad letitiam inuitare. Profectio ea est resurrectionis gloria, vt coram illa laborum maximus, crucifixio scilicet, ac passio Saluatoris in tam profundo gaudioru pelago obruatur adeo, vt ipsa crucifixi memoratio blandum sit verbum foeminas ad exultationem impellens. Sic acute Victor Antio. For. ma, in qua apparebat Angelus, leta erat, adeoque non obscurum resurrectionis symbolum praese ferebat. Et verbis praterea blandis illas compellabat. Aiebat enim: Iesum quaeritis crucifixum. Blandum vti-*

Victor. Antio. hic.

quo verbum erat illud: *Quaeritis crucifixum, quia pratinus adiecit: Surrexit. In conspectu enim resurrectionis memoriae nulla profus malorum recordatio.*

In cuius confirmationem expede verba illa celestis Incolae: *Pracedet vos in Galileam, ibi eum videbitis. Mar. 16. Cur no praecessurus eos Christus in Ierusalem predicatur, sed in Galileam? Victor egregie. Recte (inquit) in Galileam, non in Ierusalem. Per hoc enim ab omnis difficultatis, & discriminis formidine illas absoluit. Haud scilicet memorans urbem, qua Dominus fuerat suffixus.*

*Pulchriores (ait Iacob) sunt oculi eius in vino. Gen. 49. Vbi Theodo. Dominicae resurrectionis gaudium subodoratus, ait: Oculi eius. Pro toto parte hic posuit, id est, tatus erit post mortem gloriosus. Et quia Saluatoris passio, & resurrectio exultatio est mundi. Iucunditatem, atque letitiam, quae resurrectionem Dominicam secuta est, indicat, dicens, Iucundi oculi eius a vino. Ac si omnibus hodie Iesus letitiae vinum propinans, diceret, Bibite amici, & inebriamini charissimi.*

Quod si tam ingentis letitiae causam requiras, hodierna die redundat gratia donatur, quam sequatur exultatio necessum est. *In exitu Israel de Aegypto, Christi de baratro, facta est Iudaea sanctificatio eius, Christianus populus sanctitatis stola indutus est. Quid plura? Montes exultauerunt sicut arietes. Psal. 113. Quia letitia Dei gratiam necessario comitatur. Quid aliud hodie (inquit Nyffenus) quam letitia, & exultatione emulari monces illos, & aliosque de quibus Propheta: Montes exultauerunt sicut arietes. Venite ergo, exultemus Domino, iungemus Deo saluari nostro.*

25. Ideo praecessurus di citur Iesus in Galilea. Mar. 16. Victor. Antio.

26. Vinum letitiae nobis propinat hodie Iesus. Gen. 4. Theod.

27. Dies resurrectionis nos replet gratia, ac consequenter letitia. Pla. 113.

Nyffen. Ora. de Pasch.



*Pro.* Nā qui salute donati sumus, qui gratia hodie replemur, cogimur gaudium, ac letitiam eructare.

38.  
Hodie gratie melem vinde- mē exultatio nis con- sequitur.  
Psal. 103.  
Zeuo Veron. ferm. 9. de Re- fur.

Alibi Vates. *Ut educas panem de terra, & vinum letificet cor hominis.* Pl. 103. An non gratia noua hodie estas insurgit? Quid ni letificantis vini adijceretur redundantia? Id quod D. Zeno Veron. adnotans, inquit. *Exultat astas noua, sed diues inframenti va- rias moles spicam feliciter contundens pal- ma. Quam prosequitur congruē mustulen- tus autumnus, ut necessario gratia panis vini quoque iucunditas iungeretur. Quā semper in vna morantur sede gratia & iucunditas! quam nunquam lepa- rantur!*

OBSERVATIO. II.

Christum piæ fœminæ hodie ap- tē quærent crucifixum, vt mi- serorum recordetur.

(\*)

Ad illud: *Iesum Nazarenum crucifixum?* Accommoda- tius, ac florida paschatis solemnitati congruētius crucifixio siletur, Na- zarenus floridi solo nomine peruulga- to. *Non erubescit* (ait Victor Antioec.) *crucifixi nomen.* Nazarenus floribus lti- patus exurgit, sed tamen non ideo ob- bliuiscitur spinarum. Vti ostendat, se paratum exurgere, ad subueniēdum ijs, qui in eadem fuere damnatione. Quid in hac lacrymarū valle nisi præ- furæ, angustia, crucifixo, dolores? Surgit ergo veluti cruci suffixus, vti eorum recordari, qui in eadem cum Iesu mystica damnatione fuere vi- deatur.

40. Iesus se per qua- si cruci- Nūquam non Christus affixus cruci. *Si Rex Israel est,* (hostes procla- mant) *descendat nunc de cruce.* Mat. 27.

Verum quod Dominus regnauit a ligno, sed tamen licet semper thro- no regali hærens aspiciendus sit, nūc descendat, nunc per vnius instantis in- terstitium liber a cruce cōspiciatur. Stetit proculdubio immobilis, sic gratulante D. Bernar. *Quid consequen- tiæ videtur habere, ut descendat de cruce, si Rex Israel est, & non magis ascen- dat? Imo quia Rex Israel est, titulu Reg- ni non deserat, virgam imperij non depo- nat, cuius imperium super humerum eius. Rex tunc apparet, quando cruci he- ret, futurus æternum Rex, nunquā re- cedit a cruce. Ideo quasi suffixus cru- ci resurgit. Quod si causam requiras, Pater notanter id adiecit. *Cuius impe- rium super humerum eius. Quod nā, ais, imperium hoc? Profecto aut subditi effecti crux. Quia exitiis harbori si. In xi ob prauaricationem, semper cru- cififormes. Christus itaq; semper qua- si crucifixus apparet, vt crucifixis suc- currat peccatoribus. Nō deseret Reg- ni titulum, virgam imperij, vt confi- xorum misereatur.**

Habes id Dauidico carmine ex- pressum. *Dominus regnauit, decorem in- dutus est, indutus est Dominus fortitudi- nem, & præcinxit se.* Psal. 93. Vbi Lyra- nus, *Regnauit Dominus, quia in resurre- ctione potestatem super omnem creaturam accepit. Decorem indutus est, cum corpus possibile, & deturpatum in passione in re- surrectione fuit gloriosum. Præcinxit se, quia tanquam fortis præcinctus in infer- no detentos poteter educit.* Aptè quidē, sed solummodo verbum: *præcinxit se,* aptius argumento interpretabimur. *Præcincti* vocabulo crucifixio innui- tur iuxta illud Dominicum: *Cum se- nueris, Petre, alius cinget te.* Queis Sal- uator crucifixionem Petri figurauit. Præcinxit igitur se hodie Iesus, dum

affixus in pecca- torū vti- litatem. Mat. 27.

Bernar. fer. 1. in die Pas.

41.

Præcinc- git se le- lus cru- cifixus, vt vinc- torum recordē- tur. Psal. 92: Lyra.

crucifixi formam refert, siue (vti August. ait) *Crucifixus redit ab inferis*. Id est, crucifixi figuram ostendat, dum ab inferis victor ascendit. Pondero iam sententiam. Lyrano. *Regnavit Dominus, quia in resurrectione potestatem super omnem creaturam accepit*. Quare praecinxit se, figuram referens quodammodo crucifixi, vt miseris potius succurrat, quam peccatores supplicij addicat.

Christus resurgens ideo aptius figuratur in Iosepho quam in Pincerna. Ge. 40. Isidor. Ioseph olim regio Pincernae in eodem carcere constituto, *Tres propagines tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum*. Gene. 40. Ad quem locum D. Isidor. *Tres dies Dominica resurrectionis accipiendum est tempus. Post trinam enim lucem, Domino ab inferis resurgente, & legis obscura, vt Ioseph somnia, reuelante, solutus est a peccatis credentium populus, & de inferni carcere, & de potestate Diaboli liberatus*. Vbi constat Iosephum typum gerere Christi, Pincernam autem soluti a peccati vinculis transgressoris. Hugo autem Card. tres illos dies tempus resurrectionis interpretatur, quādo Pater memor sacrificij Iesu, ad pristinum illum restituit gradum, dū ad dexteram collocat. Vides Christum, autore Isidoro, in Iosepho designari; doctore autem Hugone, non in Iosepho, sed in Pincerna post tres dies a carcere soluto. Certe Christus resurgens aptius videtur designari in Pincerna, quam in Iosepho. Pincerna enim post tres dies è vinculis absoluitur, vt Iesus, solutis mortis compendibus, tertio die surrexit. Ioseph verò nō post tertium diem, sed post inchoatū tertium annū a fouea liberatur. Ad quæstionē igitur voco, cur, si Hugonis sententia, potius ex-

primitur Iesus in Pincerna, quam in Iosepho propter prædictam rationē, non sibi constitit Cardinalis, dans nō Pincernæ Christo, sed Iosepho Saluatoris iam imagini sequentia verba: *Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam*. Ibid. Quia Iesus designatus in Pincerna rogandus non erat, vt resurrectionis die recordaretur suorum in eodem carcere constitutorum. Nunquam enim suorum obliuiscitur, qui in moerem crucifixi resurgit, memor proculdubio futurus eorum, qui in tribulationum patibulo commorantur. *Tantum* (inquit Hugo) *memento mei cum bene tibi fuerit. Vox Christi est quemlibet: Nihil enim ita obliuionem facit, sicut opulencia. Va qui opulenti estis* (inquit Amos c. 6.) *in Sion*. Et infra. *Nihil compatiuntur super contritione Ioseph*. Non sic Christus è nostræ mortalitatis e ductus carcere; eorum etenim recordatur, quos in pressura socios habere dignatus est.

Cur existimas a Pincerna Iosephum vincitum obliuioni traditum. Resiuet (inquit videns Ioseph) *te Rex in gradum pristinum*. Gen. 40. Aliter, *super vasim tuam, seu, super stabilitatē tuā*. Si iam immobilis Pincerna, si casui obnoxius non est, si vasi prouoluto, vt olim, quando culex in poculo reptus est (autore Lyrano) nō est rursum coniiciendus in carcerem, si miser futurus iam non est, quia non vasi volubili, seu craterē tornatili nititur; sed vase firmissima, instar columnæ, superponitur; quonammodo miseris facile prouoluēdis miserabitur, eorumq; abiectionis recordabitur?

Bonus ille Latro, Iosephi in moerem, Domino è corporis carcere profecturo. *Memento* (inquit) *mei, Domine,*

Ad prof peritatē erecti miserorū obliuiscuntur.

43.

Obluiscitur Pincerna Iosephi, quia vitus sibi non est volubilitati adhuc obnoxius. Gen. 40. Lyr.

44.

Non obliuiscitur Iesus Latus

Latronis quia in eadē damnatione: Luc. 23.

Ambr. Apud Ema. de Saahic.

*mine, cum veneris in Regnum tuum.* Lu. 23. Sero ad gremium accurrens, conditionem siue ingenium Iesu minime dignouerat. At Saluator Latroni, *Hodie (ait) mecum eris in paradiso.* Vbi ponderanda Ambrosij sententia. *Ubi est gratia, quā precatio. Semper enim dicitur plus tribuit quā rogatur.* Postulat Latro, ut sui Dominus recordetur. At Christus promittit fore, uti Latro ex Christi memoria minime excidat. Recordatio namque supponere videtur obliuionē. Eus bone Latro, meū adhuc ingenium sub nouissima accedens hora nequaquam calluisti, tui non obliuiscar, in mea te semper memoria conseruabo. Quare (inquis) ille miser admodū ē Iesu memoria nō excidit? Quia Regnum Christi crux, iuxta illud: *Dominus regnauit à ligno.* Imo à ligno regnabit. Quoniam modo cruce suffixus Latro decideret ex memoria Iesu, qui, ut ad Regnū properet suū, crucifixus quodammodo resurgit.

45. Iesu gestas vulnera crucifixi crucifixorum vulneribus medetur. Cant. 8.

*Sub arbore malo (ait Iesu) suscitauit te, ibi corrupta est mater tua.* Can. 8. De Deiparæ Conceptione immaculata hunc locum exponit egregius concionator Canonicus Magist. Lucroniensis Doctor Hormachea, cuius in signe opus in Cantiam prælo traditum mox feretur ad lucē. Ast in præfenti nos. Te assurgere feci sub arbore, sub cruce, quia crucifixi formam præmeferens, cum resurgerem: resurgere feci homines sub cruce vulneratos. Thomas profectō vnus ē vulneratis sub cruce à Iesu benignè excipitur, quia vulnerati etiam figuram gestans resurrexit. Ideo Dominus, *Tange (inquit) manus meas, & pedes meos.* Ad quem locum acutè, appositè que ad meum argumentū D.

August. *Iesus crucifixus redit ab inferis.* (Id est, surrexit figuram crucifixi gestans, manibus, ac pedibus vulneratis.) Quare? *Infer,* ait, *Thomas, manū tuam lateri Saluatoris, tange vulnera, que nostra peccata fecerunt, scrutare, unde sanguis effluxit, ut nobis sanitatis poculū propinaret.* Nisi hoc ligno figeretur, ligni illius præuaticatio minime tolleretur. Præuaticatio tollitur, Thomas sub cruce vulneratus benignè excipitur; quia Iesus figuram crucifixi tunc refert, cum surgit ab inferis. Tanti interest homines ex loco abiecto in gradum celsum eleuatos prioris miseria recordari, ut miserabilibus dignentur misereri.

August. citat.

\*Crucis seu labo rū triūphus.

OBSERVATIO. III.

Iesus crucifixus hodie triumphat.

**H**AEREO adhuc proximis D. Augustini verbis: *Crucifixus redit ab inferis.* Id est, resurgit crucifixi formam gestans, manibus, pedibus, ac latere clauorum, ac lanceæ vulnere notatis. Adijcit Pater: *Et triumphat.* Nec enim decuit triumphum à crucifixione, & vulneribus seiungi. Proh crucis excellentia, sine qua nullus paratur triūphus, nulla victoria celebratur. Crux hodie triumphale ferculum, Martialis corona, pacificus oliuæ ramus, seu sceptrum imperantis.

Ad illud: *Iesum queritis crucifixū.* 46. August. vbif.

An non crux hodie ferculum triūphatoris? *Isaias. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* Cap. 6. Aspexi Filium Dei in crucis ligno nos proprio sanguine redimētem. Sic Hugo Card. *Vidi Dñm, Filiū videlicet in forma humana, quia secundum eam, proprio sanguine nos redemē. Super solium.* Id est (eodem attestante

47. Crux hodie ferculū triūphatoris. Isai. 6. Hugo Card.

Doctore) super veri Salomonis ferculum. Huiusce profecto prophetici testimonij recordatus Ioannes, ait. *Hac dixit Isaias, quando vidit gloriam Dei, seu triumphum Saluatoris. D.*

Grego. Grego. *Cum Ioannes (inquit) Iesu miracula narrauit, atque in fidelitatem Iudeorum; (in fugiendo scilicet Dominum) postmodum subdidit: Hanc Redemptoris nostri gloriam Isaiam vidisse manifestat. Quia crux Salomonis ferculum, quo vectus resurgens Dominus gloriose magnificatus est.*

48 Expendo locum Canticor. quem

Ferculū Salomonis hodie crux Cant. 7. respicit Hugonis sententia. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, propter filias Ierusalem, Cap. 7. Aureum curru huiusce triumphalis reclinatorū Christi mors; amoris enim vulnere saucius, reclinato capite, tradidit spiritum. Ascensum purpureum interpretor crucis fulgorē in vulneribus hodie Iesu rutilantem, dum ab inferis ascendit. Id autem propter filias Ierusalē, siue propter filios Abraham eius in gremio residentes, qui quidem crucis triumphalem currum preierunt.*

Ambr. L. 10. in Lu. c. 23. Confirmat D. Ambr. fatum de Christo in crucem aſc. *Curram suam triumphator ascendit. Solet precedere pōpa victricis: at vero curram Domini triumphalem præt bona pompa resurgentium defunctorum.*

49 Num corona frons triumphato-

ris redimitur? *Egredimini filie Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, qua coronauit eum mater. Cāt. 3. Corona plane ista anni benignitatis Domini. Psal. 64. Videte (inquit Guille.) Regem in diademate, videte iam quomodo benedixit corona anni benignitatis suae. De passione Dominica Pater verba facit. Nec aliter oportebat*

Christum triumphare, quam spinea corona, id est, passionis stigmatibus redimitū. Ad Psalmum Incognitus, *Cecidit corona capitis nostri, & a nobis, quia peccauimus. Ideo venit Christus, ut nobis sua morte hanc coronam repararet, dum pro nobis ipse suscepit coronam. Unde ad hanc meditandā, nos scriptura prouocat, dicens. Egredimini, & videte Regem Salomonem in diademate. Videte regnantem Christum, triumphatorem aspiciate; mortis gestat insignia, ut triumphet, qui gestauerat pugnaturus.*

*Dominus (David ait, resurrectionis obijciens triumphum) regnauit, de core indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & praecinxit se. Psal. 92. Lyranus supra de resurrectionis victoria carmen exposuit. Porro ad illa verba; Dñs regnauit. Hugo Card. innotuisse inquit Christum Regem dum resurrectionis corona redimitus ascendit. Iam gloriae huiusmodi originem oportet vestigare. Titulus huiusce Psalmi se habet sic. *Laus cantici ipsi David, in die ante Sabbatum, quando fundata est terra. Ad quem Cassio. Dies ante Sabbatū est feria sexta, in qua passus est. Si ergo laudandus verus David, seu Christus resurgens, quare laus resurgentis petitur a feria sexta, siue a passionis, & crucis inconstantia? Profecto corona resurrectionis crucis fulgor est, tunc maximè laudabilis resurgens, quando resurrectionis gloria passionis ac crucis stigmatibus copulatur. Ideo quasi crucifixus Iesus exurgit, dum clauorum stigmata corpore gestat.**

Non ne denique triumphator passificæ oliuae ramum manus ostentat? Columba illa a luto in arcam virentis oleæ ramum portans, cuius nis è luto

resur-

Incog. ad Psal.

50 Resurrectionis corona triumphū ducit a feria sexta passionis, & Crucis. Psal. 92. Lira. Hugo.

Cassio.

51 Crucis die oliua a Vitore gestata. Gen. 7.

resurrectionem, mortis sedata tempe-  
state, figurabat. Eius diue Noe, arca  
veluti sepulchro incluse, suscitare, ve-  
ni foras, ad viuorum ripā, relinquēs  
mortuorum habitacula transi. Te ex-  
citat, vt resurgas, oliua virens. Quid  
oliua nisi crux? Quonam modo igitur  
verus Noe Christus ab imis aditis ad  
suprema auolaret, nisi, colūbæ in mo-  
rem, ramum oliuę gestaret manu, cru-  
cis vulnera præferret? Pulchrē ait  
Berengosius. *Columba sibi ramum defe-  
rebat oliuæ. Designat, quod nullus auolare  
valet ab imis ad summa nisi ramū, seu  
crucem studeat reportare cum columba.*  
Christus ergo ab imis ad summa af-  
cendens hodie, ramum oliuę, crucem  
scilicet manu gestat, et triumphet.

Berēgo.  
de myst.  
Lig. Do.

52.

Sapienter ho-  
die Iesus  
crucifi-  
xus re-  
surgens  
mundia-  
lem sa-  
piētiam  
deuora-  
uit.  
Exo. 4.

Equidem sceptrum oliuę consul-  
to tradidi triumphatori. Resurrectio-  
nis enim die crux sapientissimæ ab  
omnibus hostibus reportat triūphū.  
An non olea sapientiæ documētum?  
*Quid tenes in manu?* (quærit à Mose  
Deus) *Virgam* (respondet.) *Proijce*  
(inquit Dominus) *eam in terram. Pro-*  
*iecit, & versa est in colubram.* Exo. 4.  
Christus virga simul, ac crux. Crucifi-  
xus in terram proijcitur, sepelitur,  
crucifixus autem resurgit, vt deuoret  
mundialem sapientiam. D. Augustin.  
*Virga proiecta in terram, & in serpentem  
versa significat, quod crucifixus, qui in si-  
delibus stultitia esse creditur, postea quam  
in terram missus est, per passionem, per  
mortem, per sepulturam, versus re-  
surgens est in serpentem, hoc est, in sapi-  
entiam. Serpens enim pro sapientia reputa-  
tur, iuxta illud: Estote prudentes, sicut ser-  
pentes. Et in tantam sapientiam versa  
est crux, vt omnem mundi istius sapien-  
tiam deuoret.*

August.  
serm. 86  
de Tem.

\*Operū  
necessi-  
tas ad sa-  
lutem.

OBSERVATIO III.

Crucifixus Iesus surrexit? Suffi-  
gamur cruci, vt resurgamus.

Ad  
illud:  
*Iesum  
quari-*

**A**Ttendite, foeminæ sanctissimæ,  
quem requiratis? *Iesum qui crucis  
crucifixū. Surrexit.* Iesus cruci suffixus  
fuit, & ideo resurrexit. *Ecce ergo lo-  
cus ubi posuerunt eum.* Si resurrexit,  
quia mortuus, & sepultus; ingressum  
parate ad monumentum, vos etiā se-  
pulchrum excipiet, commortuæ Ie-  
su, contepeliri curate, vt simul exur-  
gatis. Sic exponit locum Nazianze.  
*Hic consepeliebar, hodie simul resurgo. Si  
mus vt Christus, quia Christus quoque si-  
cut nos.*

*tis cru-  
cifixū.*  
53.

Nazian.  
Orat. de  
Retur.

Iob proclamat. *Scio, quod redemptor  
me' viuit.* Hinc infert. *Et in carne mea  
videbo Deum Saluatorem meum.* Cap.  
19. Vndenam colligis te resurre-  
rum? Num quia Christus viuit, quia  
surrexit? Non ideo precisse, quia sur-  
rexit Iesus, spero me surrecturū; sed  
quia occubui cum Iesu, quia cum ip-  
so actus fui in crucem, in sepulchrum  
descendi, ad vitam reor eleuandum.  
Apposite Galfridus, *Dico mihi à homo,  
quomodo scis, quia viuit, qui pro redemp-  
tione tua mortuus est, nisi idem senseris  
in te ipso? Hoc iustus senserat, unde &  
dicebat, Et in nouissimo die de terra sur-  
recturus sum.* Quia commorior, viuo;  
quia consepelior, simul resurgo.

54.  
Iob cū  
Iesu re-  
surgit,  
quia cru-  
ci suffi-  
xus cum  
Iesu.  
Iob. 19.

Galfri.

Paulus egregie id exposuit, dicēs,  
*Si consurrexistis cum Christo, qua sursum  
sunt querite, vbi Christus est.* Colos. 3.  
Ac si proloqueretur, si cum Christo  
simul suarexistis, signum est, vos quæ  
sursum sunt, vbi Christus est, quæsi-  
stis. Hoc est, sursum ascendite, ad cru-  
cem scilicet, vbi Christus adest. Cru-  
cifixus enim resurgit, vt suscitaret si-  
mul crucifixos. Rem illustrat D. Ber-  
nardus fatus, *Sequamur Agnum quō-  
cumque*

55.  
Sequa-  
mur ad  
crucem  
tenden-  
tem, &  
resurgē-  
tem. om.  
Col. 3.

Bernar.

cumque ierit, sequamur patientem, & sequamur resurgentem. Crucifigatur vetus homo, simul cum illo, ut destruat corpus peccati; ut quomodo ipse resurrexit per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus.

56 Appositè proinde Vates cecinit.

*Surgente Domine, in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuae.* Psal. 131. Christo emortuo dicitur: *Domine, in requiem.* Cur autem cum ipso resurgere iubetur arca? Quia dum Christus, qui fuerat mortuus, surgit: commoriens arca anima iusti resurgat necessum est. Autor huiusce commentarij Augustinus. *Domino dormienti dicitur à Dauide, Surge. Iam nostis, quis dormiuit, & quis surrexit. Ipse quodam loco dicit: Dormiui conturbatus. Bene illi dicitur: Exurge Domine, iam non conturbaueris; quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Tu & arca sanctificationis tuae. Ipse caput nostrum, arca eius Ecclesia. Surrexit prior, surget & Ecclesia. Quænam consequentiæ vis? Quia si Christus, qui dormiuit, surrexit: Ecclesia dormiuit simul, ut resurgeret. Non enim bene dicitur ex Augustini mente: Surge: nisi ei, qui dormiuit conturbatus.*

57 Rursum Paulus. *Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium.* 1. Cor.

*15. Cur Christus primitiæ dormientium appellatur? Quia fideles cum ipso suffuguntur, & dormiunt. Vnde dormiente primario exurgente, simul & nos condormientes resurgimus.*

58 Quid si viuamus? Profecto si viuimus, dum voluptatibus indulgemus

*eo loco, vbi cum Iesu cruci suffigi debemus: eternitas nobis mortalitatis præparatur. Quid impudici? Coronemus nos rosas, antequam marcescât. Quomiam hæc est pars nostra, & hæc est sors.*

*Sap. 2. Ac si diceret, Hic voluptati-*

bus perfruamur, dum nulla alia simus eleuationi forte, aut portione donandi. Dum ergo viuimus, Veneri vacemus, si quidem cum vita nostra felicitas terminatur. Quam hi ab spe resurrectionis abstracti! In loco moriendi rosas Veneris marcescibiles collocatis? In loco resurgendi mortis statuitis immortalitatem. Confirmo ex D. Hieron. fante. *Ab Adriani temporibus usque ad imperium Constantini per annos circiter centum octoginta in loco resurrectionis simulacrum Iouis, in crucis rursuspe statua ex marmore Veneris à gentibus celabatur. Cur, quæso, in cruce Venus, in sepulchro Iupiter collocatur? Delitiæ in patibulo, siue in loco patiendi? Ergo immortalitas in sepulchro: vnde resurgere debes, si in eadem cum Iesu cruce suffixus fuisses.*

Enim verò, si deluctu, quo mortuè Iesu prosequuntur fideles, sermo pro cedat, ita ut ille letus consurgat cum Iesu, qui per luctum eius quodammodo mortem imitatus est: qui luctu perfert de mortuo, de resuscitato gaudebit. Nato olim Seth, sic communis Parens. *Posuit mihi Dominus semē alius pro Abel. Gen. 4. Vbi sic Strab. Per Seth, qui interpretatur, Resurrectio, significatur vita Christi ex mortuis. Dicit igitur Ecclesia: Posuit mihi Deus semē aliud pro Abel, id est, pro luctu. Hoc est, quæ luctum pertuli de mortuo, gaudeo iam de resuscitato. Sic ille.*

#### OBSERVATIO. V.

Haud in monumento adest IESVS, vbi mortuus iacuerat.

Videntur superfluere verba hæc: *Ecce locus, in quo sepultus est Iesus. Non est hic, sufficiente ad rem excusandam, illo: Surrexit, Cur ergo hi &c.* addidit 60.

Hieron. epi. 13. ad Paul.

59

Luctu affectus propter mortuū Iesum de resurgente exultat. Gen. 4.

Strab.

\*Peccator resurgens fugiat à loco, vbi mortuus iacuit.

Ad Illud: Surrexit, non est hic,

addit Angelus: *Non est hic?* Vt evidens argumentum mysticæ resurrectionis obijceret. Non est hic Iesus, vbi mortuus iacuerat. Victor Antioch. *Surrexit. Unde hoc notum: Quia non est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum.* Hinc qui mystice resurgit, (gerit enim Iesus peccatoris personam) qui novâ inveniendi rationem, non assolet esse, vbi pressus fuerat mortalitate, fugit loca, vbi læthale vulnus acceperat. Cû primum se se funerea peccati sindone exiit, fugit, ad tutiora se recipit loca, ne iterum occasiois vi mori cogatur. Nam licet non abstrahatur libertas, attamen ibi debilitantur vires, vbi viget peccati venenum.

Victor Antioch.

61  
Nû abscōdit se Adam in arbo re, vbi mortuus iacuit?  
Gen. 3.

Rupert.

62  
A paradiso delinquenti loco Deus Adam abstulit.  
Gene. 3.  
Isidor.

Primus peccator cum audisset vocem Domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se. Gen. 3. Quærit num confugerit Adam ad latibula eiusdem arboris, vbi deliquerat? Se se inibi abscondit, sed impoenitens. Rupert. *Abscondendo se Protoplasti nostri sibi vterque insipienter prouidit, tanquam infidelis, & tanquam impænitens. In fidelis, quia male de oculis Domini omnia videntis, sentiens, abscondit se. Impænitens vero, quia latere voluit.* Colligitur equidem impœnitentia Adæ ex eo, quod ad latibula aufugerit eius arboris, vbi deliquit. Nec enim resurrectionis à culpa præ se fert documentum, qui non ab eis absterretur locis, vbi spiritualem vitam cum morte commutarat.

Apparet iam ratio, quare Deus hominem delinquentem à paradiso deturbarit? *Emisit eum Deus de paradiso.* Gen. 3. Moraliter Isidor. *Licet vetitum est lignum materiale vitæ, non autem spirituale. Possumusque manum porrigere ad arborem vitæ, id est, Christum, & viuere in æternum.* Remaneat igitur homo

in paradiso, si viuere potens, lignum requirens vitale, & ex eius fructibus comedendo. Deturbetur à paradiso, extra illum contingere curet vitale lignum, vt viuat. Quia si viuit in loco, vbi mortuus iacuerat, non diu in spiritali resurrectione persistet.

Aptior ad argumentum Ioannis locus. Lazarum Dominus ad vitam reuocaturus, in clamat. *Lazare, veni foras.* Cap. 11. Vacuum relinque locum vbi mortuus fueras commoratus. Caieta. *Non solum surge a morte, sed veni iuxta speluncam, ligatis manibus, & pedibus iustis. Soluite eum, & sinite abire.* Ac si diceret, *Veni foras, vt præbeas perspicuum tuæ resurrectionis documentum; dum vacuo monumento, dici possit: Non est hic?* Ergo surrexit. *Ecce locus, vbi posuerunt, mulieres siue voluptates (interprete Chrysol.) adolefcentem.*

63.  
Lazarus vere surrexit, siquidem extra sepulcrum.  
Ioan. 11.  
Caieta.

Apprime hoc Saluator expressit, fatus. *Venit hora, & nunc est, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ.* Ioan. 5. Id quod exponens D. August. duas statuit resurrectiones, vnam, qua homo ex peccato resurgit, qua nunc est; alteram, qua in nouissima die corpora è sepulchris suscitabuntur. De prima resurgendi ratione verba illa texuntur: *Venit hora, & nunc est, qua omnes, qui in monumentis sunt, procedent in resurrectionem.* Quare vsus est verbo illo: *procedent?* Non ne facilius, sine particularum multiplicatione dixisset: *Qua omnes, qui in monumentis sunt, resurgent?* Equidem vt homo à peccato resurgat, necessum est, prius è monumento in resurrectionem procedere. In sepulchro enim, seu loco, vbi læthaliter deliquit non resurgit peccator, sed è sepulchro proce-

64.  
Vt quis à culpæ tumulo resurgat recedat prius à monumento.  
Ioan. 5.  
August.  
Tract. 19

proce-

procedens, tendit in resurrectione. Ille etenim verè resurgit à peccato, de quo dicere possimus: *Non est hic. Quid tu animas?* (adijeit August.) *Mortua eras, amiseras vitam. Audi Patrè per Filium: Surge, recipe vitam, ut in eo recipias vitam, quam non habes in te. Uificat te Pater, & Filius, & agitur prima resurrectio, quando resurges, ad participandam vitam.* Hoc perpende proximum, *Quando resurges, ad participandam vitam.* Si non es iam vitæ particeps, quonammodo resurgis? Potest ne mortuus resurgere, dum mortuus est? An non pellit mortem resurrectione? Non certe resurges spiritualiter vitæ iam particeps, sed ad vitam participandam, resurges. Quia in occasu delinquendi monumento non resurgit peccator, sed ad resurgendum exsurgit.

*rupta est mater tua.* In ipso ergo tumulto homo redit ad vitam. Abiit. Nam si vim verbi illius: *Suscitanti*, perpendas, idem est prorsus suscitare, ac cõpelle, ut egrediatur, iuxta illud: *Et suscitabis eum quasi locustas.* Iob. 39. <sup>Iob. 39.</sup> Suscitavit itaque Christus animam, siue impulit, uti ab umbra arboris exitialis relegaretur, ubi fuerat affecta corruptione. Non ibi eam vita donavit, sed à delicti loco semotam. Confirmat Honorius. *Animam sub arbore malo Christus suscitavit, iuxta illud Apostoli: Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus.* Eph. 5. Non dixit: *Surge illuminatus*, siue luce gratiæ donatus; sed *surge prius, a sepulchro recede, & quidem te Christus extra sepulchrũ commorantem lumine donabit.* *Ibi* (subijcit) *corrupta est mater eius in peccato concupiscentiæ. Quam Christus adhuc suscitabit, & in corruptibilem faciet.* Pende illud: *Quam Christus adhuc suscitabit.* Prius, inquam, suscitabit illam, huc à sepulchro faciet recedere, moxque à sepulchro extractam, resuscitabit, reuocabit ad gratiam, in corruptibilem tandem efficiet.

Honor.  
apud  
Del-Ri-  
um.

65

Excitamus ale  
su, ut dif  
cedam?  
à loco  
sepultu  
ra.

Cant. 8.

Primo aspectu videtur repugnare illud Canticorum, *Sub arbore malo suscitavit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Cap. 8. Sicut ait ne Deus animam ob delictum e mortuã sub arbore, ubi Eva corrupta fuit? Videtur plane suscitasse. *Sub arbore* (inquit) *malo suscitavit te; ibi cor-*

## SECTO QUINTA:

### Fœminarum missio.

#### TEXTVS.

Verf. 7. *Sed ite: Dicite Discipulis eius, & Petro, quia precedet vos in Galilaam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.*

#### COMMENTARII, ET ILLUSTRATIONES.

¶ *Cur per mulieres Apostolis resurrectionis veritas annuncietur?*

S. I  
Cur An  
gelus nō  
immedi  
atē nua

*Sed ite: dicite Discipulis eius.* Non videtur prius debuisse resurrectionem per Angelos mulieribus

manifestari, sed Apostolis. Mulieres enim testificare, & docere prohibentur. Occurrit ad hæc Doctor Angel. D. Tho. *Licet mulieri non permittatur publice docere, permittitur tamen e priuatim do-*

mesica



*mystica aliquos admonitione instruere.*

fortis quæ sicut lanam, & linum, & opera  
ta est consilio manuum suarum. Pro. 31.

Mulier r  
denudās lās  
virū ma  
le locu-  
ta, eandē  
induere  
curet,  
virtutē  
profere-  
rens.  
Pro. 31.  
Epipha.  
her. 78.

2. Quare per mulieres manifestatur mysterium?  
Profecto mulieres hodie legibus  
hiscæ solutæ sunt, Apostolos monēt,  
fideles de resurrectionis mysterio  
certiores efficiunt. His prius manife-  
statur resurrectionis arcanum, quia  
arctius adeo Christum dilexere, ut  
Discipulis à monumento recedenti-  
bus, minime fuerint nec à metu, nec  
à custodiis ablegatæ. Datum eis au-  
tem mysterium Discipulis manifesta-  
re, ut sicut permulierem viro mors,  
ita per eandem vita eidem propina-  
retur. D. Petrus Chrysolo. *Reverte-  
re ad virum mulier sanata, & sua de fi-  
dem, quæ per fidiam suasti; refer homi-  
ni Dominica resurrectionis iudicium, cui  
antè tentationis, & ruinæ consilium de-  
tulisti.*

Quare foeminae datum suo consilio ve-  
stimenta viro præparare? Quia ipsa  
suo consilio denudaverat. Sapienti  
consilio secum ipsa loquens, conficit  
viro vestimenta, quæ insipienti con-  
silio cum Adamo locuta ipsum vesti-  
bus immortalibus expoliatur. D. E-  
piphan. pulchrè. *Sapientis (inquit) est  
Eua texens vestes sensibile, propter A-  
dam, quem denudavit. Ipsi enim datus est  
hic labor, quoniam per ipsam nuditas in-  
venta est. Denudavit foemina virum,  
verbis insipientibus eius defectus pro-  
ferens; necessum profus, verbis sa-  
pientibus huiusmodi nuditatem o-  
perire contendat.*

Chryf.  
ferm. 77

\*Qui

proxi-  
mi flagi-  
tia nunci-  
avit,  
evulget  
& corre-  
ctionē.

Ad  
Illud:

Benè mulier, quæ nunciauerat  
mortem, vitæ nuncia ef-  
ficatur.  
PARumper nobis in præsentī im-  
morandum est. Quam appositè  
Dicite. mulier, quæ nunciauerat mortem, vi-  
tæ efficitur nuncia! Vti scilicet in-  
nuat, oportere, eos, qui proximorum  
evulgauere defectus, eorumdē cor-  
rectionis redire præcones. Nec enim  
aliter quis absolvitur à reatu. Id  
quod Chrysol. exprimit hisce ver-  
bis. *Mulier hic absolvitur à reatu, dum  
portat vitæ, portat resurrectionis audi-  
tum, quæ auditum mortis portauerat, &  
ruinæ. Quot mulierculæ auditos à se  
(sine fundamento) proximorum de-  
fectus proferunt, iactant: nec tamen  
postmodū auditam seu correctionē,  
seu rectam viuendi seriem proferre  
curant, ad prioris reatus solutionē!*  
4. Soluat mulier, quæ debet; si malè  
locuta est, rectè loquatur. Mulier illa

Chryf.  
ferm. 80.

Charitatis sermo propulset quid-  
quid malæ in proximum existimatio-  
nis locutio praua induxit. Vulgariter  
audisti non semel. *Vn clauo saca a otro.*  
Sacer olim Architectus & clauos fe-  
cit aureos. 2. Par. 3. Vbi Strab. *Hi sunt  
clauus dilectionis, & clauus amoris. Pende  
verbum illud: Et clauos. Ac si ferreos  
mystice etiā fecisset. Dilectionis cla-  
ui aurei, ferreos inimicitie, (cuius de-  
tractio effectus) clauos omnino pro-  
trudunt.*

5.  
Bona lo-  
quella  
malā ex-  
cludat, si  
cuti eia.  
no cla-  
uus ab-  
legatur.  
1. Par. 3.  
Strab.

Sunt qui de proferendis proximo-  
rum defectibus valdè solliciti osten-  
duntur; de propalandis autē seu vir-  
tute, seu correctione eorūdem nihil  
profus curant. Quæis equidem illud  
Esdrae indictam. *Vidi Iudaos ducentes  
uxores Azotidas, & filij eorum ex mo-  
dia parte loquebantur Azoticè, & nescie-  
bant loqui Iudaice. Cap. 13. Libri. 2. A-  
zotus (adnotante Strab.) Hebraice dicitur  
Esod, quod ignis verborum interpre-  
tatur. Vnde per filios huiusmodi intel-  
ligit Doctor eos, qui præbè locuti,  
haud curant de medicamine piorum*

6.  
Sūt qui  
malapro-  
ximi e-  
vulgant,  
bona  
proferre  
nesciūt.  
2. Eld. 13

Strab.

verborum exitiali sermone adhibendo.

¶ Quare resurrectio speciatim Petro in dicitur manifestanda?

7. **E**T Petro. Illa particula, *Et*, huiusmodi vim habet. *Etiā*, aut *specia- liter*, aut *præcipue* Petro. Cur ab Angelo potissimū Petrus nominatur? Nū quia Ecclesiæ parens? Num quia speciali amore est à Domino profectus? Num uti eum mærore, ac dolore propter negationem prostratum erigeret, & subleuaret, nam qui alijs turpius errauerat, maiori indigebat cōsolatione? Nūm ne ob culpam commissam se reiectū exultimaret, ac desperaret de reconciliatione? Num ne propter Domini præsentiam ad cōdiscipulos venire metueret? Nū quia non uti Iudas actus desperatione: sed fide benignitatis Dei ac Saluatoris firmatus veniam sibi concessum iri sperabat: nec à Discipulorum cōsortio discesserat? Num ut pœnitentiæ & Deo, & Angelis delectabilis vis ostenderetur? Hęc congeruntur à Doctoribus.

8. Ego equidem vnā aut alteram rationem intelligam. Quia propter negationem & Petrus se indignum Discipulatu iudicabat: & forte ab alijs indignus iudicabatur. *Dicite* itaque *Petro*. Nec enim ob trinam negationem à collegio est ablegāndus. Attigit hæc rationem D. Hieron. fatus, *Mulieribus dicitur, ut annuncient Discipulis, Et Petro, quia se indignum indicat Discipulatus, quod ter Dominum negasset magistrum. Peccata enim præterita (subdit Pater) non nocent, quando non placent.*

9. Deinde speciatim nominatur Petrus, uti à foeminis cognoscens se speciatim nominatum, remissum sibi ef-

se negationis flagitium intelligeret. Anonimi enim apud Deum peccatores; uti Diues ille, qui induebatur purpura testatur. Luc. 16. Euthymius, *No- minatum (ait) Petrum addidit: ut sciret remissum sibi esse trina negationis lapsum, propter seruentem pœnitentiam, Et respiraret; absortus siquidem erat immenso mærore.*

Speciatim denique Petrus nominatur, uti Dei erga peccatores pietas commendari valeat. Ita Caiet. *Nega- uerat Petrus Iesum, Et propterea Angelus nē inē nominat nisi Petrum, ut mag- nam Dei erga peccatores gratiā commendent.* Præcipue quidem resurrectio- nis die. Plura in Panegyri.

10. Tertiā. Caiet.

¶ Iesus præcessurus in Galilæam asse- ritur.

**M**atthæus & Marcus breuiter Ie- sum à Discipulis visum: Lucas autem & Ioannes per longius tem- poris interstitium eorundem Discipulorum oculis obiectum affirmant. Illi quidem in Ierusalem, hi autem in Galilæa Iesu conspectu fructos Discipulos narrant. Quare itaque Galilæa, & nō Ierololyma assignatur diu- tiori Saluatoris visioni? Euthy. *Iu- bet (inquit) abire eos in Galilæam, in qua sine Iudeorum timore ad eum accessuri erant, Et cum eo collocuturi.*

11. Quare diu- tiori Ie- su visio- ni Galilæa as- signatur? Euthy.

Sic verò mystice exponit D. Greg. assignatæ ad Iesu visionē Galilæe my- stericū. *Benè de Redemptore nostro dicitur: Præcedet vos in Galilæā. Galilæa autem trās migratio facta interpretatur. Iā quippe Redemptor noster à passione ad resurre- ctionē, a morte ad uitā, à pœna ad gloriā, à corruptione ad incorruptionē trās migrā- uerat. Et prius post resurrectionem in Galilæa benè à Discipulis videtur, quia resur- rectionis eius gloriā post latē videbimus, si*

12. Mystica expositio.

Greg.

modo à vitijs ad virtutum celsitudinem transmigramus.

13. *Ibi eum videbitis.* Tam scilicet: Discipulae, quam Discipuli. Videbitis, inquam, oculis corporeis, vti D. Albertus Mag. exponit. *Sicut dixit vobis.* Prædixerat enim Iesus, se rursus à Discipulis aspiciendum, priusquam ad cœlos auolaret. Euthym. *Addens autem: Sicut dixit vobis, reduxit eis ad memoriam id, quod in monte oliuarum dixerat. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam, sicut dixit Matthæus Cap. 26.*

14. *Quærit hic Hugo Card.* Quare nõ constituit Angelus & mulieribus, & Discipulis diem certum, sicut locum? Respondet, *Quia non erat causa ventilanda, ut contumax puniretur. Vel ideo locum determinat, & non tempus, quia corpus glorificatum extra tempus est, sed non extra locum. Tempus enim peribit, sed non locus.* Præterea, si (eodem Doctore asserente) per Galileam transmigratio ad Patriam designatur, aptè tempus subticetur; quia haud cognita hominibus transmigrations, seu mortis instantia, ynde lem per parati esse coguntur.

\*Nominè caret apud Deum peccatores. Ad illud:

OBSERVATIO I.  
MORALIS PANEGIRYICA  
CIRCA LITTERAM.

*Et Petrus nominatim Petrus assignatur, ut cognoscat se iam diuinæ gratiæ restitutum.*

15. *B*eda, *Nisi eum Angelus nominatim exprimeret, qui Magistrum negauerat, inter Discipulos venire non auderet.* Audet igitur Petrus quia probabiliter ex nominis speciali memoria coniecit, se ad Magistri gremiũ receptum. Peccator enim nomine caret,

nominatus autem prudenter colligit amicitiam rursus fuisse colligatam.

Semper mihi infixum menti fuit Adamum prudentissimum, recenter à Cõditoris manibus abstractum, mox post peccatum doluisse, nec iudicis admonitionem publicam expectasse. Vti autem id certum omnino habeam, allicit nominis proprii compellatio. Deus enim ad iudicium peccato rem vocaturus, inclamat: *Adam, ubi es?* Gen. 3. Proprio eum nomine compellat? Amicitie igitur rursus initæ sũt. Sic expresse D. Chrysost. *Hoc est (inquit) legitima amicitia iudicium. Siur vicissim odio habentes & inimici in quospiam dispositi, nec nomina illorum, qui se lesere, tolerant commemorari.* Id quod probat exemplis. *Ideo Saul nullam quidem iniuriam passus, multas vero, & magnas iniurias in David machinatus, postquam ipsum auersabatur, & oderat, nec ipsius appellationem commemorare tolerabat, sed confidentibus omnibus, postquam non venisse vidit; quid inquit? Non dixit: Ubi est David? sed: Ubi est filius Isai? Et iterum Iudæi in Christum idem faciunt, quoniam enim ipsum auersabantur, & oderant, non dixerunt: Ubi est Iesus? sed: Ubi est ille? Sedet Deus, demonstrare volens, se nullatenus Adamum iam resipiscetem odio prosequi, sed potius amicitiam iterum initam inclamat: *Adam ubi es? Ex suo (inquit ille) nomine appellans ipsum, & dicens: Adã ubi es? amorem suum ostendit.**

Magdalena magno in Iesum amore accendebatur. Conscia autem huiusmodi charitatis, non cognoscit Christum inclamantem: *Mulier: & cognoscit eum proprio nomine compellantem: Maria.* Ioan. 20. Vbi D. Gregorius, *Postquam eam communi vocabulo appellauit ex sexu, agnitus non est,*

16. Colligitur hinc Adamum mox post lapsum peccatum nituisse. Gene: 3.

Chryso

1. Re. 20

Isaias: 57

17. cõfirmo ex Magdalena.

Uocat eam ex nomine. Maria ergo, quia vocatur ex nomine, regnoscit Auctorem. Quare itaque proprio illum nomine compellantem dignoscit Auctorem, quem generica, seu specifica appellatione vocantem minimè Auctorem cognouerat? Profecto Auctorem, quos diligit, proprio nomine compellere. Vnde Maria conficia amoris in Iesum, Iesu que charitatis in se, non cognoscit Auctorem eum, qui proprio dilectam nomine nõ ligat.

rus diligi. Nam eorum, que nobis sunt familiariora, nomina nouimus, & proprio nomine uocamus. Et infra, Beatus homo, quem tu, Domine, ex nomine uocaueris. Mox adiicit Textus, Et impleui eum spiritu Dei. Ad que idem Oleast. Quemadmodum Dominus flauit in hominem habitum, & in Prophetas inspirabat quasi flatum, & spiritum suum, quo impleti, loquebantur diuina: ita & hunc credimus Dei spiritum afflatum, quo probe nosset excogitare, & facere, que nullus poterat humanus artifex fabricare. Vt itaq; Deus huiusmodi supremi artificis præstantiam indicaret, affirmat eum à Dño proprio fuisse nomine compellatum.

18. Deus Moysen valde diligebat. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Exo. 33. Inferius autem Moyses sic ad Dominum: Precipis ut educam populum istum, & non indicas mihi, quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris: Noui te ex nomine. Ac si diceret, Si me ex nomine compellere consueuisti non semel in clamando: Moyses: quare Domine, vulnus tantæ infligis amicitia, dum non indicas mihi, ex lege amicitia, quem missurus es mecum? Lyranus confirmans ait, Proprio eum nomine signare, est signum magna dilectionis.

19. Quæris, quando nam Deus dixerit Moysi: Noui te ex nomine? Cû olim in deserto commorans audiuit Moyses, Moyses. Exo. 3. Quæ quidem nominis compellatione Deus specialem suum in Moysen amorem significauit. Sic Oleaster, Noui te ex nomine. Id est, noui te quasi ministrum, quo frequenter uxor, quem per nomen sæpius uocare oportet, Moyses, Moyses.

20. Similis locus ille eiusdem Exodi. Locutus que est Dominus ad Moysen dicēs, Ecce uocaui ex nomine Besaleel. Ca. 31. Vbi Oleaster. Idem dictu est uocari ex nomine, seu per nomen, quod præ cate

Prophetam audite. Et nunc hæc dicit Dñs, creans te Iacob, & formās te, Israel. Noli timere, quia redemi te, & uocaui te nomine tuo. (Addit Interlin. O Israel.) Cû transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te (cû ambulaueris in igne, non cõbureris, & flama non ardebit in te. &c. Isa. 43. Vbi Lyr. beneficia recēset Christiano Israelitico spirituali populo à Dño collata ortum proculdubio habentia à fonte illo: Uocaui te nomine tuo, o Israel. Ac si diceret, tam mihi dilectus populus, uti te huiusmodi beneficijs sim cumulaturus.

Vulgarem (non vulgariter) expendo locum. De diuite epulone Dñs facturus memoriam, ait, Homo erat diues, qui induebatur purpura. Luc. 16. Nû hic texatur historia, an parabola proponatur? Existimo (in præsentia) cum D. Ambrosio historicam, non parabolicam hanc Christi narrationem. Narratio (inquit) magis, quam parabola uidetur, quando etiam nomen exprimitur. Iam requiro, Cû non proprio ex nomine diues, sicuti pauper appelleretur? Respondet Chryl. Lazarus pauper, quoniam factus erat,

21. Irael ex noui ne motus Deo pluri mis ueribus donatur. Itai. 43. Lyr.

22. Diuitis improbi nomē ignorat Deus. Luc. 16. Ambro.

*nominatur. Iste vero dives & superbus, nec nomine quidem dignus habitus est.*

23. *Diuitiū nomina mundiales non rūt, De minime.*  
 Obijcio plures superbos diuites Gufmanios, Mendozas, Stunicas, &c. Quonammodo igitur tam sublimibus insigniti cognominibus nomine carere dicuntur? Profectō nomina apud nos habent, sed quæ a diuina quodammodo excidere memoria. *Non memor* (inquit Deus) *erō nominum eorum per labia mea.* Ac si diceret, Abstinebo à nominum illorum vsurpatione, ac si omnino fuerint à memoria abraffa. Bene Titus Bostr. *Hunc tanquam durum, & in pauperes inhumanum Dominus anonimū, nominis ve expertem inducit. Nempe ut exemplo confirmet, quod per Prophetam de eis aliquando pronunciauerat, qui Deum non metuant. Non memor ero nominum eorum per labia mea. At pauperem proprio nomine designat, siquidem tales in Dei lingua, & ore obuersantur.* Plura supra, infra sæpe alibi vberiore sermone.

\*Pascha  
 lisanuæ  
 Confessionis  
 vis ostē  
 tatur ad  
 peccato  
 rū conuer  
 sionem.  
 Ad  
 Illud:  
 Et Pe  
 tro.

OBSERVATIO. II.

Proprio nomine Petrus compellatur, vt innotescat, resurrectionis virtute ad gratiam reditum præparari.

24. *Caieta.* **V**idimus ex Caietano specialiter fuisse Petrum nominatum, vt magna hodie erga peccatores Dei gratia commendetur. An non Christus passioni deditus conuersus Petrum negantem respexit? *Conuersus Dominus, respexit Petrum, ille autem continuo egressus foras, fletit amare.* Mat. 27. Ergo passionis Dominicæ virtute flagitium Petri obrutum. Non inficior. Sed ideo fortasse An-

gelus addit: *Et Petro, vt hanc victoriam Dominicæ simul resurrectioni adscriberet, in solatium illorum, qui annuæ Confessione Paschatis tempore curam nauant.*

Id egregiè ostendo, ad tuam referendo memoriam Latronem è patibulo pendentem, & cælorumque Regno donatum: Quam pacificus Dominus patiens, quam benignus! Componit D. Ambrosius Latronem ad gratiam receptum in passione cū D. Petro ad eandem in resurrectione admissio, efficaciterque arguit in hunc modum. *Si Latro paradisum meruit, cur non mereatur veniam Petrus? Et si illi Dominus, cum crucifigitur, miseretur, multo magis huic miserebitur, cum resurgit.* En Christus resurgens ex Ambrasi mente magis ad veniam pronus obijcitur, quam pendens è patibulo. Quare? Respondet sic Doctor. *Si passionis humilitas tantum prestatit confitenti, resurrectionis gloria quantum tribuet deprecanti? Largior enim ad præstandum solet esse, sicut ipsi scitis, læta victoria, quam addicta captiuitas.*

Imo ipsam Latronem arbitror commissum à passione, funesta quidem, lætæ resurrectioni, vt lætifica felicitate eum donare dignetur. *Hodie* (inquit Dominus) *mecum eris in paradiso.* Luc. 23. Non dixit: *Es mecum; sed: Eris.* Nunc quare non? Quia licet larga passio ad præstādū, præstare hoc resurrectioni lætæ committit. *Hodie, id est, hoc die, quæ fecit Dominus, paradiso fruëris.* Theoph. asserit paradysum, de quo in presenti Christus, locum esse Adæ in exordio rerum præstitū habitaculum. Passio igitur resurrectioni committit Latronem (cū Iesū probabiliter resurgente) ea felicitate donare, quæ Adamo

25.  
 Largior  
 læta vi  
 ctoria.  
 Luc. 23.

Ambr.  
 ferm. 52.

26.  
 Passio  
 commi  
 sit Latro  
 nem re  
 surrec  
 tioni v  
 ti para  
 dito do  
 naret.  
 Luc. 23.

offerebatur iusto, quam prænauica-  
tor amittit.

27. *Iam dantur facili intelligentiæ ver-*

*ba sponsi. Sub arbore malo suscitauit te.*

*Cant. 8. Id est, sub cruce feci resur-*

*gere. Cur non dixit: in arbore, seu in*

*cruce? Sicut Christus in cruce mor-*

*tuus, è cruce autem depositum cor-*

*pus, fuit terræ non longe à cruce m-*

*datum: haud aliter peccator cū Chri-*

*sto actus in crucem, simul cum Chri-*

*sto sepelitur. Vbinam igitur fit sus-*

*citatio? In arbore ne, an sub arbore?*

*Sub arbore (inquit) suscitauit te, ad vi-*

*tam vocauit, gratiæ restitui. Trium-*

*phans hodie ex victoria crucis resur-*

*rectio D. Bernardus fatus ad hæc. Per-*

*sistamus in cruce, deponamur aliorum ma-*

*nibus, non nostra leuitate. Ut consum-*

*mata viriliter die crucis, secunda, qua*

*post mortem est, quiescamus suauiter, dor-*

*miamus feliciter in sepulchris, expectan-*

*tes beatam spem, & aduentum gloria ma-*

*iestatis Dei, qui resuscitabit corpora no-*

*stra tertia domini die configurata corpo-*

*ri claritatis sue. En passio somnum im-*

*misit, quiete donauit, seu peccato-*

*rem fecit à peccando quiescere, &*

*dormientem resurgere. Sed crucis*

*funeræ triumphum ad lucem læta*

*vocauit resurrectio. Crux hominem*

*mortificat, deponit, à delicto abstra-*

*hit, viuificat, suscitatur, ad lucem vo-*

*cat; sed crucis vim resurrectio trium-*

*phalis manifestat.*

28 *Contestatur alibi sponsus. Surge,*

*propera, amica mea, & veni; iam enim*

*hyems transijt, imber abiit, & recessit,*

*& flores apparuerunt in terra nostra, tem-*

*pus putationis aduenit. Cantic. 2. Quan-*

*donam consternata sponsa surgere*

*iubetur? Num inter hyemis, seu pas-*

*sionis Dominicæ tempestates? Pro-*

*fecto post passionem, cum primum*

*Paschatis flores apparent. Flores ap-*

*paruerunt? Igitur tempus putationis, si-*

*ue remissionis peccatorum aduenit.*

*Ita exponit Origenes. Cur ait: Surge?*

*Cur: Propera: Ego sustinui irabiem tem-*

*pestatum, ego fluctus excepi. Tristis facta*

*est anima mea propter te usque ad mor-*

*tem. Surrexi à mortuis, fractis mortis ia-*

*nuis. Ideo dico tibi, Surge, amica mea,*

*quia hyems transijt, pluma abiit, flores vi-*

*si sunt in terra, tempus sectionis adest. Se-*

*ctio remissio peccatorum est. En florida*

*paschati comittit passionis hyems ve-*

*nia donare peccatores in victoriæ ce-*

*lebritatem.*

*Iacobi pugnam, & victoriam vo-*

*bis proponite. Vsq̄ ad aurorę nata*

*litium pugnat, dum vmbre noctis cla-*

*uum tenerent. Dimitte (inquit Coeli*

*cola) me, iam enim ascendit aurora. Ge-*

*32. Ad quem locum D. August. Iacob*

*in illa colluctatione Iudæorum populum fi-*

*gurauit, Angelus, qui cum illo luctaba-*

*tur, typum Domini Saluatoris presere-*

*bat. Luctabatur Iacob cum Angelo quia*

*populus Iudæorum lucturus erat cum Chri-*

*sto. Dimitte me, inquit Angelus, iam as-*

*cendit aurora. Hoc iam resurrectionem*

*Domini figurauit. Luctatur itaque fide-*

*lis, imo infidelis tunc populus, cum*

*Iesu inter tenebras passionis, nec ta-*

*mẽ victor euadit, siue veniam adipif-*

*citur, Discipulis disperlis, Petro ne-*

*gante; quod si Petrus venia donatur,*

*haud huiusmodi tunc manifestatur*

*triumphus. Exoritur resurrectionis au-*

*roræ, Christus cedit, se victũ profite-*

*tur, dũ ait: Discite Discipulis ei & Petro.*

*Iam ostendo resurrectionis vim ad*

*alliciendos peccatores. È cruce depo-*

*nitur Iesu corpus, sepelitur, resurgit,*

*tribus diebus insumptis. Porro pec-*

*cator qui tertia cum Iesu die surgerẽ*

*debuerat à culpæ barathro, in mor-*

Orige.  
hom. 2.  
exp. 1.

29.

Iesus re-

lurgens

venie be-

nedictio

ne do-

nat pec-

catorẽ.

August.

ter. 30.

de Tẽp.

Gen. 32.

30.

Despe-

ratus

pecca-

tor bene-

ficio re-

surrec-

tionis

suscita

etur.

Resurre  
ctio vni  
cru cis vi  
ui ficatis  
nos, ma  
nife stat.  
Cant. 8.

Bern.  
fer. 1. de  
resur.

Resurre  
ctio  
comitit  
hyes pas  
sionis re  
missio-  
ne pec  
catores  
donare.  
Cant. 2.

te persistit, quartumque diem adin-  
uenit, unde iniquitas prolôgaretur.  
Exemplo tibi sit Lazarus ille mysti-  
cus quatrduanus, fetidus. Cur ô La-  
zare, tridui spacio durante, non re-  
furgis étumulo? Ad quartam me diê  
recipere fatago. D. Bernardum audi-  
re. *Fœtent quatrduani, sicut de Lazaro  
scribitur. Iam fœtet Dominus quatrduanus  
est enim. Adinuentio filiorum A-  
dam quartam formavit diem, quam à  
Domino non accepit. Propterea corrupti  
sunt, & abominabiles facti sunt: Divi-  
næ siquidem ordinationis est triduum.  
Non placent hæc filiis dominum, sed suâ  
volunt præferre aem, differentes pœni-  
tentiam, ut indulgeant voluptati. Non  
est hæc dies, quam fecit Dominus, qua-  
triduan facti sunt, & iam, fœtent. Quid  
medicus cœlestis tam desperato pec-  
catori? Pro illa equidem die, quam  
ad perstitendum in voluptatibus, fe-  
cit sibi peccator: aliâ Dominus con-  
stituit diem post passionis, ac mor-  
tis triduum, uti videlicet quarta dies  
contumaciæ à quarta resurrectionis  
die vinceretur. Pulchrè adijcit Pa-  
ter. Verum si consideremus, quam mag-  
num sit suscitare eum, qui huiusmodi est,  
quam difficile sit vel accedere ad cor e-  
ius, quod lapidea quadam obstinatio clau-  
dit, puto quod dicere debeamus & nos,  
Quis revolvat nobis lapidem ab ostio mo-  
numenti? Attamen dum sic trepidi ve-  
remur, sit, ut solita pietate ad vocem  
virtutis eius resurgat, qui erat mortu-  
us. Et ecce Angelus Domini, prædi-  
cans scilicet, Surrexit, non est hic. Ite,  
dicite Discipulis eius, & Petro. Si exco-  
gitavere sibi quartam diem ad per-  
sistendû in infidelitate, quartus à Do-  
mino excopitatus dies eos à peccato-  
rum vinculis eripiet.*

OBSERVATIO III.

Petrus memoratur ex nomine,  
quia aptus post pœnitentiam, ut  
petra nominetur, ad Ecclesiæ  
fundamina.

**A**ptus ne ô Coelicola, ad Eccle-  
siæ æternum duraturæ fundamē-  
tum lapis ille tanta heri laborans de-  
bilitate? Cur Petrum vocas? Aptus  
equidem est, pœnitentia petram so-  
lidante. Dicitur (ait D. Hieronymus)  
specialiter: *Et Petro. Quia se indignum  
iudicavit Discipulatu, cum ter negave-  
rit Magistrum. Sed peccata præterita  
non nocent, quando non placent. Qui se  
Discipulatu reputavit indignum, pe-  
tra nominatur, allicitur ad magiste-  
rium. Nec enim peccata præterita  
obstant, quominus ad prælaturam ho-  
mines assumantur.*

Assumpta olim mulier ad Eccle-  
siæ fundamina. *Et edificavit Dominus  
costam, quam tulerat de Adam, in mu-  
lierem. Genes. 2. Vbi Oleaster. Ossa  
sunt in homine quasi fundamenta in do-  
mo. Cuiusnam exæmificationis fun-  
damentum præparatur? Ecclesiæ sa-  
ne, testante Glossæ Magistro. Debilis  
reddita huiusce domus extractura  
propter peccatum. Num Deus pro-  
iecit deficiens tunc Ecclesiæ mysti-  
cum fundamentum? Minimè equidè,  
solidavit rursus, suæ pristinae inte-  
gritati restituit, Eva que mystica pa-  
rit Abelem. Ecclesia (inquit Ansel.)  
peperit Christianum populum, quando E-  
va peperit Abel. Qui quidem pastor fuit  
ouium. En Pastorum parens efficitur  
fundamen illud, quod prius fragilita-  
te laborauerat. Petrû post ruinam vo-  
cat, petrâ appellat, & tribuens Pasto-  
rum sobolem, dum Ecclesiæ prædicat  
fundamentum, Pastorum parentem.*

\*Non  
oblit  
pristin  
Prælato  
rû de fe  
ct, quo  
minus  
apti re-  
gimini.  
Ad  
Illud:  
Et Pe-  
tro.

31

Hiero.

32

Euapost  
laptum  
adhuc  
Pastorû  
parens:  
Gen. 2.

Strab.

Gen. 4  
Ansel.

33  
Petrus  
firmus  
post in-  
firmi-  
tatem.  
Cant. 5.  
Philo.

Expressum id habes in Epithalamio. Caput eius aurum optimum. Cant. 5. Philo. Carp. *Aurum Cephas*. Quid Cephas nisi Petrus? Quid Petrus nisi firmitas? *Quod* verò (subdit ille) *aurum ipsum Cephas dicitur; quod Petrus vel firmitas interpretatur, stabilitatem fidei apertissime declarat; quod Petrus, qui est Cephas, caput Ecclesie sponsa futurus erat.* Petrus Ecclesie caput? Vbinam firmitas? Qui negavit Magistrum quoniam modo effici valet Magister Magistrorum? Subiicit sponsus. *Coma eius elata palmarum nigre quasi cornus.* Ad quod Philo. *Possimus* (inquit) *per nigredinem corui peccatorum memoriam intelligere, palmarum instar, quo magis deprimatur, eo altius resurget.* Ac si diceret, Et si propter peccata indignus Petrus, qui ad Ecclesie regimen assumere retur; at propter poenitentiam, in morem palmæ, effectus est fortissimus. Quo amplius fuit depressus, eo amplius resiliuit, eo firmior, diuina prestante gratia, effectus est. Ideo additur. *Oculi eius velati columba.* Lacrymarum enim vi, (sic exponit Carpatus) beneficio que preterita delicta delens, ad pristinam redijt integritatem.

34  
David  
post lap-  
sum ad  
Ecclesie  
fundamē-  
assumi-  
tur.  
Mat. 1.  
Luc. 2.

Electus David ad legis nouæ fundamentum. *Liber generationis Iesu Christi filij David.* Mat. 1. Vocat Iesum Davidis filium, quia fundamentum Rex ille regalis illius ex ædificationis. Ratio autem procedendi Matthei, & Lucæ ponderanda. Mattheus, *Filij David sui Abraham &c.* David autem Rex genuit Salomonem ex ea, que fuit Uria. Lucas autem. *Qui fuit Natha, qui fuit David.* Hic ab ædificio in fundamentum tendit, ille à fundamento in ædificium: hic nullius peccati Davidis facit memoriam, ille oculis omnium obijcit Davidis delicta. Quorsu hæc?

Profecto Mattheus modum refert, quo David in fundamentum nouæ legis electus, corruin, se se que effecit indignum, quo tanta machina niteretur: ideo delicta Regis Euangelista recordatur. At Lucas narrat, quoniam modo David rursus fuit solidus redditus, ad Ecclesie structuram. Ideo Natham meminit, vti huius appellatione alterius Natham, Prophetæ scilicet, recordaremur, cuius increpatione David gratiæ fuit Domini restitutus. D. Ansel. *Mattheus* (inquit) *à David per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit. Lucas verò ad ipsum David per Natham ascendit, per cuius nominis Prophetam Deus peccatum illius expianit.* David itaque, qui per delictum corruens, non apta petia ad nouæ exædificationis fundamenta videbatur; per poenitentiam redintegratus Pater Iesu huic subijctæ machinæ. *Quia peccata preterita non nocent, quando non placent.*

Ansel.

Saulem, veræ sanctitatis cultorem esse, cum ad Regnum assumptus est, Tertul. (præter alios) affirmat. *Nihil* (inquit) *tam bono, & Iudici conuenit, quam pro presentibus meritis & reycere, & adlegere.* *Adlegitur Saule: sed non dū despector Prophetæ Samuelis.* Et subdit. *Reycitur Salomon: sed iam a mulieribus alienis possessus, & Idolis Moabitum, & Sydoniorum mancipatus.* Concludit autem pulchrè. *Exhibe bonum semper, & non recusabitur: exhibe malum semper, & nunquam adlegetur.* Vbi innuitur, ad hoc, vt quidam in Ecclesie Patrem eligatur, sufficere, vt quando tantæ exædificationi subponitur, minime labore infirmitate. Antea enim fragilitas non obstat, quominus valens nunc Prælati præficiatur Ecclesie.

35  
Aptus  
ad fun-  
damentum  
Ecclesie  
qui quā-  
do eligi-  
tur for-  
tis est.  
Tertul.  
L. 2. cō.  
Mar. c.  
23.



36. Moy-  
ses in  
mus ef-  
fectus  
no amo  
uetur ab  
Ecclesia  
fundam  
ne.  
Exo. 4.

Electus ad fundamentum Petrus corruit. Ineptus igitur ad Ecclesiæ fundamina? Haud equidem aptus, dū fragilis, dum delinquens; pœnitentia autem solidata petra rursū magno subponetur ædificationi. Electus Moyses in domus Dominicæ fundamentum, in Hebræorum parentem, in Pharaonis Deum. Ineptus tunc profus redditur ad tantum munus, dum corruit, dū grauiter delinquit. Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Exo. 4. Vbi Isidor. Petusi. Moysem interficere voluit Dominus, eo, quod legem transgressus esset. Nam cum à Deo in latorem legis electus esset, illamque omni diligentia seruare deberet, illam primus transgressus est, incircuncissos liberos in Ægyptum ferēs. Qua propter Sephora peccati conscia, accepto lapide, filium circuncidit, & statim Angelus discessit. An non aptius Deus virum aliū eligeret, cuius humeris Ecclesiæ pondus adpōneret? Profecto electus Moyses aptissimus omnino post pœnitentiam ad maximum munus obeundum.

Isidor.  
Pelusi.

37. Nec Aaron reij-  
citur.  
Nu. 12.  
Oleas.

Aaron. Pater populi effectus mutationis in Moysen delicto se se contaminauit. Vocans que Dominus Aaron & Mariam, Quare, inquit, non sumistis detrahare seruo meo Moysi. Nu. 12. Ad quem locum Oleaster, Docemur non statim propter peccatum, Prælatum amouendum, cum videamus Aaronem non propter hoc amouisse Deum, imo, quod magis mirandum est, nec propter auri vituli fabricationem. Aptum quippe ad prælaturam pœnitentia reddit peccatorem.

38. Petrus resurre-  
ctionis die resti-  
tuitur.  
super  
sim suā.

Dicite (Angelus ait) Discipulis eius, & petro. Hęc Angelus Christi resurgentis vices gerens, Olim Ioseph Pincernæ regio post crimen, post vincula. Tres propaggines tres adhuc dies sunt,

post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum. Gene. 39. Quem locum pendens D. Isidorus, ait Tres dies Dñica resurrectionis accipiendum est tempus. Lipom. autem loco verbi illius: Restituet te in gradum pristinum. Legit, Restituet te super vasim tuam; seu, super stabilitatem tuā. Quid minus aptum ad valis fortitudinē illo, qui tam facile corruit? Post culpam, post vincula, post fragilitatem, diuina operante gratia, resurrectionis die delinquens assumitur ad vasim, Ecclesiæ fundamini petra supponitur, iam solida effecta.

Lipom.

OBSERVATIO. IV.

Num fœminæ, queis docere prohibitum, Discipulos de resurrectionis mysterio certiores efficerent?

Ad dit Marcus. At ille exeuntes, fugerunt de monumento, inuasera: eorum eas tremor, & pavor, & nemini quidquam dixerunt. Rogo, utrum proxima hęc verba: Nemini dixerunt, ita sint explicanda, ut nulli Discipulorum annunciarint hæc fœminæ, contra Angeli præscriptum, quod audierant, & viderant? Auguit. Non ausę sunt custodibus nunciare, quod viderant. Certum enim Apostolis nunciassę. Profecto ad mystica confugiens, Chrysol. eleganter sic locū interpretatur. Nemini quidquam dixerunt; quia mulieribus audire, non loqui datum est. Discere datum est, non docere, dicente Apsto. Mulieres in Ecclesia taceant. 1. Cor. 4. Mulieribus itaque vsus docendi prohibetur. Paucis illustro.

\*Fœmina non doceat. Vbi de mulierculis reuelationes vulgātibus.

Ad illud: Dicite Discipulis eius.

39

Chryso. ferm. 81.

Mulier illa fortis operata est consilio manuum suarum. Fœminatū enim consilia lanam, & linū quærere, ma-

40. Mulier consilio viri, siue habi-

tu mili-  
tari non  
vtatur.  
Pro. 31.  
Deu. 22.

num mittere ad fortia, fusum verfa-  
re. Prou. 31. Quid armis virilibus cū  
foemina infirmitate laborantibus?  
*Non induitur mulier veste virili.* Deu.  
22. *Aliter. Non erunt vasa viri super  
mulierem.* Ad quem locum D. Augu-  
sti. *Vasa bellica vobis intelligi, id est ar-  
ma. Mystice hoc exponit Apostolus, Non  
permittitur mulieri docere. Nec enim Sacer-  
dotium, nec doctrina conceditur feminis,  
ne induantur veste virili.* Fortium in-  
firmæ mulieris fusum arma: viri au-  
tem fortis doctrina.

Augu-  
stus. 9. 33. su-  
per. Deu.

41.  
Elisa-  
beth pa-  
rum lo-  
cura,  
quia pro-  
hibetur  
mulieri  
docere.  
Luc. 2. 29

Zacharias ad natalem Ioannis filij  
sui celebrandum egregiū edidit can-  
ticum pluribus myterijs cœlestibus  
redundans, quam constans carmini-  
bus, verbis, litteris. At vero Elisabeth  
unico tantum versiculo filium suum  
celebrauit. Ecce (clamat) *ut facta est  
vox salutationis tuæ in auribus meis, e-  
xultauit in gaudio infans in utero meo.*  
Luc. 2. Cur Elisabeth tam patre locu-  
ta à muliebri recessit consuetudine?  
Respondet D. Ambrosius, *Aduerte,  
quam paucis Elisabeth, quam multis Za-  
charias prophætet. Sed disciplina seruetur  
ut mulier discere magis, quæ diuina sunt,  
studeat, quam docere.*

Ambro-  
sius. L. 2. in  
Luc.

42.  
Mulierū  
raro abs-  
que suspi-  
cione doctri-  
na.  
1. Tim. 1.

Quod si requiras, cur foeminis do-  
cere non permittitur in primis respō-  
deo. Quia eorum raro absque suspi-  
tione doctrina. Paulus, *Mulier in silen-  
tio discat cum omni subiectione, docere au-  
tem mulierem non permittitur.* 1. Tim. 1. Nec  
permissione quidem mulier doctrix.  
Permitteretur enim id in magnā mū-  
di calamitatem. Adhibet huiuscemo-  
di prohibitionis causam D. Grego-  
rius, fatus. *Docere mulierem non permit-  
to. Quia nimirum aliquando cum docuit  
(cœlesti utiq; permissione) virū Dis-  
cipulū a sapientia æternitate separauit.*

Grego-  
rius.

43.

Vxor Iob doctrix aliquando. Dis-

*xit autem illi vxor sua.* Quid dicat,  
quid doceat doctrix foemina, audia-  
mus. *Adhuc permanes in simplicitate tuarū*  
*Benedic Deo, & morere.* Cap. 2. Quare  
Diabolus conatus est per mulierem  
infecte doctrine venenum cordi fide-  
lissimo propinare; Adam plane ore  
foemineo fuerat infectus. Ex doctri-  
na igitur Eux didicit Diabolus mu-  
lieres magistras erroris exiltere sole-  
re; ac proinde perueritate vxoris vi-  
rum patientissimum tētare ausus est.  
Rem egregiè illustrat Gregor. *Anti-  
qua nunc artis insidias repetit; & quia  
scit, quomodo Adam decipi soleat, ad E-  
uam recurrit. Beatum enim Iob inter tot  
rerum damna inter tot percussionum vul-  
nera, in quadam virtutum arce stare in-  
uictum vidit. Queritur ergo ab aduersa-  
rio in hanc arcem munitissimam quibus  
gradibus ascendatur? Reditur est autem  
viro mulier, atque subiecta. Cor igitur mu-  
lieris tenuit, & quasi scalam, qua ad cor-  
viri ascendere potuisset, inuenit. Sed nihil  
hac arte preualuit; quia sanctus vir subie-  
ctam sibi mulierem, & non prepositam at-  
tendit; & recte loquens docuit, quam ser-  
pens, ut peruersa loqueretur, instigauit.  
Dignū quippe erat, ut fluxam mentē vi-  
rili censura restringeret: cū profecto &  
de ipso primo lapsu humani generis no-  
uit, quod docere mulier recta nesciret. Ha-  
ctenus Pater.*

Vxor  
Iob na-  
le magi-  
sterij  
munere  
vsa.  
Iob. 2.

Grego-  
rius.

Deinde à docendo compescitur  
mulier, quia cum tota doctrine ratio-  
nā disponenda sit, vt non omnibus  
proferantur, sed pro temporis, inge-  
nij que opportunitate singula singu-  
lis euulgentur: ad id muneris inepta  
profus mulier, quæ nihil nouauit re-  
tinere. D. Chrysost. expendens ver-  
ba illa Apostoli: *Docere mulierem nō per-  
mitto.* 1. Tim. 1. sic inquit. *Cupiens loqua-  
tatis occasionem penitus tollere, ne do-*

44.  
Inepta  
ad docē-  
dum mu-  
lier,  
quia nō  
scit pro-  
por-  
tunitate  
quid vul-  
gādum,  
quid fa-  
primen-  
dum.  
1. Tim. 1.  
Chryso-  
stomus.

ccant

ceant quidem, inquit. Est quippe ferme lo-  
quax muliebris sexus, idcirco ex omni par-  
te fluentem restringit, ac comprimit. Verū  
D. Hierony. aptius ad argumentum.  
Fœminæ nihil retinere norūt: imo antè gar-  
rulando manifestant, quam sciunt: &c.

45 Nec lu-  
gendi si  
bi inna-  
tā facul-  
tatē scit  
fœmina  
tradere.  
Gene. 3.

Vis præterea dignoscere, quā non  
apta cathedræ mulier? Dic mihi, quā  
nam melius calluit fœmina faculta-  
tem? An non lacrymarum, pressuræ,  
dolorum? In dolore (inquit Deus) pa-  
res filios. Ge. 3. Profectō nec lamen-  
tationis innatam sibi doctrinam re-  
ctè ac probè tradunt mulieres. Vti

Isai. 27.  
miserum Ierosolymæ statum oculis  
obijciat Isaias, venisse asserit mulieres  
docentes. Cap. 27. Quid docebant in  
populi ruinam? Num prava dogma-  
ta? Profectō lamentationum carmina.

Hiero.  
D. Hieron. Magna (inquit) infelicitas  
populi, à mulieribus lamentationis carmi-  
na discere. Si ergo nec ad docendum  
lamentari, quā equidem optime cal-  
lent facultatem, aptæ fœminæ repe-  
riuntur, omninò à docendi munere  
debent ablegari.

46 Magda-  
lena do-  
cuit per  
sonam  
agēs Ec-  
clesiæ.  
Ioa. 20.  
Chryf.  
ferm. 81

Obijcio Magdalenam sic apud Dis-  
cipulos differentem: Vidi Dominum,  
& hæc dixit mihi. Ioan. 20. Ergo datū  
mulieribus de mysterijs cœlestibus  
publice verba facere. Acuta en D. Pe-  
tri Chrysologi solutio. Denique (ait)  
eadem Maria postea & vadit, & nun-  
ciat. Sed iam non fœminam sed Ecclesiam  
gestans. Vt ibi sicut fœmina taceat: (cum  
nemini quidquam dixerūt mulieres)  
hic ut Ecclesia annunciet, & loquatur.

47 Post do-  
ctrinam  
fœminæ  
tāquam  
nil dixit  
sent, re-  
putatur.  
Theop.  
August.

Tam ineptæ denique ad docendi  
munus, vt postquam præcepta tradi-  
derint, quasi nihil omnino protule-  
rint. Ita parui æstimantur monita fœ-  
minarum. Augustinum, & Theophy.  
rursus voco ad examē. Hic mulieres  
resurrectionis mysterium minimè do-

cuisse Discipulos affirmat, iuxta Euā-  
gelistę sententiam: Nemini quidquam  
dixerant. Ille autem eas docuisse Iesu  
resurrectionem existimat, iuxta Ange-  
li monitum: Dicite Discipulis eius. Do-  
cuerunt plane, sed tanquam nullate-  
nus docuissent, adhuc Thomas du-  
bitat, adhuc Discipuli à Ierosolyma  
infidelitate laborantes discedūt fan-  
tes, Sed mulieres terruerunt nos, dicentes,  
quia surrexit. Ac si fœminarum doctri-  
na magis Discipulos ab vībe deter-  
reret, quam ad gremium reduceret.  
Disce hinc quam fidem adhibere de-  
beas mulierculis illis, quæ, simulato  
sanctitudinis habitu, somnias refe-  
runt reuelationes. Non mox condem-  
nes, sed nec, sine præmissa matuta e-  
xaminatione, audeas approbare.

OBSERVATIO. V.

Præcessurum Christum Discipu-  
los fœminæ annunciant, vti eos  
cœlestium bonorum copia  
repleat.

\*Præsen-  
tiæ Dei  
emolu-  
menta  
maxi-  
ma.

48. Hiero:  
Sic D. Hieron. illud: Præcedet vos  
Sinterpretatur. Breuis sententiā in syl-  
labis, licet ingens in quantitate promissio.  
Ibi est gaudij nostri fons, aternitatis no-  
stræ origo preparata est, ibi congregantur  
dispersiones Israel, & sanantur contriti  
corde. Singula pendo.

Gaudiū  
Iustorū.  
Ad  
illud:  
Præ-  
cedet  
vos.

Caput primum.

¶ Ob Iesu ducatum gaudij fonte po-  
tamur.

49. Iesus pa-  
stor, quē  
tequi-  
mur ac  
simul læ-  
tificās in  
fonte vi-  
nū, quo  
potā-  
mur.  
egrede.  
Cant. i.

IN primis itaque, dum nos Chri-  
stus præcedit gaudij nostri fons sca-  
turit. Id prædicat sponsa, Indica mihi,  
quem diligit anima mea, ubi pascas, &  
ubi cubes in meridie? Cant. i. Respondet  
bonus Pastor. Si ignoras te &c. ubi, &

49. Iesus pa-  
stor, quē  
tequi-  
mur ac  
simul læ-  
tificās in  
fonte vi-  
nū, quo  
potā-  
mur.  
egrede.  
Cant. i.

*egredere post vestigia gregum. Sequere gregis vestigia me sequentis pastorē, ac gaudij fonte in aternitatis meridie potaueris. Iā sequor. Quid igitur? Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engadi. siue in fonte. Vbi Theodor. Qui enim non solum vitis es, sed bonus ille pastor, qui ponit animam pro omnibus. Cur affirmat Doctor Christum non solum esse vitem, sed & pastorē? Sane fructus vitis letificat cor hominis. Si igitur cor gaudio perfūditur, congrue adicitur Christum esse pastorem, quem nos oues insequimur. Nam ex Dominico ducatu nostri gaudij fons. Pastor est Christus, qui nos oues præcedit. Ergo botrus est in Engadi, in fonte, cor hominis letificās. Tres Patres. Qualis est vna adhuc florens, qua vinum cordi latitiam afferens pollicetur: talis est mihi dilectus meus. Pastor meus quem sequor præcedentem.*

Theod.

Tres Pa.

**50.** David olim. *O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem iuxta portam.* 2. Reg. 23. Cur expetis aquam iuxta portam constitutam? Aquam requiro viam, fontem (Amb.) æternum salientem in vitam, hanc sequar, urbem huiusce vallis lacrymarum relinquens, tendentem in Ierusalem.

*De ambulabat Isaac per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen est Viuentis, & videntis, & egressus fuerat ad meditando.* Gene. 24. Puteus hic Christus Dominus Viuens vtique, vt ait Strabus, quia mouetur, Patriarchæ que deambulātis ducit, ac dirigit vestigia. Quid ex deliciarum fonte ducenti? Egrediebatur ad meditando. Quid meditabatur? Nuptias equidē non cum Rebecca, sed sacramentum in Christo & in Ecclesia. Vnde dele-

**51.** Viuentem fontem Iesum Isaac fecutus nuptiali gaudio repletur. Gen. 24. Strab.

statione incredibili ab huiusmodi ducente fonte replebatur. D. Ambrosius ad hæc. *Typus figurabatur Ecclesie, parabantur nuptiæ, in quibus sacramentum fieret magnum. Videns Patriarcha ista mysteria, diuersis cogitationibus exercebat animum, & mirabilibus mysterijs delectabatur.*

Ambrosius Psal. 118. ferna. 4.

Fons ille, ex quo Rebecca hydram impleuit. Gen. 24. Christus est, quem ducem David, qui peregrinabatur, expetebat, sicut docet D. Ambrosius. *Ad hunc fontem (inquit) currebat sitiens anima Prophete, sicut & David dicit: Sititit anima mea ad Deum fontem viuū, vt sitim suam ubertate diuina cognitionis (ac simul gaudij) expleret. Expendo Dauidicum carmen. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sititit anima mea ad Deum fontem viuū.* Psal. 41. Vbi Strabus vocem huiusmodi asserit peregrinantibus conuenire, fontis autem typum Saluatori. Peregrinantes igitur fontem viuū expetūt nō iam sequentem sicuti deserti consequens petra, sed præcedentem, vt ad peregrinationis terminum perueniant; gaudij que fluentis repleatur. *Engaudij nostri fons scaturit.*

52. Peregrini sequuntur Christum fontem gaudij præcedentem. Gen. 24. Ambrosius. L. de fide.

Psal. 41. Strab.

Iustorum salus. Ad illud: Præcedet vos.

### Caput secundum.

**¶** *Æternitatis originem, tali Duce, inuenimus.*

**D**Einde hinc æternitatis origo præparatur. Peregrinus Iacob scalam vidit ad cælos tendentem, Dominumque quasi præcedentem superiori loco collocatum. Quid ex tanto Duce nisi æternitas pararetur? Gen. 28. Ad quem locum Theodor. *Ipse (inquit) Dominus sursum consistens, confirmabat eum. Et quoque largitus est benedictionem,*

53. Iacob Deum ducem aspexit in æternitatem. Gen. 28. Theod. q. 81. in Gene.

in more  
aquile  
ascēdat  
in eter-  
nitatē.  
Gen. 17.  
Ambro.  
L. 2. de  
Abr. c.

ditionem, quam & uuo, & patri prœbue-  
rat, tū de multiplicando semine, tū de ortu  
Dominū totius mundi. Postmodū illi pol-  
licetur, se supra dicta curaturū. Ecce enim  
tecū sum, custodiens te in omni via, & re-  
ducam te in viam hanc, & non derelin-  
quā, donec complevero omnia. Oleaster  
affirmat ipsum Deū huiusce esse pro-  
missionis complementum. Quid ex  
Deo ducente nisi origo æternitatis  
pullularet?

Oleastr.

54. Sic è cœlo clamat sponsus. Surge  
propere amica mea, & veni. Iā enim hy-  
ems transiit. Cant. 2. Duo hinc indicā-  
tur; vnum, sponsam non ad mundum  
mitti, sed ad æternitatē vocari. Ideo  
adijicitur illud: Iā enim hyēs transiit; al-  
terum, ducatum à Christo præberi as-  
cendenti. Veni, ego comes adiungar,  
vti possis ascendere. Interpretatus sic  
D. Bernard. Nec parū confortat, quod au-  
dit: Veni; & non: Vade. Per hoc se intel-  
ligens non tā miti, quā duci. Talis dux  
quando non ad æternitatem tendens  
obijcitur?

Sponfa  
vocatur  
à duce  
Iesu ad  
æternita-  
tem.  
Cant. 2.

Bernar.  
ferm. 58  
in Can.

55. Ideo Deus Abrahamæ: Suspice cælū,  
& numera stellas, si potes. Ge. 15. Quor-  
um cœlo oculos defigere iubetur?  
Num vt ad suum morem suauiter de-  
ducatur? Solebat enim Abraham, (vt  
noster Cornelius affirmat) stellas sæ-  
pius suspicere, & ad cœlum suspira-  
re, & anhelare. Quare? Non tam, me  
iudice, vt cœlum suum tandem rora-  
ret Saluatorem, quam semē, seu Chri-  
stum Stellæ assimilatum (Sic erit semē  
tuū) oculis vel in typo obijceretur.  
Vbinam est stella illa matutina meæ  
dux peregrinationis, quæ me faciet  
æternitate potiri?

Abrahā  
cœlo o-  
culos fi-  
git, vt  
stellam  
ducentē  
ad Patri-  
am, chri-  
stū scili-  
cet, res-  
picere  
queat.  
Gen. 15.  
Cornel.

56. Rursum Dominus Patriarchæ: Da  
bo tibi Filium, cui benedicturus sū. Abrahā  
autem cecidit in faciē suā. Ge. 17. Cur  
in faciem cadit? Num elementum ter-

Abrahā  
pedes Ie-  
su requi-  
rit, vt eū  
secutus

re adorat? Profecto ad Christi pedes  
prouoluitur, vti securus, alas aquilæ  
pandat ad æternitatis scansionem. F-  
ta pulchrè Ambro. In hoc mysteriū pro-  
phetavit Abrahā Dominū Iesu. Adora-  
bat ergo non elementū terra, sed scabellū  
pedū Domini de quo dictū est, Adorate  
scabellū pedū eiu. Vbi enim fuerit corpus  
ibi & aquilæ. Ac si diceret. Vbi pedes  
Christi, ibi aquilarum preparatur vo-  
latus, ad sequendum, vti que Saluato-  
rem in æternitatem auolantem, vti  
nos ad æternitatis originem ducat.

Caput tertium.  
Rectam mandatorum viam, Chri-  
sto præcedente, instituumus.

PRætereā Christo duce, congregan-  
tur dispersiones Israel. Dum scilicet vos  
peccatores Dominum secuti, ad me-  
liorem se se frugem recipiunt. Petrus  
sequebatur eum à longè. Mat. 26. Vbi D.  
Anselmus. Merito à longè, qui in proxi-  
mo erat negaturus eum. Non enim nega-  
re posset, si Christo proximus esset. Quam  
bene Petrus Christū securus est! quā  
periculose à longè sequitur! Disper-  
guntur oues, dum Pastor percutitur.  
Quonammodo, Deus bone, disper-  
siones istæ congregabuntur? Petrus  
Christum, quem à longè sequebatur,  
sequatur à proximò, Pastor oues præ-  
cedat. Primus (adijcit Pater) gallican-  
us est Domini resurrectio. Iesus vero,  
qui inter pontificale concilium solo teneba-  
tur corpore, animū in tepidantis Discipu-  
li, vt respexit, erexit. Resurrectio nam-  
que in galli concentu figurata & Pas-  
torem Petrum, & simul oues disper-  
sas valet congregare.

David tanquam errans ouicula dis-  
persus, à via que mandatorum aucto-  
sus in clamat. Dedo meam seminā man-  
datorum

\* Iusto-  
rum ob-  
seruatio  
legis.  
Ad  
illud.  
Pre-

cedet  
57.  
Petrus à  
longe se-  
curus Ie-  
sum de-  
uiauit.  
Mat. 26.  
Ansel.  
Disper-  
sa ouis  
grega-  
tur ad o-  
uile ex-  
ducatur  
Iesu, re-  
surrec-  
tionis  
die.  
Ansel.

58.  
Ad temi-  
tam mā-  
datorū

pergens  
Dauid, *datorum tuorum.* Psal. 118. 35. Vbi D.  
Jesu ex Hieron. *Non concupiui aliud, nec dele-*  
petit du petis *Etatus su, nisi tua mandata implere. Quid*  
eem. *difficile desideranti? Ipsam volui.* Hu  
Psa. 118. *go Card. Quasi dicat cum Apostolo. Vel-*  
Hieron. *le mihi adiacet, perficere autem bonum no*  
Hugo. *inuenio. Nam ceci in morem huc illuc*  
*circumferor desiderio, nec tamen in*  
*uenio viam. Quid igitur? Adijcit Hie*  
Nicro. *ro. Ideo ergo, ut me deducas, postulo. Via*  
*te ducente, plane inueniam.*

59. *Magdalena errans quidem ouicu-*  
Magd. *la pergit ad Pastorem stans retro. Luc.*  
lena re- *7. Quare retro coarstitit? Vti scilicet*  
ta vesti *Agnum, quocumque ierit, sequere-*  
gia qua *tur. Ideo lacrymis caput rigare pedes eius.*  
res Chri *Quid ad pedes prouolueris pecca-*  
stum du *trix? Pulchre D. Ambrosius, Quo die*  
cem infe *male ambulauerat, vestigia recta quare-*  
quitur. *bat. Pastoris enim lelu ducatu sine*

60. *Speculante olim Abraham an ali-*  
Abrahā *quot transirent peregrini, quos in*  
Jesu se- *suam domum reciperet. Ecce cum ele-*  
quitur *uasset oculos, apparuerunt ei tres viri sta-*  
duce, vi *tes prope eum. Gen. 18. Horum equide*  
actiones *vnus vel representatione, vel reipla*  
miseri- *erat ille, qui in extremo iudicio fuis*  
cordie *est electis inelamaturus: Hospes eram,*  
exequa- *Et collegistis me. Mat. 25. Quod cum fi*  
tar. *de cognouisset Abraham, gestiens le*  
Gen. 18. *sum filium amplexus est. Sic D. Ire-*  
*naeus. Concupiuit eum videre diem, ut*  
Irenz. *Et ipse amplecteretur Christum, Et per spi*  
L. 4. c. 15 *ritum prophetia eum videns, exultauit, i-*  
*mo Angelum eius gerentem perso-*  
*na amplexus est. Quare: Quia qui hos*  
*pitalitatis studiosus erat, quam man-*  
*datorum Dei impletio sequitur adeo,*  
*vt nullius virtutis in iudicio memo-*  
*ria praeter eleemosynae & hospitalita*  
*tis actiones, fiat) Christum amplecti*  
*debeat, vti ducem eum, & magistrum*

hospitalitatis insequeretur.

Caput quartum.

¶ Cor ex metu contritum donatur medi-  
camine, ductore Iesu.

**D**omino tandem praecedente, con-  
tritis corde sanantur. Resurgens Ie-  
sus Discipulis sic. *Quid turbati estis, &*  
 *cogitationes ascendunt in cor vestrum?*  
Luc. 24. *An cor Discipulorum me-*  
*tus vulnere faucium? Conturbato i-*  
*gitur, ac contrito cordi Dominus vt*  
*medeatur, adijcit. Videte manus meas,*  
 *& pedes meos. Manus equidem medi-*  
*ci respicite adhibentis cordi medica-*  
*men. Videte vtique, meos gressus con-*  
*siderate, sequimini vestigia mea, vn-*  
*de manus meae medicinam adhibeat.*  
 *Ut scias (inquit Augustin.) hoc fuisse*  
*vulnus in cordibus eorum: medicus no di-*  
*misit, accessit, medicamentum adhibuit;*  
*vulnera in cordibus videbat, & unde*  
*vulnera in corde curauit in corpore fere-*  
*bat. Quid, quaeso, ferebat in corpore*  
*ad cordis medicamen? Videte manus*  
*meas, & pedes meos. Pedes, in qua, quo-*  
*rum sequentes gressum, ad cordis ta-*  
*nitatem, manibus operantibus, reuo-*  
*cabimini.*

Per Osseam iam id olim fuerat pre-  
figuratum. *Ducam eam in solitudine, &*  
 *loquar ad cor eius. Cap. 2. Synagoga a-*  
*grotanti medicina paratur. Quanam*  
*aegritudo? Cordis contritione labo-*  
*rabat. Theodoretus, Et dabo ei posses-*  
*siones suas inde, & valle Achor, ad a-*  
*perienda intelligentiam. Achor, apud Sy-*  
*rum Achan inueni. Is vero est, qui cum*  
*sub Iesu filij Naue furtum fecisset, Deo*  
*penas rependit, nam populus eum, iapida-*  
*tione facta, necauit. Est vero illius ne-*  
*ce, cum agnoscerent, quantas turbas legis*  
*diuina transgressio aduehat: iuctu, &*  
*plangore*

\*Iusto-  
ru medi-  
camen.  
Ad  
illud:  
Prae-  
cedet

vos.

61.  
pedeste  
su cotur-  
bato  
Discipu-  
los du-  
cant, du  
manus  
contrito  
cordi  
meden-  
tur.  
Luc. 24.

August.  
hic. no. 2

62.  
Ductus  
cotritus  
populus  
a Domi-  
no, iana-  
tue.  
Osse. 2.  
Theod.

plangere Deū placabant. Cor igitur populi contritum sanitate donatur. *Ducam eam* (ait) *in solitudinem*. Nam ductu cœlesti contriti corde sanantur.

63. Discipulo  
ducit  
Jesum, ut  
eorum  
cordis  
timorē  
propul-  
set.  
Mar. 10.  
Theop. Cum Ierolimam pariter cum Discipulis, moriturus ascēderet, *præcedebat illos Iesus*. Illi autem *stupebant*. Mar. 10. Imo quia stupebant, & timebant, *præcedebat illos Iesus*, uti à formidine liberaret. Theophy. *Per hoc, quod Discipulos omnes Christus præcedit, ostendit, quod ad passionem carrat, & nō fugiat mortem propter nostram salutem*. Imo, uti ducens, Discipulos eripiat à tremoris, ac stuporis potestate. Ideo aptius Hieron. Clarius. *Præcedit Iesus, ut nobis exemplo esset ferende alacri animo (crucis nostra.*

64. Christus nos  
peregrinantes  
confortat velu  
ti inter  
tenebra-  
dux  
obiectū  
lumina-  
re.  
Cant. 5.  
Theod.  
Hieron.  
co. 10b.  
Richar.  
Victor  
p. 2. ex  
po. in  
Cā. c. 40 Quid cor contritum peregrinantis amplius confortat, & lætificat, quàm inter tenebras fulgor præstans ducatur? *Christus totus desiderabilis*. Can. 5. Theodor. & tres Patres. *Totus desiderium*. Hieron. *Totus concupiscentia*. Hebra. *Totus desideria*. Quæ omnia in plurali, & in abstractu maiori cum pondere dicuntur. Undenam igitur desiderabilis Iesus, & quibus? Peregrinantibus igitur inter tenebras, uti fulgoris, ducentis vel luminaris vices gerat. Apposite Richardus Victor. *Sit igitur totus desiderabilis, qui desiderabilis est in membris suis peregrinantibus. Hic namque habent fulgorem. Delectantem utique, (viti ipse ait) & ducentem.*

\*Lacrymarum fructus.  
Ad illud:  
In Galilaam.

OBSERVATIO. VI.

Rotata Resurrectionis gloria.

65. **I**n Galilaam Dominus præcessurus Apostolos prædicatur, uti gloriæ Resurrectionis perpetuitas innue-

retur. Galilaam etenim *Rotam* interpretumur. Rotatus equidem Resurrectionis dies, tota lux sine tenebrarum offusione ijs, qui cum moriente Domino occubuerunt. D. Zeno *De*

66. Psalmi octavi titulus, In finem pro  
torcularibus Psalmus David. Lyra. Psal. *occassu dies sempiternus illuxit*. Sine tenebris etenim Resurrectionis lux æterni diei rotam imitatur.

67. Rotatus  
Iesu eter-  
nus resur-  
rectionis  
fulgor.  
Psal. 8.  
Lyra. Psalmi octavi titulus, *In finem pro torcularibus Psalmus David*. Lyra. Psalmum de Christo resurgente exponendum adfirmat. Adijcit, totum canticum periodalem esse, quia a quo incipit, terminat. Quem ego congrue rotatum appellabo. Profert enim de fine principium. *Domine Dominus noster, quam admirabile & nomen tuum in uniuersa terra*. Quare? *Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos*. Psal. 8. Id est, *Dius & homo* (loquor cum August.) *de terrena humilitate super cæles resurgens eleuatus est*. Postquam autem sequentibus carminibus gloriam Victoris celebravit, canticum terminas refert ad initium. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra*. Eleganter D. Zeno, *Resurrectionis dies seculorum heres, solemniter meta rotatus in se se proferens de fine principium*. Nulla huiusmodi diei hora, quæ non ipsius solis sit emulatrix.

68. Dies  
hæc Eucharistie re-  
fert imaginem.  
Zeno.  
cit. Profecto rota hæc illam exprimit rotam Eucharistiam scilicet ubi Christus impassibilis interminabili luce potitur. Zeno ad hæc. *Dies magnus aduenit menses in tempora, tempora in annos, annos in secula pandens*. Profecto Sacramenti Dominici imaginem portat.

69. Cómo-  
riens re-  
surgit  
Sol.  
Mar. 14.  
Ambr. 1  
serm. 52. Rotata hæc dies toto orbi existit salutaris. Cœlesti spheræ adijcit fulgorem. Accedunt mulieres ad sepulchrum *valde mane orto iam sole*. Mar. 14. Si ortus Sol, quoniam modo ante-

lucanæ

Ambro. serm. 51. lucanæ venerint ad monumentum? D. Ambrosius, Solem arbitror ipsum esse in hac die solito clariorem. Necessè est enim, ut sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione cordoluit. Imo non solum clarior, sed & festinantior cum Iesu resurgens fecit diem, vti verbis vtar D. Anast. Syn.

69. An non orbis terrarum ab hac rotata die accipit splendorem? Synaita eleganter ad illa verba: *Vocavit Deus aridam terram.* Gen. 1. contemplatur terrarum rotam aquis veluti sepulchro cum Domino suffocatam, vt suo auctori compassionis libaret affectum. Resurgit cum exurgente Saluatore terra. Deinde Deus rursus vocans ad antiquam illuminationem eam trās nominat, & efficit, germinibus abundare. *Germinet (adiiciens) terra herbam viuentem.*

70. Perpetuus itaque rotatæ diei fulgor ijs, qui cum recedente Domino obiire. *Multa corpora Sanctorum surrexerunt.* Legi specialiter apud Patres

Adamum, Noe, Iobum, Latronē beatum (inter alios plurimos) ad viuentem resurrectionis instantia exurrexisse. Non ne Adam Iesu mystice commoriens apud exilium lacrymatus reuixit? Non ne Pater Noe ob diluuiū Dominicę sanguinis madens lacrymis, fuit post diluuium suscitatus? An non Iob Christi imaginem referens mortuæ testulæ commoriens, ob fletum est vocatus ad vitam? Num non Latro cum Iesu cruci suffixus, cū eodem est reuocatus à tumulo? Petr. Cellens. Abbas. *Habet studiosus imitator fontem in horto (vbi Dominus sepe litur) nos que cum iplo morientes monumento amandamur.) Lacryma suscitatur emortua, referat clausa, portas refringit inferni. Hunc panem lacrymarum Adam comedit in exilio, Noe in diluuiio, Iob in sterquilinio, Latro in crucis suspensione. Quid ni, abyssi portis referatis, ad viuos cum surgente Domino suscitantium vi lacrymarum vocarētur?*

LAVS IESV, DEIPARÆ, IOSEPHO,  
IGNATIO.





# INDEX S. SCRIPTURÆ MATERIARVM MORALIVM, ET PANE GYRI CORVM concionibus per ordinem accommodatorum.

## LECTORI.

**I**NDEX, me auctore, longum compendiosa sententia indicat tractatum, non transferi-  
bit; nec lectorem ad lautum conuiuium parturientibus verbis inuitat, quod cum requi-  
rat, nil aliud apud opus post foliorum numerum euolutum inuenit, quam eadem inui-  
tantia verba, quæ legerat in Syllabo. Quare nil meorum operum Index presentabit,  
cui non integrum punctum morale pluribus S. Scriptura ac Patrum sententijs illustratum respon-  
deat. Unde, ut in ore trium stili norma decem Tomos lecturo appareat, tribus huiusce Voluminis  
prioribus Libris, cuiuscumque Illustrationi morali, ac obseruationi panegyrica excogitationum S. Scrip-  
tura & Patrum argumenta preposui, quæ quidem sub unico titulo Index complectitur. Dein cept-  
edoctus, cõceptus ad unum quodque punctum attinentes apud marginem dispersos reperies, quos sa-  
ne ad unicum argumentum pertinere, ex prioris triplicis Libri argumentorum copulatione cognosces.  
Enim verò nec Bibliam transcribam, sed illorum locorum initium indicabo, qui vel Patrum  
peculari expositione ad mores attinente ponderantur, vel quandoque à me ad specialem exposi-  
tionem sub eodem morum pretextu deferuntur.

Quam demum facile, modicè ingenioso concionatori quaslibet morales materias cuilibet Euangelio  
accommodare ostendo, dum suo ordine obseruationum moralium titulos simul cum Euangeliorum recta serie (quod  
ante nullus) cõcens copulare ita, ut processus Obseruationum moralium, sit omnino, concionum Elenchus,  
ex noua disponendi sermone effiçione. Prius enim punctum totum complectens Euangelium (quod  
intantum vocitatur) apponitur; mox quarundam clausularum moralitates carptim recensentur.

<p>INDEX EORVM solummodo sacrae pagi- nae testimoniorum, quæ speciali pondere ex Pa- trum expositione e- uoluo.</p> <p style="text-align: center;">Genesis.</p> <p><b>C</b>ap. 1. In principio. Am. 14. Chr. 164. Auc. 401. Creauit De<sup>o</sup>. Ole. 123. Ana. 533 Spiritus Domini. Aug. 107. Lyr. 163. Fiat lux. Nyss. 186. Dimisit lucem. Int. 27. Vespere, &amp; mane. Rup. 188. Faciamus hominem. Ter. 36. Nyss. 455.</p>	<p>Vocauit firmamentum. Rup. 95. Congregetur aquæ. Hu. 533 Vocauit aridam, terram. Syn. 580 2. Fecit cœlum. Am. 14. vnam de costis. Hug. 67. Collocauit. Tho. 81. Vocabitur virago. Lip. 122. Ex omni ligno. Thom. 152. Amb. 364. Morte moriemini. Am. 327. Dominamini. Chr. 331. Vni Phison. Phi. 401. De ossibus. Auc. 492. Terram Hebillat. Amb. 497. Soporem in Adâ. Aug. 499. Benedixit. Iun. 517. Mulieris conditio. Ole. 531. De limo. Hug. 533.</p>	<p>Ædificauit. Aug. 546. Str. 571. Hoc nunc os. 546. Requieuit die sept. Nyss. 555 Emisit de paradiso. Isi. 563. 3. Ipsa conteret. Ber. 18. Ana. 450. Flammeum gladium. Lip. 487. Cherub custos. Chf. 82. Vbi es? Phi. 95. S. 11. 12. Ter. 265. Amb. 363. Chr. 567. Cur præcepit. Auc. 117. Nequaquam moriẽ. Ruper. 173. Quasi vnus. The. 202. Consuerunt folia. Amb. 216. Abscondit se. Chr. 217. Ex omni ligno. Chr. 282. Inter semen. Clement. 329. Ole. 391.</p>
---	---	--

INDEX SCRIPTURAE.

- Adami fuga.* Amb. 350.  
*Maledicta terra.* Atha. 384.  
*Ber.* 423.  
*Cum audissent vocem.* Ter. 402. *Rup.* 563.  
*Germinabit tibi.* Amb. 419.  
*Hominis miseria.* Chr. 423.  
*Pulchrum,* Amb. 431.  
*Inimicitias.* Chr. 234.  
*Peccatum Adæ.* Alc. 471.  
*Ex ligno.* Chr. 534.  
*Sub viri potest.* Chr. 546.  
*Tulit de fructu.* Chr. 547.  
*4. Obtulit Cain.* Amb. 19.  
*Egrediamur foras.* Lyr. 27.  
*Ambr.* 412.  
*Respexit ad Abel.* Gre. 216.  
*Quare iratus es?* Amb. 217.  
*Signū Cain.* Phi. 327. *Alc.* 446.  
*Abel pastor.* Hie. 128.  
*Si bene egeris.* Chryso. 366.  
*Phi.* 397.  
*Super terram.* Ath. 385.  
*Consurrexit Cain.* Aug. 391.  
*Et Cain agricola.* Rup. 392.  
*Mors Abel.* Cyp. 399.  
*Iniquitas mea.* Ber. 452.  
*Vox sanguinis.* Abu. 479.  
*Bas.* 534.  
*Cum operatus.* Isi. 541.  
*Vagus, & ptofugus.* Am. 550.  
*Semen pro Abel.* Stra. 562.  
*6. Corruerat viam.* Rup. 86.  
*Arca fabrica.* Aug. 108. *Chr.* 411.  
*Non permanebit.* Chr. 411.  
*Tætus dolore.* Amed. 507.  
*Ingressus Noe.* Hug. 519.  
*Columba.* Beren. 560.  
*7. Arca ferebatur.* Cyr. 203.  
*Egredere de arca.* Hug. 509.  
*8. Non reuertatur.* Ambr. 7.  
*Gre.* 8.  
*Prona ad malum.* Amb. 72.  
*Ab adolescentia.* Ber. 77.  
*Coruus.* Cai. 319.  
*Ædificauit Noe.* Rup. 395.  
*9. Filius iunior.* Amb. 76.  
*Maledictus Chanaan.* Cyr. 95.  
*Rup.* 491.  
*Deus sem.* Diod. 131.  
*Sanguinem requirā.* Rup. 314.  
*Plantauit vineam.* Rup. 462.  
*Bibensque vinum.* Rup. 462.  
*11. Ædificauit quoque.* Chr. 395.  
*12. Iuit cum eo Loth.* Chr. 71.  
*Egredere.* Chr. 71. *Hie.* 160.  
*248. Phi.* 288.  
*Quod pulchra sis.* Aug. 587.  
*13. Ascendit Abr.* Hie. 236.  
*14. Non accipiam.* Chr. 520.  
*15. Ne sit iurgium.* Chr. 49.  
*Quid dabis mihi?* Phi. 140.  
*Numera stellas.* Cor. 577.  
*16. Viuentis, & vidētis.* Gre. 270.  
*17. Eritque pactum.* Ori. 48.  
*Appellaueris Abraham.* Bed. 101. *Hie.* 113. *S.* 83. *Ru.* S. 84.  
*Nomen meū in illo.* Rup. 114.  
*Nomen Abraha.* Auc. 135.  
*Tres viri.* Auc. 252.  
*Dabo tibi filium.* Amb. 577.  
*18. Quare risit?* Cai. 38.  
*Vnum adorauit.* Ambr. 145.  
*Tulit vitulum.* Am. 271. *Lyr.* 526.  
*Descendam igitur.* Abu. 359.  
*Tertium puteum.* Chr. 395.  
*Tres viri.* Chr. 533. *Ire.* 578.  
*19. Angeli apud Sodo.* Str. 109.  
*Compulit.* Chryso. 215.  
*Pluit super Sodo.* Eph. 480.  
*20. Mille argenteos.* Auc. 537.  
*S.* 12. *Proc.* S. 13.  
*21. Tollēs panem.* Amb. 250.  
*Eijce ancillam.* Ber. 343.  
*Ludentem cū Isaac.* Ori. 554.  
*22. Abrahā, Abrahā.* Pel. 12.  
*Sedete hic.* Auc. 16.  
*Sacrificium Abraha.* Ios. 16.  
*Rup.* 410. *Aug.* 499.  
*In holocaustum.* Amb. 67.  
*Tolle filium.* Abu. 21.  
*De nocte confur.* Lyr. 24.  
*Soboles Abraha.* Ber. 90.  
*Vbi est victima?* Lip. 410.  
*Inter vepres.* Amb. 423.  
*Ligna Isaac.* Aug. 438.  
*Ne extendas.* Ans. 503.  
*Aries immolatus.* Auc. 232. *S.* 33. *Lyr.* S. 34.  
*23. Princeps Dei.* Lyr. 172.  
*Vt sepeliam.* Gre. 498.  
*24. Medit.* Isaac. *Hie.* 289.  
*Ambulabat Isaac.* Str. 576.  
*Idiam impleuit.* Amb. 576.  
*22. Plantam tenebat.* Ote. 72.  
*Suspice cœlum.* Hieron. 191.  
*Tho.* 194.  
*26. Tecum esse Dominum.* Chr. 349.  
*27. Vt tangam te.* Lyr. 38.  
*Odor filij mei.* Cai. 38. *Cle.* 83.  
*Vox iacob est.* Rup. 40.  
*De iore cœli.* Am. 63. *Pas.* 144.  
*Cum excutias iugū.* Am. 64.  
*Vtroque orbabor.* Cai. 328.  
*Egresso iacob.* Phi. 343.  
*28. Scala.* Chal. 56.  
*Fuga iacob.* Hie. 339. *Ter.* 439.  
*Innixum scalę.* The. 576.  
*29. Seruiam tibi.* Lyr. 62.  
*31. Abscondit idola.* Gre. 295.  
*2. Aurora est.* Proc. 88.  
*Dimitte me.* Auc. 290. *Au.* 570.  
*Lucta iacob.* Auc. 292. *Euf.* 357. *Aug.* 424. 541.  
*Non dimittam te.* Ber. 521.  
*Nequaquam iacob.* Tho. 103.  
*34. Ada.*

INDEX SCRIPTURAE.

14. Adamavit eam. *Chr.* 76.  
 Egressa est Dina. *Hie.* 86.  
 35. Mortua est Rac. *Hie.* 162.  
 37. Accusavit frat. *Bur.* 27.  
 Vestros manipulos. *Lyr.* 67.  
 Adhuc puer. *Chr.* 71.  
 In senectute. *Bur.* 80.  
 Reges de lumbis. *Cas.* 88.  
 Ligare manipulos. *Car.* 181.  
 Invidia fratrum. *Ber.* 400.  
 39. Ioseph vincula. *Pau.* 55.  
 Intecit vxor. *Chr.* 331.  
 Nimium credulus. *Am.* 347.  
 Relicto pallio. *Euf.* 338.  
 Ignorat quid habeat. *Chr.* 547.  
 40. Tres propagines. *Is.* 544.  
 558. *Lip.* 573.  
 Memento mei. *Hug.* 558.  
 Restituet te Rex. *Lyr.* 558.  
 41. Abrech. *Auc.* 82.  
 Vocavit Saluatorē. *Rup.* 115.  
 42. Quod intelligeret. *Lip.* 39.  
 45. Ioseph vivit. *Auc.* 521.  
 46. Ut habit. possi. *Abu.* 376.  
 48. Pascit me. *Amb.* 76.  
 49. Ad lectuli caput. *Dam.* 112.  
 Inde paltor. *Rup.* 128.  
 Maior in imperio. *Ber.* 182.  
 Collectio Iacob. *Amb.* 237.  
 In consilium meum. *Am.* 391.  
 Habentes iacula. *Hie.* 399.  
 Quis suscitabit te. *Euch.* 552.  
 Pulchriores vino. *The.* 556.  
 50. Asportate ossa. *Auc.* 336.  
 Exodus.  
 Capit. 2. Hæc sunt nomina.  
*Step.* 95.  
 Moyles apud rixâtes. *Nyffe.*  
 106.  
 3. Solue calceam. *Ori.* 17. §. 54.  
 55. *Amb.* 106. *Idem.* 110.  
*Orl.* 421.  
 Ego sum qui sum. *Anaf.* 163.  
 Quomodo audiet. *Aug.* 338.  
 Rubus arderet. *Chr.* 417. *Pro.*  
 428. *Aug.* 439.  
 Immissio Moyfis. *Cli.* 480.  
 Moyles, Moyles. *Ole.* 58.  
 4. Acutis. petram. *The.* 36.  
 Volebat eum occid. *The.* 177.  
*Lyr.* 509. *The.* 402. *Pelus.* 573.  
